I
06220

~~278~~
278
S. Hieron.

1246
In Vitas
Patrum

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.
Sala Est. Tab. Núm.

219

- 219

Sitx Patri.

Gte Jab. reverb. bas. Tho

nº 278.

2 12 — 1 —

nº Eugenio

J. Eugenio Eugenio Alvarez

Jug. a canto

Bass

Reminiscere tui [illegible]

J. Eugenio Alvarez

Alvarez

I
00220

b 18683356

Incipit plogus sancti Hieronimi.cardinalis.p̄sbiteri:in libros Vitaspatrum sanctoꝝ Egiptioꝝ. etiaꝫ eoꝝ qui in Scithia Thebaida.atq; Mesopotamia morati sunt:non solū quos oculis vidit.maximoq; laboꝛe ꝓspexit:verū ꝛ q̄ꝑplura a fidedignis relata ꝓscripsit notabili diligentia.Deniq; alioꝝ etiā autenticoꝝ libellos. fideliter e greco in latinuꝫ transtulit:ꝛ ab alijs translata pꝛo sui pfectione huic operi inseruit.

Este libro de Vitas Sanctum le
Compuso Fr Manuel Ledesma Confesor
Cercio de Sal Prelado, Moriena
ad usum. Año de 1539.
92 92
50 39
42 43
40
1 1 53
20
32
Fr Man. Ledesma

Enedictus deꝰ qui vult omnes homines saluos

fieri.ꝛ ad agnitōnem veritatis venire. qui etiam nostrum iter direxerat ad egiptū ꝛ ostēdit nobis mirabilia magna ad posteritatis memoriam ꝓfutura. ex quiby non solum nobis causa salutis oꝛiretur:verum ꝛ histoꝛia salutaris atq; ad doctrinā pietatis aptissima conderet.que virtutis iter agere volentiby gestoꝝ.Precedētium fide amplissimuꝫ tramitem pandat.Quis ad tantaꝝ rerum narrationem minꝰ idonei simus.nec dignum videatur ingentium rerū exiguos ac paruos fieri autoꝛes p̄celsasq; virtutes humili narrare ꝥmone.tamē qm̄ fratrum caritas eoꝛuꝫ qui in monte sancto oliueti ꝓmanēt.hoc a nobis frequenter exposcit:vt egiptioꝝ monachoꝝ vitam.virtutesq; animi.ꝛ cultum pietatis atq; abstinentie roboꝛ qd̄ in eis coꝛā vidimus explicemus:preciby iporum qui hoc imperāt adiuuāduꝫ me credens aggrediar.nō tam ex stilo laudem requirēs q̄ ex narratōne rerum edificatōnem futurā legentiby sperās.duꝫ gestoꝝ vnusquisq; inflamatus exemplis hoꝛrescere quidem seculi illecebras.sectari vꝛo quietē ꝛ ad pietatis inuitat exercicia. Vidi ergo ꝛ vere vidi thesaurum xp̄i in humanis absconditū vasculis.quēq; thesaurum reptuꝫ nolui tanq; invidus occultare:sed q̄si ꝓ multis inuentum.ꝓferre in medium.ꝛ facere cōmunem: certus q; quāto plures ex eo fuerint ditati: tanto mihi amplius acquireret. Ego eī locupletioꝛ fiam cū alioꝝ salus ministerij mei fuerit quesita mercimonio. In p̄ncipio ergo narratōnis nostre adesse nobis p̄camur gratiā dn̄i nostri ihu xp̄i:cuiꝰ virtute omnia hec pietatis exercicia: apꝺ egipti monachos habent. Vidimus em̄ apꝺ eos multos patres celestem vitā in terra positos agētes:ꝛ nouos quosdam ꝓphetas tam virtutiby animi q; vaticinādi officio suscitatos. quiby ad testimoniū mentoꝝ nec signoꝝ quidē ac ꝓdigioꝝ deerat efficacia. Et merito. Cur em̄ qui nihil terrenū nihil carnale cupiūt nō accipiunt celestē potestatē: Nōnullos nāq; eoꝝ ita ab omni malicia ꝛ cogitatōne ꝛ suspitōe vidimꝰ alienos vt nec si aliq̄d mali adhuc gereret in seculo meminissent. Tanta in eis erat trāquillitas animi tātusq; inoleuerat eis bonitatis affectus: vt merito de eis dictum sit. Pax multa diligentiby nōmen tuuꝫ dn̄e Cōmanent aūt p heremū dispsi ꝛ sepati cellulis:sed caritate cōnexi. Ob hoc autē dirimūtur habitaculis vt silentij sui quietē ꝛ intentōnem mentis diuina sectantes.nec voꝝ aliqua.nec occursus vllus. aut sermo aliquis ociosus obturbet. Intentis g̃ in suo quisq; loco animis velut boni patres xp̄i expectant aduentuꝫ. Aut tanq; miles patus in castris imꝑatoꝛis ꝓsentiam.vel vt fideles serui aduetantem dn̄m sustinent.libertatē sibi pariter ꝛ munera largituꝝ. Omnes ergo hi nullā cibi aut indumēti aut vllius boꝛuꝫ solicitudinē gerunt.Scim̄ em̄ quia scriptū est.Hec omnia gentes cogitant:ipi vero iusticiā ꝛ regnuꝫ dei requirunt.ꝛ hec omnia ꝥm ꝓmissionē saluatoꝛis apponunt eis. Deniq; eoꝝ plurimi forte si in aliquo necessarijs ad vsus coꝛpis eguerint. nō ad humana ꝓfugia sed ad deum verſi:ꝛ ab ipo tanq; a p̄e poscentes que poposcerint ilico consequuntur. Tanta nanq; in eis fides est.que etiam montiby vt trāsferātur: valeat imperare. Unde ꝛ nōnulli eoꝝ irruptiones fluuij in pniciem vicinarum regionū concitatas oꝛationiby repꝛesserunt.ꝛ pede incedentes aluei eius ꝓfunda digressi sunt. immanesq; eius bestias peme runt.ꝛ plurima atq; immensa signa que a ꝓphetis et apostolis antiquitus gesta fuerant consummarunt vt dubitari nō debeat ipoꝝ meritis adhuc stare mūdum. Sed illud valde mirum est cū semper optima queq; rara sint ꝛ difficilia:in illis tamen vtrunq; pariter conuenisse vt ꝛ numero immensi sint ꝛ virtutiby incompabiles. Sunt enim ꝛ alij in suburbanis locis alij q; rura.plures aūt ꝛ egregij per heremum disperſi:ꝛ velut quidam celestis exercitus in pꝛocinctu positus.atq; in tabernaculis degens.ad obedientiaꝫ p̄ceptoꝝ regi semper intentus.armis oratiōnū pugnans.ꝛ scuto fidei ab inimico insidiante pꝛotectus. regnum sibi celeste ꝓquirunt. Sunt g̃ oꝛnati moꝛby quieti.lenes.tranquilli.ꝛ caritatis vinculis velut quadam germanitate constricti. Ad emulationem vero virtutum.certamen ingens exercent ꝛ agones. Studet em̄ vnusquisq; clementioꝛ altero benignioꝛ. hic humilioꝛ.ille patientioꝛ inueniri. Siquis aūt sapientioꝛ ceteris fuerit.hic ita ꝓmunis erga omēs ꝛ mediocris existit.vt ꝥm mādatuꝫ dn̄i omniū minimꝰ ꝛ omnium seruꝰ esse videat. Quia g̃ dei munere donatuꝫ mihi est.ꝛ videre eos.ꝛ interesse cōuersatōi eoꝝ.ꝛ de singulis ꝓiam nunc que ad memoriam dn̄s reduxerit enarrare temptabo: vt hi qui nō viderūt eos in coꝛpoꝛe.opa eoꝝ discentes.vitāq; eoꝝ pfectā lectōnis indicio colligētes:ad emulatōeꝫ sancti opis inuitēt. ꝛ pfecte patientie palmā requirāt.

Explicit pꝛologus.

Incipit narratio de sancto Johanne egiptio heremita.

Primum igitur tanq̃z vere fundamentũ nostri opis ad exemplũz bonor̃ omniũ sumam⁹ egiptiũ Johannẽ: qui vere etiã solus satis sup q̃z sufficiat religiosas ⁊ deo deuotas mẽtes ad virtutum culmẽ erigere ⁊ ad pfectõnis vestigia concitare Hunc eñ vidim⁹ in Thebaidis ptib⁹ in heremo. q̃ adiacet ciuitati Lyto: in rupe quadam mõtis ardui cõmanentẽ. Ascensus ad eũ difficilis. aditus monasterij eius obstruct⁹ ⁊ clausus: ita vt a quadragesimo etatis sue ãno vsq̃ ad nonagesimũ quẽ tũc gerebat (cum eũ vidimus) monasteriũ ei⁹ nullus intrauerit. Aduenientib⁹ vero p fenestrã se videndum p̃bebat. ⁊ inde eis vel verbũ dei ad edificatõez: vel siq̃ fuissent ꝓsolatõnis resp̃sa reddebat. Mulier tñ illuc nulla nec ad ꝓspectũ quidẽ ei⁹ accessit: sed ⁊ viri raro: ⁊ certis quibusq̃ tpib⁹. Cellã sane hospitalẽ extrinsecus fieri p̃misit. in q̃ aduẽtantes e longinquis regionib⁹ paululũ requiescerẽt: ipe vero intrinsec⁹ solus soli deo vacãs. nõ dieb⁹ nõ noctib⁹ a colloquijs dei ⁊ oratõe cessabat: diuinũ illud ⁊ quod sup omnem mentẽ est. tota mentis puritate ꝓsectans. Quãto eñ se ab humanis curis ⁊ colloquijs seq̃strabat: tãto illi vicinior ⁊ ꝓpinq̃or de⁹ erat. In tanta deniq̃ mẽtis sue sinceritate ꝓfecerat: vt nõ solũ eor̃ que erãt sciẽtiaz consequeret a dño. verũ ⁊ eor̃ que futura erãt p̃scientiaz mereret. Euidẽter nãq̃ ei dñs ꝓphetie gratiã cõtulit. ita vt non tñ ciuib⁹ ⁊ ꝓincialib⁹ suis si forte pcũctarent futura p̃diceret: sed ⁊ impatori Theodosio vel q̃s belli exit⁹ habitur⁹ esset vel quib⁹ modis victoriam capet de tyrãnis: sed ⁊ q̃t irruptõnes passurus esset gentiũ barbarar̃ sepe p̃dixerit. Quodã etiã tpe cũ gens ethiopũ romanũ militez circa cirenen (q̃ ꝓma ẽ ex ethiopie ptib⁹ Thebaidis ciuitas) incursaret. ⁊ strages plurimas nostror̃ dedisset. predãq̃z duxisset: veniẽti ad se romano duci. ⁊ metuẽti ꝓfligere cũ eis eo q̃ exigu⁹ ei erat militũ numer⁹: et hostilis ꝓtra se innumera multitudo. Johãnes statutũ designans die: pge inquit secur⁹ die eñ qua dixi ⁊ hostẽ ꝓsternes ⁊ spolia capies: p̃dãq̃ reuocabis. Qd cuz fuisset impletũ etiã apud augustũ. q⁹ carus acceptus q̃z futur⁹ esset p̃dixit. Hec apud illũ ꝓphetie gratia habebat: vt magis hoc illor̃ qui pcũctabãt q̃z suis meritis ascriberet. Dicebat eñ: nõ p se hec: sed ꝓ illis qui audiũt a dño p̃nũciari. Aliud quoq̃ p eũ mirũ valde dñs ostẽdit. Tribun⁹ quidẽ ad agenduz milit⁹ gens venit ad eũ. ⁊ obsecrare eũ cepit: vt p̃mitteret etiã ꝓiugẽ suã venire ad se. Multa nãq̃ eã dicebat ptulisse picula ob hoc tñ vt faciẽ ei⁹ videret Tũc ille negat sibi vnq̃ moris fuisse videndi mulieres: ⁊ p̃cipue ex quo in illi⁹ rupis se monasterio cõclusisset. Tribun⁹ ꝓsistit obsecrãdo ⁊ ꝓfirmando: q̃ nisi videret eũ: esset sine dubio in multa tristicia peritura. Tũq̃z itez ac sepi⁹ eadẽ precaret. ⁊ causam mortis eũ sue ꝓiugis ꝓfirmaret futur̃. atq̃ inde interitũ vnde salutẽ sperauerat acceptur̃. tunc fidẽ ⁊ impor tunitatem ei⁹ aspiciẽs senior: vade inquit videbit me ꝓiunx tua hac nocte. non tñ veniet huc: sed in domo sua atq̃ ĩ lectu suo manebit. Post hec verba abscedit vir: ambiguitatẽ respõsi in pectore suo versans. Tũq̃z hec etiã ꝓiugi nũciasset: simili modo nihilominus etiã mulier p̃monis incerto fatigabat. Sed vbi somnij tẽpus aduenit: adest homo dei p visuz: ⁊ adsistens mulieri. fides inquit tua magna ẽ o mulier: et ideo veni desiderio tuo satisfacere. te tamen monco: nõ vt faciẽ corpalẽ seruor̃ desideres dei: ꝫ vt gesta ⁊ actus p spiritũ ꝓtempleris. Spiritus eñ est qui viuificat: nã caro nõ ꝓdest quicq̃. Ego aũt nõ quasi iustus aut ꝓpheta vt putas: ꝫ p fide vestra intercessi p vobis apud deũ ⁊ ꝓcessit tibi omniũ morbor̃ quos ĩ corpe tuo pateris sanitatez. Eris g̃ ex hoc sana. ⁊ tu ⁊ vir tuus: ⁊ benedicet dom⁹ vestra. Sed ⁊ vos memores estote bñficij a deo vobis collati. ⁊ timete dominũ semp: nec ampli⁹ q̃z stipendijs vestris debetur aliq̃d requiratis. Sufficiat g̃ tibi hoc q̃ vides me in somnis: ⁊ ampli⁹ nõ requiras. Euigilãs aũt mulier ĩdicauit viro suo q̃ viderat queq̃ audierat: sed ⁊ habitum viri ⁊ vultũ atq̃ omĩa signa ei⁹ exposuit. Super que amirat⁹ vir eius. regressus ad hominẽ dei. g̃tias refert: ⁊ accepta ab eo benedictõe ꝓrexit in pace

Alio quodã tpe p̃positus quidaz militũ venit ad eum: cui⁹ vxor granida ab eo relicta est in domo sua. At illa ipa die. qua ille ad beatũ Johãnem venerat: partũ edẽs periclitabat. Tũc sanct⁹ homo dei: si scires inquit donũ dei. ⁊ quia tibi hodie nat⁹ est filius: g̃tias ageres dño. Sed scito matrẽ pueri periclitatã. aderit tamen dominus: ⁊ inuenies eam sanam. Festina ergo ⁊ redi in domum tuam: ⁊ inuenies puerum septem dierum. ⁊ vocabis nomen eius Johãnem. hic nutriatur in domo tua. absq̃ vlla contaminatõe gẽtili septem annis: quibus peractis trade eum monachis eruditẽdũ sanctis ⁊ celestibus disciplinis. Multis preterea ad se venientibus siue ꝓuincialibus siue peregrinis. cũ res poposcissent. occulta cordis eorum indicabat: ⁊ siquid forte peccati ab eis in occulto fuisset admissum secretius corripiens arguebat: ⁊ ad emendatõnem ac penitentiam ꝓuocabat. Nili quoq̃ fluminis siue abundantia aquarum siue penuria futura esset: p̃dicebat. sed etsi forte ex offensa hominũ: plaga aliqua ⁊ correptio a domino immineret. similiter p̃monebat: etsi quid cause esset pro qua introduceret fames aut castigatio designabat. Sanitates quoq̃ ⁊ curas corporum ita deposcentibus conferebat vt omnẽ ex hoc iactantiam fugeret. Nõ enim permittebat ad se incommodantes deferri: sed benedicens oleum dabat: ex quo peruncti sani fierent: a quacunq̃ infirmitate tenerentur. Senatoris cuiusdam aliquando vxor excecata est. hec deprecabatur virum suum: vt eam perduceret ad hominem dei. Cui cũ responderet vir suus. non ei esse moris videndi mulierem. rogat vt indicaret ei tantũmodo imbecillitatis sue causam: ⁊ deprecaretur vt orationem faceret pro se. Cunq̃ legationem pertulisset vir eius ad eum: orans ⁊ benedicens oleuz. mittit ad illam. Ex quo per triduum contingens oculos suos visum recepit: ⁊ deo gratias egit. Sed ⁊ multa ei⁹ sunt gesta: que narrare satis longum est. Vñ omis-

sis his interim. que auditu cõperimus: ad ea q̃ oculis nostris ꝓspexim⁹ ꝓprijs: veniamus. ¶ Septem fuimus simul fratres comitãtes: qui ad eũ venimus. Cunq; salutassem⁹ eũ. omniq; nos leticia suscepisset 7 vnũquẽq; nostrũ gratifice alloquer[et]. rogat⁹ a nobis oratões simul ac benedictões dare. Hoc em̃ moris est apud egiptios monachos: vt vbi aduenerint fratres: statim p oratões sibinuicẽ federent. Interogabat siq̃s in nobis eẽt clericus. Et vt omnes negauimus. respiciẽs ad singulos. intellexit esse inter nos quendam. qui hui⁹ erat ordinis: sed latere cupiebat. Erat em̃ diaconus. 7 hoc ꝓter vnũ solũ. qui ei fidus erat: etiã ipsi itineris comites ignorabãt. Visurus ei tales ac tãtos viros. humilitatis gratia celare voluit gradus sui honorẽ: vt inferior haberet[ur] i ordine. his quib⁹ se longe inferiorẽ esse meritis indicabat. Sanctus ergo Johãnes vt eũ vidit. equidez cũ esset adolescentior ceteris digito ostendẽs eũ: hic inquit diaconus est. Et cũ adhuc negaret. apprehẽdens eũ manu sua exosculat⁹ est: 7 dicit. Noli fili negare gratiaz dei. ne incurras ꝓ bono malũ: ꝓ humilitate mendacium. Cauendũ nanq; est omnimodo mendaciũ: siue pro malo siue etiã ꝓ bono ꝓferri videat. q̃ omne mendaciũ nõ est ex deo: sed (sicut saluator dicit) a malo est. At ille his auditis quieuit: blandã nanq; eius correptõez equanimiter tulit. Et cum oratõem domino obtulissemus. post finẽ vnus ex fratrib⁹ nostris terciano typo id est febre grauissime vexabatur 7 rogabat hominẽ dei. vt ab eo curaret[ur]. Qui ait ad eum. Rem tibi necessariã cupis abijcere. vt em̃ corpora nitro vel alijs hmõi liniamẽtis abluũtur a sordidibus: ita anime a languorib⁹ alijsq; hmõi castigationibus purificant[ur]. Et postq̃ de his nobis multa p doctrinam misticã disseruit: benedicens tamen oleuz dedit ei. Quo perunctus eger. omnem continuo habundantiã fellis euomuit: 7 sanissimus redditus pedibus suis ad diuersoriuz rediit. ¶ Post hec iubet officia erga nos humanitatis atq; hospitalitatis expleri: 7 corporis curaz geri. Ipse vero sui negligens: nostri solicitus erat. Jam em̃ continuo vsu 7 iugi cõsuetudine. nec recipere cibuz nisi in vesperũ poterat 7 hunc exiguũ. Erat autem attenuati 7 aridi corporis: pre abstinentia. capilli eius 7 barba quasi ex languore nimio rara 7 tenuis. vtpote quem nullus sufficiens cibus nutriret: nec letior aliquis humor infunderet. Obseruabat em̃ tunc. cum iam nonagenariaz (vt supra dixim⁹) ageret etatem: vt nullum (vt paucis vtar verbis) per ignem paratum sumeret cibum. ¶ Igit[ur] post hec hospitalitatis officia regressos ad se. sedere nos iubet: 7 tunc demum quidem. vnde vel cur aduenerimus inquirit cum iam nos letos 7 omni cum gaudio tanq̃ notos ꝓprios suscepisset. Cunq; respondissem⁹ q̃ de hierosolimis ad eam vtilitatis 7 profectus anime nostre causa venissemus: vt ea que olim ad auditum nostrum fama ptulerat. ipsi nunc oculis nostris cerneremus. quomodo quidẽ tenati⁹ solent inherere memorie. ea que oculus viderit q̃ auris audierit. ¶ Tunc beatus Johãnes vultu placidissimo et quasi subridens ex habundantia leticie: hoc modo respondit ad nos. Miror inquit admodum dulcissimi pueri. laborem vos tanti itineris suscepisse: cum nihil ad hec dignũ in nobis videre possitis. Homines em̃ sumus humiles 7 exigui. nihil habentes in nobis quod vel expeti debeat vel mirari. Et tamen etiam si esset aliquid in nobis ꝓm opinionem vestram. nunquid tale quale legitis in prophetis dei 7 apostolis: Qui vtiq; ob hoc in omnib⁹ dei ecclesijs recitant[ur]: vt exempla vite. hominib⁹ non de longinquis 7 pegrinis locis querant[ur]: sed domi vnusquisq; 7 apud se habeat quod debeat imitari. Unde plurimũ miror intentionẽ vestri laboris ac studij. q̃ profectus anime vestre causa. tantas supare regiones tãtosq; labores adire voluistis: cum nos cousq; pigritia. desidiaq; constringat: vt nec cellulas nostras pergredi audeamus. Uerũtamen quoniaz putatis esse in nobis aliquid ex quo proficere debeatis Hoc primũ nobis indicandum est. vt hocipsum q̃ venistis ad nos 7 tãtum laborem videndi nos suscepistis. ne iactantiam alicuius habeatis prospectum: vt non tam proficere ad animi virtutem. q̃ proferre se 7 iactare vnusquisq; vestrum velit: pro eo q̃ viderint eos. qui apud alios ex auditu solo cogniti videantur. Graue est iactantie vicium 7 periculosum nimis. 7 q̃ de ipo etiam perfectionis fastigio deijcit animas: 7 ideo hoc vos primo omnium cauere volo. Est autem species mali huius duplex quidem. Nõ nullis enim accidit in ipis statim initijs conuersionis sue. cum parum aliquod vel abstinentie impẽderint vel pecunie in pauperes erogauerint: 7 cuz de eis ita sentire debeant. quasi quod impediret abiecerint. ita agunt 7 7 ita sentiunt: quasi eminẽtiores sint illis quibus aliquid largiti sunt. Alia ꝓ est iactantie species. cum quis ad summã virtutem pueniens. non totum deo: sed suis laboribus ac studijs deputat: 7 dum ab hominib⁹ gloriam querit. perdit eam que a deo ẽ propter quod filioli mei fugiamus omni genere iactantie vicium: ne forte incurramus eũ lapsum: quez dyabolus incurrit. Tunc preterea cordi nostro 7 cogitationibus precipua adhibenda est diligẽtia. Obseruandum nanq; est: ne qua cupiditas. ne qua voluptas praua. ne quod desiderium vanũ. 7 quod nõ est ꝓm deum: radices in corde nostro defigat. Ex huiusmodi enim radicibus continuo pullulant vage et inutiles cogitationes. 7 intantuz molestę sunt: vt nec orantibus nobis cessent. nec in conspectu dei consistentibus nobis: 7 precibus pro salute nostra offerẽtibus erubescant: sed rapiunt a nobis captiuam mẽtem. 7 cum corpore stare videamur in oratõne. sensu 7 cogitatione euagamur 7 ducimur per diuersa. Si quis ergo est. qui se putat renunciasse mundo 7 operibus dyaboli: non sufficit in eo renũciasse vt possessiones 7 predia ceteraq; seculi negocia reliquerit. nisi etiã proprijs vicijs renunciauerit: 7 inutiles ac vanas abiecerit voluptates. Hec enim sunt ꝺ quibus apostolus dicit. Desideria vana 7 nociua: que mergunt hominem in interitum. Hoc est ergo vere renũciasse dyabolo: 7 operibus eius. Dyabolus enim per alicuius vicij occasionez 7 praue voluptatis aditum. irrepit in cor nostrum quia vicia ex parte illius sunt: sicut virtutes ex deo sunt. Si ergo sint vicia in corde nostro. cum venerit princeps eoruz dyabolus quasi proprio autori dant locum 7 introducunt eu-

velut ad possessionem suam. Et inde est quod nūqz huiusmodi corda pacem habere possunt. nūqz quietem: sed semper conturbantur. semp terrētur. et nūc vana leticia: nunc inutili tristicia deprimuntur. Habent enim intra se habitatorem pessimum: cui introeundi ad se locum per passiones suas z vicia fecerūt. Econtra vero mens que vere renūciauit mūdo. hoc est. que abscidit z amputauit a se omne vicium. z nullum introeunti ad se dyabolo reliquit aditum: iracūdiam cohibet. furorem reprimit. mendacium fugit. execratur inuidiam. z nō soluz non detrahere. sed ne malum quidem sentire aut suspicari de proximo suo patitur. que fratris gaudia sua dicit: z tristiciaz eius suam tristiciam deputat. Que hec ergo z horum similia obseruat mens spiritui sancto aperit in se locū. Qui cum ingressus fuerit z illuminauerit eam: semper ibi iam gaudia. semper leticia. semper caritas: patientia. longanimitas. bonitas: z omnes qui sunt fructus spirit⁹ oriuntur. Et hoc erat quod dicebat dominus in euangelio. Non potest arbor bona malos fructus facere: neqz arbor mala bonos fructus facere. Ex fructib⁹ enim probatur arbor z cognoscitur.

¶ Sunt autem nōnulli qui videntur seculo renunciasse et curam non adhibent ad mundiciam cordis neqz vt vicia z passiones resecent ex anima sua. moresqz componant: sed hoc tm̄ studeant. vt videant aliquos sanctorum patrum. z audiant ab eis aliqua verba. que narrātes alijs: glorientur se ab illo vel illo didicisse. Et sicubi forte vel audiendo vel legendo parum aliquid scientie acquisierint. continuo doctores fieri volunt: z docere. non ea que egerint. sed que audierint z viderint. despiciētes ceteros. Affectant ipsi sacerdotium. atqz immergere se conantur ad clericatum: nescientes quia minoris ꝓdemnationis est. siqs ipse virtutibus polleat z alios tamen docere non audeat: qz̄ si ipse passionibus z vicijs premat⁹. z alios de virtutibus doceat. ¶ Sic ergo filioli mei. neqz fugiendum omnimodis dicimus clericatum vel sacerdotium. neqz rursus omnimodis expetēdum: sed dāda opera est. vt vicia quidem a nobis depellantur. z virtutes animi cōquirantur. dei autem iudicio relinquendum est: quem velit. etsi velit assumere sibi ad ministerium. vel ad sacerdotium. Non enim qui seipsum ingesserit. sed quem dominus assumpserit: ille probatus est. ¶ Monachi autem illud opus est p̄cipuum. vt orationem puram offerat deo. nihil habens in conscientia reprehensibile: sicut dominus dixit in euangelio. Cum steteritis ad orationem. remittite fratrib⁹ vestris. si qd̄ habetis contra eos: ex cordibus vestris. Nisi enim remiseritis fratrib⁹ vestris: nec vobis remittet pater vester celestis. Si autez remiseritis fratrib⁹ vestris. z vobis remittet pat̄ vester qui in celis est. Si ergo mūdo (vt supradixim⁹) corde astiterimus ante deum. z liberi ab omnib⁹ his vicijs z passionib⁹ que supradixim⁹: poterimus inquātum possibile est. etiam deum videre. z oculos cordis nostri in ipm̄ dirigere: z videre inuisibilē mente non corpore. intellectu scientie: nō carnis aspectu. Nemo em̄ se putet posse ipam sicut est diuinaz substantiam ꝓtueri: ita vt speciem sibi aliquam aut imaginem fingat in corde corpoream: alicuius imaginis similem. Nulla forma in deo cogitet. nulla circūscriptio. sed sensus z mens: que sentiri quidē possit. z pstringere mentis affectum. nō tamē comphendi aut describi aut enarrari valet. Et ideo oportet cuz oīmi reuerentia z metu accedere ad eum. z ita in euz libra re mentis intuitum. vt omne quicqd̄ potest splendoris. claritatis. fulgoris. maiestatis. mens humana cōspicere sup omnia esse euz sentiat semper. z hoc sicut diximus si pura mēte fuerit: nec vllis praue voluptatis sordib⁹ occupata. Et ideo in hoc maxime oportz operam dare eos. qui renūciare seculo z deum sequi videntur: sicut scriptum ē. Vacate z cognoscite qm̄ ego sum deus. Si ergo cognoueritis deum inquātū homini cognoscere possibile est: tunc demum etiam reliquorum que sunt. scientiaz capiet. z mysteria dei agnoscet: z quāto purior in eo fuerit mens tanto plura ei reuelat deus: z ostēdit ei secreta sua. Amic⁹ em̄ iam efficitur dei. sicut illi quibus in euangelio dicebat saluator. Jam non dico vos seruos sed amicos: et omne quicquid petierit ab eo tanqz ab amico caro: pstat ei deus. Ipse quoqz virtutes angelice z cūcta mysteria diuina. tanqz amicuz dei diligunt eum z obsequūtur eius petitionibus. Et hic est quē a caritate dei que est in xp̄o ihu. neqz mors separat. neqz vita. neqz angeli. neqz principatus. neqz potestates. neqz alia creatura. Et ideo carissimi quādoquidem hoc elegistis: vt deo placeatis. z ad caritatem eius pueniatis: date operam alieni effici ab omni iactantia ab omni vicio animi: ab omnibus delitijs corporalibus. ¶ Delitias autem corporales non solum illas putetis quibus homines seculi fruuntur: sed abstinenti delitie credende sunt. quicquid pro cupiditate sumpserit: etiam si vile illud sit. z quod in vsu esse abstinentibus solet. Aqua denicqz ipsa vel panis si cum cupiditate sumatur. id est non vt necessitate corporis: sed vt animi desiderio satis fiat: hoc etiam abstinenti in delitiarum vicium ducitur. Oportet enim in omnibus consuescere: animaz vicio carere. Jdeo denicqz dominus docere volens animaz desideriis z voluntatibus suis resistere: dicebat. Intrate per angustam portam. quia lata est et spaciosa via que ducit ad mortem: angusta autem et arta via est que ducit ad vitam. Lata est ergo via anime: cum qualicūqz desiderio suo satisfecerit. angusta vero est: cuz voluptatibus suis repugnat. Multum tamen prodest ad hec obtinenda secretior habitatio. z conuersatio solitaria. quia interdum per occasionem aduentantium fratrum. et euntium ac redeuntium frequentiam. abstinentie et parsimonie frena laxantur. et per huiusmodi occasiones venitur paulatim in consuetudinē et vsum delitiarum: et sic interdum etiam perfecti iam viri capiuntur. Jdeo denicqz et Dauid dicebat. Ecce elongaui fugiens et mansi in solitudine: expectabam eum qui saluum me faceret a pusillo animo et tempestate. ¶ Postqz autem multa nobis sanctus Johannes de iactantie vicio aliisqz qꝑplurimis vtiliter disseruit. ad vltimum dixit. Retexā autem vobis. quid etiā nuper cuidā ex fratrib⁹ nostris acciderit: vt cautiores vos p̄cedētia exempla constituant. Erat quidā apud nos monach⁹ in hac vicina heremo ꝓmanēs. cui habitaculū spelūca erat: vir sū

me abstinẽtie. quotidianuz victum labore manuum querens: in oratõnib die noctuq; psistens. cũctisq; animi virtutib florens. Sed hic letis successib elatus. confidere quasi in ꝓfectib suis cepit: z non deo totũ: sed sibimetipi quod ꝓfecerat deputare. Hãc aũt eius intuens animi psumptõnem temptator: cõtinuo accedit. z laqueos parat. Quadã nãq; die ad vesperam. fingit specie decore mulieris oberrantis p heremũ: que velut fessa post nimiũ laborem accedẽs ad ostium spelunce monachi se lassabundã simulãs ac fatigatam intrinsecus semetipaz proiecit: atq; ad voluta genib viri vt misereat: exorat. Nox em me infelicem inquit in heremo latitantẽ comprehendit. iube me requiescere in angulo cellule tue: ne forte efficiar nocturnis bestijs preda. At ille primo miserationis obtentu. recepit eam intra speluncaz: requirens que ei causa errandi per heremũ fuerit. Illa causam fingit satis accurate. z interim venena blandimentorum atq; illecebre virus. per omnẽ textum narrationis interserit: nunc se miserandam. nunc etiam defensione dignam ostendens: elegantia et suauitate sermonis inclinat animũ hominis. z in affectum sui illecebroso amore deflectit. Hinciã inter blandiora colloquia iocus risusq; miscentur. manus etiam procax ad mentum barbãq; quasi venerandi specie protendit. tum vero palpare ceruicẽ mollius: collumq; lenigare. Quid multa: Ad vltimũ captiuum ducit militem xpi. Continuo em perturbari intra semetipsuz z libidinis fluctib estuare cepit. nequaq; laborum peritorum. nequaq; professionis ac propositi sui memor. Paciscit cum cordis sui concupiscentia. z intra archana cogitationũ suarum. fedus cum falsa cupiditate componit. Inclinat stultus latera sua. z efficitur sicut equus z mulus: quib non est intellect⁹. Atq; vbi obscenos iam conabatur inire complexus. illa vlulatum teterrimuz dire vocis emittens: vmbra vt erat tenuis. p manus amplectẽtis elabitur. ipsũ quoq; dedecorosis motibus inanes auras sectantem: fedissima cum irrisione deseruit. Tunc preterea multitudo demonũ in aere ad hocipm spectaculũ congregata: clamore ingenti. cum cachinno exprobratõnis eleuato o inquiũt monache monache qui te vsq; ad celum extollebas. quomodo dimersus es vsq; in infernum: Disce ergo. quia qui se exaltat: humiliabit. Tunc ille velut amens effectus. z deceptõnis sue pudorem non ferens. grauius a semetipo decipitur: q̃ fuerat a demonib deceptus. Cum em debuisset reparare semetipm. z renouare certamen: ac satisfactõne sui lacrimis z humilitatis fructib. prioris elatõis culpam delere. hoc nõ faciens sed desperans: semetipsum (sicut apostolus dixit) tradidit omni impudicitie. z iniquitati. regressus est em ad vitam secularẽ: preda demonũ factus. Refugit nãq; conspect⁹ omnium sanctor: ne quis posz eum salutaribz monitis de precipitio reuocare. Si em reddere semetipm priori vite z abstinẽtie voluisset: recuperasz sine dubio z locum z gratiã. ¶ Denicq audite quid z de alio viro gestum sit. similiter quidẽ temptato: sed nõ simili exitu temptatõnis effuso. Fuit quidam vir in hac ꝓxima ciuitate vitam turpissimam per omne facinus ducens: ita vt opinatissimus in flagitijs haberetur. Hic aliquãdo dei miseratõne compũctus ad penitentiam cõuertitur: z intra sepulchruz se quoddam concludẽs priorum scelerũ pollutiones. lacrimarum fontib diluebat: diebz ac noctib in faciem prostratus. z nec alleuare quidem ausus oculos ad celũ. neq; vocem emittere. z nomen dei nominare: sed in solis gemitib z fletib pdurabat. z tanq; viuens sepultus de inferno iam quodãmodo mugitum cordis gemitũq; reddebat. Cunq; in bis posito eo septimana vna transisset. noctu veniũt ad eum demones in sepulchro clamantes: z dicentes. Quid est qd agis o impurissime z flagitiosissime. posteaq; omi spurcitia omniq; impuritate satiat⁹es. nunc vis castus z religiosus ꝓcedere. z posteaq; ꝓfenuisti in sceleribz. nec iam sufficiunt vires ad facinora delenda. nũc xpian⁹ videri vis z pudicus z penitens: quasi vero alius tibi iam vllus possit dari locus satiato in malis: nisi ille qui tibi nobiscum debetur. Unus ex nobis es. ali⁹ iam esse non poteris. Redi ergo magis. redi ad nos: z quod supest tibi tempus. in perfruenda voluptate non perdas. preparamus abundantes delitias. preparamus scorta nobilissima z cuncta alia que florem tibi possint reparare gratissime iuuẽtutis. Quid temetipsum vanis et inanib conficis cruciatibz: quid temetipsuz ante tempus supplitijs tradis. Quid em aliud eris passurus in inferno. nisi hoc quod nunc tibipsi concitas. Si te pena delectat expecta paululũ z inuenies patã: nũc interim fruere muneribz nostris que dulcia semper z grata duxisti. Hec z huiusmodi plura exprobrãtib eis. ille iacebat immobilis. nec auditum quidem suum conuertẽs ad eos: nec vllus penitus sermonem respondens. Cunq; illi sepius et eadem repeterent z alia duriora. nec ille omnino moueretur. in furorem prolapsi demones: vbi viderunt verba contemni. verberibus eum aggressi sunt: multisq; supplitijs excruciatum seminecem reliquerunt. Nec tamen in tot tantisq; cruciatibz moueri saltim potuit a loco. in quo oratõnis causa iacuerat. Poste ra die quidam suorum requirentes eum humanitatis dũtaxat gratia: inueniunt penis incredibilib effectum. z causam percunctantes cum didicissent: rogabant vt cure gratia reportari se ad domum propriã pateretur. Abnegat: z in eodẽ permanet loco. Tũc vero z sequenti nocte repetentes demones: grauioribus eum verberibus cruciabant. Sed nec sic quidẽ moueri voluit a loco. melius esse dicens mortem subire q̃ vltra demonibus obedire. Nibilominus tercia nocte multitudo conuenit demonum: z absq; vlla miseratione irruentes in eum: omnibus penis cruciatibusq; conficiunt. Cunq; iam corpus defecisset ĩ supplitijs. extremus tamen spiritus obsistebat imperio demonum. Quod vbi impij peruiderunt. exclamantes voce magna. vicisti inquiũt vicisti. z mox velut virtute quadam celitus fugati. precipites abscedunt nec vltra ei quicq; sue artis aut sceleris intendunt. Ipse vero intãtum virtutibus animi profecit. et ita ornatus moribus effectus est. ac totius diuine gratie gloria repletus: vt omnis hec regio quasi e celo eum lapsum videret. z vnuz esse ex numero crederet angelorum. omnes pene simul atq; vno ore dicẽtes: hec est mutatio dextere excelsi. Quanti exem-

plo eius qui iã semetipsos desperauerãt. rursus p penitentiam ad spem salutis regressi sunt. z emendatõnem sui quam prius desperauerãt psumpserũt. quãti ammiratõne eius de ipso iam inferno peccatorum retracti sunt. z ad virtutis indolem raparati. Illo nã qz tanta immutatione conuerso: omnib9 omnia visa sunt possibilia. Non solum autem emendatõ morum florebat in eo z assumptio virtutum: verum z gratia dei plurima ei collata est. Signa enim et prodigia q̃ ab eo facta sunt: quãtum apud dominũ haberet meritum testabantur. Sic humilitas z conuersio bonorum omnium materiam prebet: elatõ vero z desperatio interitus z mortis est causa. ¶ Ad effugiendum vero periculi lapsum. z conquirendam dei gratiam: atqz ipsius diuinitatis euidentiorem noticiam capiẽdam. plurimum prodest secretior conuersatio: z beremi interioris habitatio. Quod vos non tam verbis qz rebus ipsis et exemplis melius docere puto.

¶ Fuit quidam monachus qui in heremo hac que pre ceteris interior est; habitabat. Hic cũ plures annos in abstinentia perdurasset z prouectus tempore prope iam ad senilem venisset etatem. omni virtutũ flore adornatus: ac totius continentie magnitudine sublimatus. Qui cum in orationib9 z hymnis sedule deo deseruiret. tanqz merito militi suo dominus remuneratões parat vtpote qui in corpore adhuc positus instar angelorum incorporee vite officijs fungeretur: dignum iudicans annonam celestem prebere ei in deserto. qui celestem regem peruigilib9 presto labatur excubijs: vt digne frueretur celestib9 alimonijs. Volens ergo deus etiam in hoc seculo remunerare eius fidele propositum ad prouidentie sue solicitudinem quotidiani victus eius reuocat curã. Ut enim cibi vsum poposcisset nature necessitas. ingrediens speluncam suam. inueniebat mense panem superpositum: mire suauitatis: miriqz candoris. Ex q̃ refectus. z gratias diuine prouidentie referens: rursus ad hymnos z orationes conuertebatur. Ad quẽ multe etiam reuelationes. multeqz de futuris rebus: a deo premonitões fiebant. In his ergo talibus ac tantis profectibus positus. quia gloriari quasi ꝺ meritis suis cepit: z celestis beneficij munus. vite sue meritum duxit. Continuo subintrat eum parua quedã desidia animi: tam parua quam nec posset aduertere Post hec creuit maior negligentia. ita vt tardior iã fieret ad hymnos: sed z ad orationem pigrius surgeret. Psalmi quoqz ipsi non ea qua prius vigilantia ab ipso canerentur. sed vbi parum quid exhibitum fuisset soliti ministerij: anima eius quasi nimio labore fatigata requiescere festinabat: quia sensus ei⁹ reprobus effectus. de sublimioribus ad inferiora corruerat: z cogitationes sue per diuersa eum p̃cipitia rapiebant. Erat em̃ iam in corde eius clãdestina quedam z turpis ac nefanda cogitatõ: consuetudo tamẽ prior velut si decursus aque etiã cessante remigio adhuc prioze impetu nauigiuz ferat. ita z vetus institutio ad consueta hominem officia trahebat: ob quaz causam z adhuc stare in suo statu videbatur. Hic g̃ cum post orationes cibum solitum requisisset ad vesperam: ingressus locuz in quo refici consuuerat. inuenit solitum panem mense suppositum. ex quo refectus. nihil de eorum que in corde suo versabantur emendatione curauit. neqz ĩmutationis sue damna persensit: sed spernendo minima paulatim se casurũ non intellexit. Interea cum graui iam libidinis incendio stimularetur. z inflamatus turpi ꝯcupiscentia raperetur rursus ad seculum: illa interim die cohibuit se. z solita hymnoz z orationum ministeria ex more persoluit. atqz ingressus vt cibum sumeret: panẽ quidem inuenit mense suppositum. sed aliquãtulum sordidiorem. Ammiratus est z tristis effectus: intellexit enim q̃ ipsum respiceret hoc genus monstri: tamen cibo sumpto refectus est. Post in diem tercium replicatis vrgeri stimulis cepit. occupauerant em̃ cogitationes eius quasi iam presentis z secum posite. secũqz accũbentis imago mulieris: quaz z complecti sibi videbatur. z ad turpes vsus habere substractam. Processit tamen z sequenti die ad solita psallendi z orãdi officia: sed stabat vagus oculis. z mente captiuus. Cunqz solito ingressus ad vesperam requireret cibum: panem quidẽ inuenit super mensam. sed sordidissimum ac aridissimum: z quasi muribus vel canibus vndiqz corrosum. Tunc ille vt hoc vidit ingemuit. z lacrimas fudit. sed nõ ita ex corde nec ita vberes: que possent flamam tanti ignis extinguere. Ue rũtamen sumit cibum. sed neqz qualem consueuerat neqz quãtum solebat. Cum interim cogitatões eum tanqz cohors barbarica eum vndiqz circũuallant. et omni ex pte in eum tela iaculantur: ac vinctum captiuumqz eum ad seculum trahunt. Exurgens ergo: cepit iter agere noctu p heremum. z tendere ad ciuitatem. Sed vbi dies facta est: ciuitas quidẽ adhuc lõge aberat. Ipse vero cum rapidissimo estu torquere tur z fatigaret in heremo. vndiqz versus. cõsiderare oculis cepit z requirẽ: sicubi esset in vicino monasterium. Et cũ respexisset fratrũ quorũdam cellulam. tendebat illuc: vt apud eos requiesceret. Quẽ vbi adesse sensere serui dei. ꝺtinuo precurrũt in obuiã: z velut angelũ dei excipiẽtes adorãt. pedes lauãt: ad orationem inuitant. mẽsam ponũt: atqz omnia ꝺm diuinum mandatũ ꝯplent caritatis officia. Uerũ vbi refectus est. z paululũ requieuit: ex more quasi ab eruditissimo patre ceperũt verbũ edificatõnis expetere. ac monita salutis inquirẽ. Interrogauere q̃z eũ quõ quis dyaboli laqueos possit effugẽ. aut siqndo turpes iniecerit animo cogitatões: quõ depelli possint z abijci. Tum ille vt ꝯpulsus. est monita fratrib9 dare. z salutis eos viam docere. ac de insidijs demonum quas seruis dei intendunt facere sermonem: illos qui dem plane z sufficiẽter docuit. sibi vero ipi stimulos ꝯpunctõis infixit: z in semetip̃m regressus ait. Quõ ego alios moneo z ipe decipioz: aut quõ alios corrigo qui meip̃m non emendo: Age ergo miser: facito ipse prior que facere alios doces. Cunqz hmõi increpationib9 vteretur aduersus semetip̃m. z intellexisz se miserabiliter supplantatũ. Ualedicens fratribus. ꝺtinuo se cursu rapidissimo i heremũ dedit. z ad speluncã ꝺ qua discesserat: rediit. psternens se domino in oratõne dicens. Nisi dñs adiuuisset me: paulominus habitasset in inferno anima mea. Et itez: paulominus fui in omni malo: z paulominus ꝯsumauerũt me in terra. In hoc vero ꝯpletũ est qꝺ ait scriptura.

Frater fratrē adiuuans: exaltabit. sicut ciuitas munita et fortis. Post hec ergo pmansit omni vita sua in luctu ⁊ lacrimis: videns diuinitus sibi ꝓcessuꝫ celestis mense beneficiū ꝓdidisse. cepit em̄ in labore rursus ⁊ sudore vultus sui mādducare panē suum. Concluſit aūt se intra speluncam. atq; in cilicio ⁊ cinere iacens. tādiu lugens flensq; pmansit in oratonib; donec assistens ei angelus dñi. diceret ad eū. Suscepit dñs penitentiam tuā ⁊ repropiatus est tibi. sed caue ne vltra elatus decipiaris. Venient ad te autē fratres quos tuipse docuisti. deferentes tibi benedictiones. quas suscipere ne recuses: ⁊ sumens cū eis cibum. age gratias deo tuo. ¶ Hec autē locutus sum vobis filioli mei: vt sciretis quāta sit in humilitate firmitas ⁊ in elatōne ruina q̄ marīa. Ideo deniq; ⁊ saluator noster: primam beatitudinē de humilitate docuit: dicens. Beati paupes spiritu quoniā ipsorum est regnum celoꝝ. simul hmōi exemplo discentes. vt cautiores sitis ne a demonib; in cogitationū subtilitate seducamini. ꝓpterea em̄ ⁊ forma hmōi inter monachos obseruatur. vt siq̄s ad eos veniat siue vir ille seu mulier sit. siue senex siue iuuenis. siue ignotus siue notus: ante omnia ⁊ oratō fiat. ⁊ nomen dñi inuocetur: quia si fuerit aliqua trāſformatio demonis. cōtinuo oratōne facta diffugiet. Si vero in cogitatōe vestra ſuggesserint ipi demones aliquid vnde laudari debeatis ⁊ extolli: non acquiescatis eis: sed tūc magis vosmetipos humiliate in ꝓspectu domini: ⁊ p nihilo ducite. cum vobis illi aliquid de sectanda laude ſuggesserint. Deniq; etiam me frequenter demones noctib; seduxerunt. ⁊ neq; orare me neq; requiescere pmiserunt: fantasias quasdaꝫ p noctem totā sensibus meis ⁊ cogitationib; ſuggerentes. Mane vero velut quadam illusione: ꝓsternebant se ante me dicentes. Indulge nobis abba quia laborem tibi incuſſimus tota nocte. Ego aūt respondi ad eos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: ⁊ nō tēptetis seruū domini. Et vos ergo filioli quietem silētium q; diligite. ⁊ scientie operam date: atq; exercete vosmetipos vt frequenti collatione mentē vestram puram exhibeatis deo: ne oratones vestre impediātur apud deum. Quis etenī illi bonuꝫ opus agant ⁊ sit in illis ꝓbabilis ꝓscientia. qui inter seculares positi. exercētur in operib; bonis: ⁊ occupant semetipos actib; religiosis ⁊ sanctis. vel hospitalitatē sectando vel caritatis ministerijs obseq̄ndo. vel misericordias ac visitatones aliaq; hmōi opera explendo. in quib; alijs quidē boni semp aliquid conferant: semetipsos tamen castos seruent. Sunt ergo ⁊ isti probabiles ⁊ valde ꝓbabiles. qui ī bonis actib; placent deo. ⁊ sūt operarij incōfusibiles mandatoꝝ dei. sed tamē hec oīa terrenos habēt actus. ⁊ erga materias corruptibiles gerunt. Qui vero in exercitio mentis desudat. ⁊ spiritales intra semetipm excolit sensus. longe illis superior iudicādus est. Locum nāq; intra semetipsuꝫ ꝓparat vbi spūssanctus habitet. ⁊ obliuionē quodāmodo capiens terrenoꝝ: solicitudinē gerit de celestibus ⁊ eternis. Constituit em̄ semetipm semp ante cōspectum dei. ⁊ omnes ꝑsentium rerum solicitudines post tergum iaciens. solo diuini desiderij calore constringitur: ⁊ ideo in laudib; dei positus. ⁊ hymnis et psalmis die ac nocte nō poterit satiari. Hec ⁊ multa alia his silia beat⁹ iohānes p triduū ꝓtinuo loquēs ad nos: aīas nostras refecit ⁊ innouauit. Ut aūt cepimus velle ab eo ꝓficisci. datis nobis benedictōib; pgite inquit in pace o filioli. hoc tamē scire vos volo q; hodierna die victorie religiosi ꝓncipis Theodosij alexādrie nūciate sunt de eugenio tyrāno. Necesse est aūt ⁊ ipm Theodosiū: nō multo post. ꝓpria morte vitā finire. Cūq; ꝓfecti ab eo fuissem⁹. hec ita gesta esse ad fidē ꝓperim⁹: vt ipe p̄dixerat. Post dies aūt paucos insecuti sunt nos quidā fratres: annūciātes nobis q; ipe sanct⁹ Johānes in pace quieuerat. Obitus aūt ipius: talis quidē fuerat. Per triduū inquiūt nullū ad se introire pmisit: et positis genib; in oratōne reddidit spm̄. atq; ita prexit ad dñm. cui est honor. gloria. laus ⁊ imperiū. in secula seculoꝝ amē. Explicit vita beati Johānis egiptij.

¶ Vita ⁊ gesta sancti Hor abbatis. cui diuinit⁹ collata est literarum scientia.

Audimus et alium

apud thebaidē venerabilē vir Hor nomine. hic multoꝝ erat monasterioꝝ pat. qui habitu ipo honoris videbat angelici: nonagīta iam agēs etatis ānos. barba. plixa ⁊ claritatis canicie splēdida: vultu ⁊ aspectu ita letus: vt plus aliq̄d habere q̄s in hois natura ē visio ipa videret. Hic pri⁹ in vltima heremo. plurimis abstinētie laboribus exercitat⁹: postremo ī vicino vrbis loco monasteriū instituebat. In adiacētib; aūt habitatōis sue locis: diuersi generis arboꝝ siluas ipe p se plātaria ponēdo ꝓseuit: in q̄b; vt nobis a plurimis sctis pri⁹ affirmatū est. ante illi⁹ aduentū nullū oīno virgultū fuit. Ob hꝫ aūt plātauit hāc siluā: vt frēs q̄s inibi ꝓgregare cupiebat. nō haberēt necessitatē ligni gra longi⁹ euagā di: habēs curā ⁊ ī his que mīsterio corpis necessaria sunt. sed p̄cipue salutis eoꝝ ac fidei. Ipe tamē cum esset ī heremo. herbis pascebat ⁊ radicib; q̄busdā: ⁊ hec ei dulcia videbāt. Aquā vo si q̄n̄ inuenisset bibebat: oroib; ⁊ himnis occupās omne diei t̄pus ac noctis. Ut aūt ad maturaꝫ puenit etatē. apparuit ei angel⁹ dei ī heremo: p visuꝫ dicēs. Eris in gentē magnā. ⁊ mult⁹ tibi popul⁹ credet: ⁊ erūt q̄ p te saluādi sunt: multa milia hoīm. Quātoscūq; aūt ī hac vita posit⁹ ꝓuerteris ad salutē: sup tātos p̄ncipatū accipies ī futuro. ⁊ nihil verearis. nūq; em̄ aliq̄d tibi deerit eoꝝ q̄ ad vsuꝫ corpoꝝ req̄runt: quotiēs hꝫ poposceris a deo. Hec cū audissꝫ. ad vicinioꝝ loca accedit. ⁊ p̄mo sol⁹ sub quo tugurio q̄d sibiipe ꝓstruxerat habitare cepit. oleribꝫ ꝓpositis vescēs solis: interdū etiam pt⁹ ꝓtinuata ieiunia. ¶ Lras p̄mo igrauit. Cum aūt de hēmo ad hꝫ q̄ sup̄dixim⁹ vicinioꝝ habi⁹ cul⁹ loca accessissem. data est ei diuinit⁹ gra: ⁊ cū a fratribꝫ oblat⁹ ei fuissꝫ codex. q̄si olim iā sciēs lras legē cepit. Collata ē ei ⁊ adusus demōes etiaꝫ ꝑt⁹. ita vt multi ex his q̄s vrgebāt demōes etiā inuiti ad eū raperēt ꝓtestātes summo cū clamore: de merit⁹ e⁹. Sꝫ ⁊ alias q̄pluras sanitates opabat. Cōgregabāt iterī ad eū plurie mꝫtitudies mōchoꝝ. int⁹ q̄s cū etiā nos advenissem⁹: visis nob letissim⁹ reddit. Cūq; salutans nos orassꝫ (more sibi solito) pedes hospitū. ꝓpriſma

nibus lauit: ꝛ docere nos ex scripturis. que ad edificationem vite ac fidei pertinent: cepit. Erat enim ei docendi gratia: a deo collata. Cum itaq; plurima nobis scripturarum capitula sapienter disseruisset: rursus ad oratōnem conuertebatur. Consuetudo autē erat ei non prius corporalem cibum sumere: q̄ spiritalem xp̄i communionem acciperet. Qua percepta: post gratiarū actionem adhortari nos etiam ad reficiendum cepit: ipse tamen sedens nobiscum. nunq̄ cessabat aliquid de studijs spiritalibus commonere.

Narrabat ergo nobis tale aliq̄d. Scio inquit hominem quendam in heremo: per tres continuos annos nullum sumpsisse terrenum cibum. angelus em̄ domini tercia quoq; die escam deferebat ei celestem Et hec ei cibus erat ꝛ potus. Et iterum scio huiusmodi hominem ad quem venerunt demones in specie celestis militie. ꝛ habitu angelorum. currus igneos agentes. plurimo apparatu. tanq̄ magnum aliquem regem deducentes: isq; qui ceteris vt rex haberi videbat̄: dicebat ad eum. Implesti omnia o homo: superest tibi vt adores me. ꝛ transferam te sicut helyam. Sed monachus hec audiens: dicebat ī cor de suo. Quid est hoc. Quottidie ego saluatorem q̄ est rex meus adoro. hic si esset ille. quomodo a me ꝑ posceret: quod indesinēter me facere sciret. Et post hec respondit ad ipsum. Ego habeo meum regē quē quottidie sine intermissione adoro: tu autem non es rex meus. Et continuo inimicus ad hec verba nusq̄ comparuit. Verum. hec ille quasi de alio nobis narrans: sua gesta sub alterius ꝑsona memorabat. Patres tamen qui aderant. ipsi nobis affirmabāt: q̄ ipe esset qui hec vidisset ꝛ audisset. Erat em̄ hic magnificus pater: qui inter cetera bona etiam hoc prestabat aduenientibus fratribus. ꝛ cum ipo habitare volentibus. q̄ faciebat conuocari fratres qui secum erant. ꝛ in vna die aduenienti fratri cellulaz edificabant. Et erat in hoc opere magna alacritas fratrū. Unoquoq; eorum festinante: lateres conuehere: aut lutū porrigere. aut aquam infundere: aut ligna deferre. Ubi vero perfecta fuisset ipse eaz omnibus vtensilibus. vel necessarijs instructam. tradebat fratri. hic aliquādo cum falsus quidam frater ad se venisset: ꝛ vt videretur nudus vestimenta sua occultasset. arguit eum coram omnib. ꝛ in medium que occultauerat protulit ꝛ ita ꝓtimuere omnes vt dereliquo nemo auderet coram ipso fallere. Tanta in eo erat virtus animi. ꝛ tanta diuine gratie magnitudo: quā abstinētie labore ꝛ fidei puritate quesierat. Multitudines aūt fratrum cum ipo posite. tanta gratia erant replete vt cum ad ecclesiaz ꝙuenirent. chori eor vestibus ac mentibus resplendētes. ad imitationē virtutū celestiū. in himnis ꝛ laudibus dei peruigiles viderent̄.

De scō Ammone abbate triū miliū monachor

Audimus aūt ī Thebaida etiā alium virum nomine Ammonem. Patrē trium milium circiter monachor (qui thebenēsij appellabant̄) ingētis abstinentie viri. quib vsus est indui colobijs quasi saccis lineis. ꝛ pelle confecta a collo posttergum ꝛ latus descendēte cōtegi. cucullis etiaz caput operiri. maxime cum ad cibum ꝙuentū fuerit. eis etiā velare faciem ne alius aliū parcius cibū sumentē deprehēdat. Est autem eis ꝛ in capiendo cibo summū silentiuz. ita vt nec putet̄ in eo loco esse aliquis hominuz vbi sedent ad mēsas: ꝛ omnis eor ꝙuersatio ita est in multitudine posita quasi sit in solitudine. dū ita latet vniuscuiusq; abstinentia: vt ab alio deprehendi non possit. Sedent ergo ad mēsaz ꝓtingentes magisq; sumentes cibos. vt nec defuisse mēsis: nec tamē ventri satis fecisse videant̄. Maior quippe est cōtinentie virtus. his abstinere: que in oculis habent̄. ꝛ nō in manib.

De scō Benone. angelice ordinis viro ꝛ abbate

Audim⁹ et aliuz senem. māsuetudine omnes homīes ꝓcellentez. abbatē Benonem nomīe: de quo asserebāt fratres qui cum ipo erant. q̄ neq; iuramētum vnq̄ neq; mendaciū de ore eius ꝓcesserit: neq; vllus hominū iratum viderit eum aliquādo. aut sermonem supfluuz ociosumq; ꝓferentem: sed erat vita eius in summo silentio. moresq; tranquilli: ꝛ p omnia quasi angelici ordinis vir. humilitas q̄z immēsa: ꝛ in omib ꝓ nihilo semetipm ducens. Deniq; nobis multum rogantib vt aliquem sermonē ab eo edificatōnis audiremus: vix impetrare potuimus. vt pauca nobis de māsuetudine loqueret̄. Hic aliquā do cum bestia quedam (que ypotam⁹ appellat̄) sibi regionē proximā vicināq; vastaret: rogatus ab agricolis venit ad locum. ꝛ cum ad immanē beluam peruenisset: ait ad eam. Precipio tibi in nomīe ihu xp̄i: ne vltra vastes hanc terram. Tunc illa quasi angelo persequente effugata. nusq; oīno comparuit. Simili modo etiam coco drillum: ab eo alio tempore fugatum perhibebant.

De Oxirinco ciuitate vbi null⁹ manet hereticus.

Enim⁹ aūt et ad ciuitatem quādaz Thebaidis nomīe Oxirincum: in qua tāta religionis deprehendimus bona: vt ea nemo digne sufficiat enarrare. Repletā nāq; eam monachis intrinsec⁹ vidimus. ꝛ extrinsecus omni ex pte circūdatā: ꝛ edes publice si que in ea fuere. ꝛ tēpla supstitōis antique. habitatōes nūc erant monachorum: ꝛ p totam ciuitatē multoplura monasteria: q̄s domus videbant̄. Sūt aūt in ipa vrbe (q̄ est ampla valde ꝛ populosa) duodecim ecclesie in quib public⁹ agitur populi ꝙuentus: exceptis monasterijs. in quibus per singula loca orationū domus sunt: que certis temporib ad oratōnez frequētant̄. Sed nec porte ipe nec turres ciuitatis. aut vllus omnino angul⁹ eius. monachorum habitationib vacat quiq; p omnez partem ciuitatis die ac nocte. hymnos ac laudes deo referētes. vbez totam quasi vnā dei ecclesiā faciūt. Nullus em̄ ibi inuenit̄ aut hereticus aut pagan⁹: sed omnes ciues xp̄iani. omnes catholici: vt nihil oīno differat. si epūs in platea oratione aut in eccl'ia faciat. Jpi q̄z magistrat⁹ aut ꝓncipales ciuitates ꝛ reliqui ciues studiose per singulas portas statuūt eos qui obseruent vt sicubi apparuerit peregrinus aut paup. certatim ad eum currāt. et qui ꝓoccupauerit abducit: vt q̄ sunt necessaria con-

sequat'. De his autez que erga nos ab ipis populis gesta sunt. Uidentibz transire nos p ciuitatez suam. z velut angelis occurrentibz atqz honorē deferentibus: quomodo enarrē: Aut de ipis monachis z virginibz quoz inumere multitudines vt supradixim⁹ in illa vrbe habent': Requirētes eñ a sancto episcopo loci ipius viginti milia virginū. z decem milia monachoz inibi haberi cōperimus. Quoz omniū affectum erga nos z honorē quem exhibebant: vobis exponere nec sermo sufficit. nec verecūdia pmittit: quomodo pallia nostra scinderent'. vnoquoqz nos sibi rapiente. z ad se adducere cupiente. Uidim⁹ quoqz ibi plurimos sanctoz patrū diuersas dei gratias habentes. alios in verbo dei. alios in abstinētia: alios in signis z virtutibus ministrantes.

¶ De sancto Theone qui triginta annis silentij habuit obseruatōnem.

Uidim⁹ et aliuz non longe ab vrbe ad eaz ptem que mittit ad heremuz. nomine Theonem: virum sanctum. intra cellulā suam clausuz z solitariū: qui pbibebatur triginta annis silentij habuisse ptinentiam: quicqz tam multas virtutes faciebat. vt ppheta apd illos haberet'. Cōgregabat nāqz ad eum p dies singulos infirmoz plurima multitudo: ad quos ille per fenestram manū proferēs. z vnicuiuscqz capiti sup ponens. ac benedicēs eos: sanos ab omni egritudine remittebat. Hic etiaz ipo visu tam venerabilis erat tantāqz reuerentiā gerebat in vultu: vt inter homines angel⁹ videret'. ita letus oculis z plen⁹ totius gratie apparebat. ¶ Huic cum ante paruū tempus (vt cōperimus) noctu latrones supuenissent. aurum se apud eum inuēturos sperātes. oratione sola ita vinxit: vt foribus eius affixi mouere se oīno non possent Mane vero cū ad eum turbe solito pgenissent. z viderent ad ianuas eius latrones: volebāt eos igni tradere. At ille rex necessitate cōpulsus: vnuz eis solum locutus est verbuz. Sinite inquit istos abire illesos: alioquin gratia a me fugiet sanitatū. Populi autez vt audierūt hec. ptradicere nō audentes: dimiserūt eos. Latrones vero videntes qd secum gestum est: abiecta scelerū voluntate. pteritoz maloz penitentiam gerentes: ad monasteria vicina pfugiunt: atqz ibi emēdationis vite formā modūqz suscipiūt. Erat aūt supradict⁹ vir eruditissim⁹. non soluz egiptioz z grecoz lingua. sed etiā z latinoz: vt z ab ipo et alijs qui ei aderāt didicim⁹. Sed z ipe releuare cupiēs z consolari pegrinatōnis nostre laborē. in tabula scribens ad nos: gratiā doctrināqz sui sermonis ostēdit Erat aūt ei cib: absqz ignis opere. Dicebāt aūt q z noctib ad heremū pgrediens: comitatu vteret plurimo heremi bestiarū. Ipse vero hauriēs aquam de puteo suo z prebēs eis pocula: obsequij eaz remunerabatur laborem. Huius autem rei manifestum dabatur indicium: q vestigia bubalorum caprarumqz et onagrorum. circa eius cellulam plurima deprehēdebantur.

¶ De sancto Appollonio confessore z virtutib ei⁹.

Uidim⁹ et aliuz sanctum virū nomīe Appolloniū apud thebaidam in finib Hermopolis: ad quaz ciuitatē saluatorē cum Maria z Joseph de iudee finibus venisse tradunt: sm pphetiam Isaie dicentis. Ecce dns sedet sup nubem leuē. z veniet in egiptuz. z pmouebunt manufacta egiptioz a facie eius: z cadent in terrā. Uidim⁹ ergo ibi etiam z templū ipsuz in quo ingresso saluatore corruisse omnia idola i terram z cōminuta esse memorabāt'. ¶ Uidimus ergo supradictū virum in vicina heremo. sub monte quodam habentem monasteria. Erat enim pater monachoruz circiter quingentoz. z famosissimus in omnibus Thebaide finib habebatur. Opera enim magna erant ei: z virtutes multas signaqz plurima z prodigia faciebat per eum deus. A puericia nāqz in abstinentia nutritus est. qui cum ad maturaz peruenit etatem: gratia dei semp cum ipo creuit. Erat eñ annoz fere octoginta. cum eū vidimus. in monasteriorum pgregatione florentem: sed z ipi qui videbāt ei⁹ esse discipuli. ita pfecti erāt z magnifici: vt omnes pene possent signa facē. Quidecim g annoz secessisse eū ad heremū ferebāt. atqz ibi cū quadraginta annis fuisset. in exercitijs spiritalib cōuersat⁹: aiebant vocē dei ad eū delatā dixisse. Appolloni per tepdam sapiētiaz sapientiū in egipto: z intellectū prudentiū reprobabo. Perdes aūt mihi z eos qui inter ipos sunt sapiētes babilonis: z omnē cultūrā demonioz subrues. Perge g nūc ad loca habitabilia: generabis eñ mihi populū substātiuū z pfectū. emulatorem operū bonoz. At ille respondens ait. Aufer a me domine iactantiā. ne forte elatus sup fratres meos: cadā ab omnib bonis tuis. Respōdit ad eū rursus diuina vox. Mitte manū tuā ad ceruices tuas: z quod prehēderis pstringe. et sub arena obrue. At ille sine mora iniecta manu ad ceruices suas. apprehendit quasi parulū quendā ethiopē: z ptinuo dimisit eum sub arena clamantē z dicentem. Ego sum supbie demon. Post hec vox ad euz facta est a deo dicens. Perge nūc: omnia eñ quecūqz a deo poposceris: psequeris. Ille ergo post hec prexit ad ea loca: in quib hoīes habitabāt. temporib aūt Juliani tyrāni hec fiebāt. ¶ Fuit aūt in locis illis spelūca q dam heremo vicina. in q habitare cepit: indesinēter die ac nocte oratōnib vacās. easqz (vt aiebāt) p diē centū vicib totidēqz noctis tpe curuās genua consignabat deo. Libo aūt magis celesti qz hūano vtebatur. Indumētuz ei⁹ stuppeū collobiū erat: qd apd illos lebites appellat'. z linteū q collū z caput obuolueret. Que tñ indumēta pmansisse ei ferebant in deserto nūqz veterata. Erat g in vicino heremi loco ⁊ virtute spūs degēs: signa z sanitates miras efficiens: qs enarrare p sui immēsitate. sicut ab his q cū ipo erāt senioribz cōperimus. vox nulla sufficiet. Fama autē magnifica de eo puulgata. cū āmiratōe omniū. quasi ppheta aliquis aut apostol⁹ haberi cepisset. vicinis e regionib monachi diuersis ex locis pueniebāt ad eū: z tanqz pio patri. magna munera. suas singuli q qz alias offerebāt. At ille vnūquēqz eoz tota religione suscipiēs: alios ad bñ opandū: alios ad bene in-

telligẽdũ ꝓuocabat. Sꝫ ꝛipe pr̃ea ostendebat' ex emplis: que verbis docere cupiebat. Alijs quidẽ diebus vnũquẽqꝫ apud semetipm exercere abstinẽtiaꝫ quã posset sinebat. die vero dñica gratia caritatis se cum oĩes cibũ sumere hortabat'. cum tamẽ ipe solitis abstinẽtie obseruatõibꝫ deseruiret: herbis solũmodo aut oleribꝫ vtẽs. nec vsuꝫ aut ministeriũ ignis admittẽs. ¶ Hic cũ audisset Juliani (vt supm dixim⁹ temporibꝫ) fratrẽ quẽdaꝫ ad militiã ꝓprehẽsuꝫ detineri in carcẽ: venit ad eũ cum fratribꝫ ꝓsolandi gratia: vt moneret eũ in necessitate tenere ꝓstantiã. atqꝫ imminẽtia contẽnere ac deridere pericula. Temp⁹ei ait. certaminis adest: in quo fideliũ mẽtes temptatõibꝫ ꝓbande sunt ꝛ noscende. Cũqꝫ bis ꝛ alijs verbis roborar̃et animꝫ adolescẽtis: supuenit centurio: ꝛ indignatus. cur introire ausus esset. claues extrinsecus carceri imposuit: ipm qꝫ ꝛ omnes q̃ cum eo venerant pariter ꝓclusit: quo scꝫ etiã ipsi similiter ad militie detinerẽt officiũ. Constituẽs qꝫ custodes qꝫplurimos: abscessit. Medio aũt noctis astare visus ẽ angelus ingenti luce resplendẽs: ꝛ obstupefactis ꝓterritisqꝫ custodibꝫ. carceris claustra patefecit. Tũc vero ipi custodes aduoluti ad pedes sanctoꝝ: rogabãt eos discedere: dicẽtes. melius sibi esse mori ꝓ bis qꝫ diuine ꝛ vtuti obsistere. que eoꝝ curam gerebat. Mane ꝛo etiã ipse centurio cũ principalibꝫ viris festin⁹ ad carcerẽ venit: rogãs vt discederẽt oẽs qui teneri videbant'. dicebat em̃ domũ suã terremotu magno cõcidisse. ꝛ electos quosqꝫ famuloꝝ suoꝝ peremisse. Sancti ꝛo bis auditis hymnũ deo laudesqꝫ cecinerũt. ꝛ regressi ad heremũ erãt in vnũ positi: ꝑm apostoloꝝ exemplũ. habẽtes aĩaꝫ vnã ꝛ cor vnũ. ¶ Pater aũt senior docebat eos vt q̃tidie ꝓficerent in virtutibꝫ: ꝛ insidias diaboli quas ꝓ cogitatões inferret hominibꝫ. in initijs statim retũderẽt. Sic em̃ aiebat. Si ꝓfringat' caput serpẽtis: omne ei⁹ corpus emortuũ reddit'. Ob hoc em̃ mãdat nobis deus obseruare caput serpẽtis: vt oĩno statim ab initio. nec recipiamus malas ꝛ sordidas cogitatões in corde nostro. Quãto g̃ magis diffundi non ꝓuenit in sensibꝫ nr̃is cogitationũ fantasias: quas etiaꝫ ab initio recipi vetat: Sed ꝛ illud monebat. vt in ꝛ vtutibꝫ animi alter alterꝝ vincat: nec patiat' se vnusq̃sqꝫ inferiorẽ ꝓximo suo fieri. Hinc aũt dicebat. Sciatis g̃ vos ita ꝓficere in virtutibꝫ: si nulla vobis passio fuerit dominata erga mũdana desideria. Hoc em̃ est initiũ donoꝝ di Qꝛsi etiã ad hoc venerit q̃s vestrũ. vt ꝛ signa ꝛ mirabilia faciat: nõ extollat' ꝓ hoc. neqꝫ in cogitatõe sua erigat' tanqꝫ ceteris ꝓlatus: sed nec hoc ipm hominibꝫ debet ostẽdere. q̃ donũ gratie hui⁹ acceperit: alioq̃n seducit seipm. ꝛ ipe decipit'. ꝛ gratiã ꝑdet. ¶ Habebat g̃ hanc magnificã verbi dei doctrinã: sicut ꝛ nos etiã ipi ex pte fruiti sumus. Sed ꝛ maiorẽ habebat in operibꝫ gratiã. Omne em̃ quicq̃d petisꝫ a deo: sine mora ꝓsequebat'. Sꝫ ꝛ reuelatões ei plurime ostendebant'. Denicꝫ seniorẽ fratrẽ suũ qui ꝛ ipe in heremo defunctus est. cũ quo plurimo tpe egeret vitã ꝓfectam. vidit in somnis in sede apostolica residentẽꝫ atqꝫ vnũ ex ipis hereditatẽ sibi virtutũ ꝛ gratiaꝫ reliquisse. Cunqꝫ etiã ꝓ semetipo oraret vt velocius eum dñs assumeret. ꝛ cum ipo sibi requiẽ ꝑstaret in celis: responsu⁹ est ei a dño saluatore. parũ adhuc ei temporis in terris deberi: donec vite ꝛ cõuersatõnis eius plurimi emulatores existant. populos nanqꝫ ei plurimos credẽdos esse monachoꝝ. ꝛ exercitũ quendam pioꝝ: vt ꝓ hec dignã ꝓ talibꝫ meritis remunerationẽ inueniret apud deũ. Hec aũt vt vidit. ita gesta sunt. ꝙuenerũt em̃ ex omni loco monachi fama et doctrina eius inuitati. ꝛ ꝑcipue exemplis ei⁹ qꝫplurimi seculo renũciantes. cõuentũ quendã magnificum fecerũt apud eũ in supradicto montis loco: cõmunẽ vitam mense vni⁹ vnanimiter cõseruantes. Hos ergo tanqꝫ vere celestẽ quendã. ꝛ angelicũ cernebam⁹ exercitũ: omnibꝫ virtutibꝫ adornatum. Nullus sane in eis sordidis vtebat' indumentis. sed splendore vestium pariter atqꝫ animorũ nitebant: ita vt ꝑm scripturam letaretur heremus sitiens. ꝛ multi filij ei⁹ viderentur in deserto. Que qꝫuis de ecclesia dicta sint tamen in egipti desertis hec etiaꝫ historica relatione completa sunt. Ubi em̃ tante ꝓ vrbes multitudĩes veniũt ad salutẽ. quantas egipti deserta ꝓtulerunt. Quãti populi habent' in vrbibꝫ: tante pene habẽt' in desertis multitudines monachoꝝ. Unde mihi videtur etiã apostoli dictuꝫ in eis esse completũ: q̃ vbi abundauit peccatum. ibi superabundauerit gratia. ¶ Abundauit em̃ aliqñ immũ⁊ eus idoloꝝ cultus in egipto sic̃ nusqꝫ gentiũ. Canes em̃ ꝛ simias atqꝫ alia portẽta olim venerati sunt. Allia qꝫ ꝛ cepas ꝛ nõnulla olerũ deos credebant: sicut ab ipo patre Appollonio tradẽte didicim⁹. Causaꝫ em̃ nobis ꝓfisce eoruꝫ supstitõnis hoc modo exposuit. Bouẽ quidem deũ crediderunt aliquãdo egiptij: ꝓ eo q̃ ꝑ ipm rura excolentes victum cibũqꝫ capiebant. Sed ꝛ aquã nili colebant. ꝓ eo q̃ vniuersas rigabat egipti regiones Colebant quoqꝫ ꝛ terrã. vtpote vberiorẽ ceteris terris. Canes etiã vt supradiximus ꝛ simias ac diuersa herbarũ genera atqꝫ olerũ colebant. ꝓ eo q̃ occasionem sibi salutis ꝑ hec venisse opinabant' temporibꝫ pharaonis. Circa hec em̃ singula occupatõ eis exorta videbat'. cum ille patres nostros ꝓsequẽs submersus est. ꝛ vnusq̃sqꝫ id ꝑ quod occupari visus est. ne pharaonẽ sequeret': hoc sibi reputauit deũ dicẽs. q̃ hoc mihi deus fuit hodie. vt nõ seq̃rer pharaonẽ: et simul cum ipo demergerer. Hec g̃ erãt verba sancti Appollonij que nobiscuꝫ loquebat'. Sed multoma gis illa scire oportet que in operibꝫ ꝛ virtutibus habuit. ¶ Erant aliquãdo in circuitu sancti Appollonij positi decem circiter gentiliuꝫ vici: apud quos demoniaca supstitio summo studio colebatur. Tẽpluꝫ em̃ erat ibi amplissimũ atqꝫ in eo simulacrum quod moris erat circũferri a sacerdotibꝫ bachancium ritu. cum reliqua multitudine circũeuntibus: ꝛ quasi pro aquis pluuialibꝫ ꝓphana misteria pagentibꝫ. Contigit autem sub eo tẽpore quo huiusmodi ab eis orgia gerebant' iter agere beatũ Appolloniuꝫ per ipsa loca cum aliquãtis fratribꝫ. Et cum vidisset infelicium turbas quasi demone quodam agi. bachariqꝫ ꝑ campos: miseratus errorem eoꝝ. fixis genibus inuocauit dominũ ꝛ saluatorẽ nostrũ. ꝛ omnes eos q̃ cere monijs demoniacis agebãtur cũ simulacro suo stare fecit imobiles: nec ꝓgredi oĩno vsqꝫ posse. Atqꝫ ita per totam diem rapidissimis adusti estibus ꝑmanse

runt:ignorãtes vnde eis herere vno in loco ĩmobiliter ꝓtigisset. Tũc sacerdotes coꝝ dicebãt esse quendam xp̃ianũ. in regionib⁹ vicine heremi ꝓmanẽtem Appolloniũ nomĩe.7 ip̃ius esse hec opa:qui nisi esset exorat⁹.sibi piculũ pmãsurũ. Ut aũt ad rei tãte miraculũ ꝓuenerũt vndiqꝫ q̃ audierãt: 7 pcũctantes q̃ tãti causa extiterit mõstri.ignorare se penit⁹ fatebãt suspitõeꝫ tñ dari sibi dicũt supradicti viri. quẽ 7 exorari ꝑ se deposcũt. Tũc quidã ex ip̃is vere eos opinari aiũt.nã 7 vidisse eũ illo itinere ꝓtereũtem confirmãt:7 tñ adhibere q̃ putabãt ꝓdesse auxilia nõ morant. Adducũt boues q̃x ꝓtute videret posse moueri simulacrũ. Sꝫ nec cũ sic quidẽ aliq̃d ꝓfecissent omni auxilio frustrati legatos ad hominẽ dei mittũt pollicẽtes vt si eos resoluat ab his vinculis.pariť q̃ꝫ erroris in eis vincula dissolueret.hec vbi nũciata sũt ei.sine mora descẽdit ad eos 7 oratõe sola ad deũ fusa:omnes resoluit. At illi sine dilatõe vnanimiť omnes ꝓfugiũt ad eũ.saluatorẽ deo nr̃o credẽtes 7 gratias referẽtes. Simulachꝝ vero qđ erat ligneũ cõtinuo igni tradũt:ip̃i aũt secuti hominẽ dei.atq; edocti ab eo fidem xp̃i.ecclesie dei sociati sunt. Plurimi vero ex ip̃is cum ip̃o mãserũt:7 etiã nũc in monasteriꝭ degũt. Facti tamẽ hui⁹ mirabilis fama vbiq; diffusa est.7 multi ꝑ hoc ad fidẽ dñi ꝙuertebãť. ita vt in omnib⁹ illis regionib⁹:null⁹ iam pene gẽtiliũ remaneret. ¶ Post aliq̃ntuꝫ tp̃is certamẽ: erat de finib⁹ inter duos vicos hoc cũ nũciatũ esset sancto Appolonio:festinãs descẽdit ad eos pacis gr̃a. Sed illi furore ꝓtentõis incensi nullo genẽ ad pacis ꝓsiliuꝫ flectebanť maxime q; vni⁹ ptis ꝑplus.plurimũ fiducie ĩ viribꝫ cuiusdaꝫ latronis gerebat:qui ip̃ius certamis signifer videbať. Hũc cuꝫ videret Appolloni⁹ paci resistentẽ:dicit ad eũ. Si mihi o amice acquiescẽ voleris ad pacẽ:rogabo deũ meũ 7 remittet tibi pecca ta tua. At ille cum audisset nihil oĩno distulit:sed genubꝫ ei⁹ ꝑuolutus:supplicabat ei. Tum deinde conuersus ad turbas que eũ secute fuerãt:fecit oẽs cum pace discedere. Quib⁹ secedẽtib⁹ ipe ꝑmãsit cũ homine dei:expectãs ab eo ꝓmissuꝫ. Tũc vero Appolloni⁹ assumẽs eum.7 cum ip̃o iter agẽs ad monasteriꝭ um docebat eũ mutare debere ordinẽ vite.7 patient a deo querẽ miscdiaꝫ:7 ꝓmissionẽ eius ex fide expectare.oĩa em̃ possibilia dicebat esse credẽti. Tũcꝫ noctis tp̃e simul ĩ monasterio reꝺeuissent.ꝑ visum ambo vident se esse in celis:7 assistere ante tribunal xp̃i. Uidẽt etiã angelos dei. 7 sanctos quosq; adorãtes dñm. Et cum hec vidẽtes:etiã ip̃i adorassent deum Uox dñi ad eos deferť:dicẽs. Licet nulla sit ꝓmunio luci 7 tenebꝛis.nec sit aliqua portõ fideli cum infideli:tamẽ donať tibi salus isti⁹ ꝑ quo supplicasti appolloni. Sꝫ 7 alia multa cũ audissent ĩ celesti visione positi.q̃ neq; ꝑmo enarrare sufficit neq; auris audire:surrexerũt a somno 7 que viderãt fratribꝫ indicarũt. Ammiratõ aũt ingẽs esse cepit: cũ vnũ atq; idez somniũ vterq; narrarẽt. Permãsit aũt cũ fratribꝫ latro ille iam sanct⁹: vitã suã mozesq; ad omnẽ innocẽtiã pietatẽq; ꝓmutãs: tanq; in agnũ versus ex lupo vt in eo plenissime ꝓpleri videret ꝓphetia Isaie dicentis. Lupi cũ agnis pascent:7 leo 7 bos simul paleis vescent. Uidim⁹ ibi quosdã etiã gẽtis ethiopũ viros cũ monachis viuẽtes.7 multos ex ceteris monachis in obseruãtia religionis 7 virtutib⁹ animi p̃cellentes: vt 7 in ip̃is compleri videret scriptura que dicit. Ethiopia ꝓueniet manus eius deo. ¶ Adhuc aũt ĩ gestis sancti Apollonij ferebať hoc. Lis quodam tpe dicebať exorta inter duos vicos: quorum vnus xp̃ianoꝝ ali⁹ gentiliũ fuit. Procedũt ex vtraq; pte armatoꝝ turbe plurime: accidit aũt vt vir sanctus Appolloni⁹ supueniret. Cũq; eos hortareť ad pacẽ:quidã eoꝝ qui inter gẽtiles quasi caput 7 causa belli illi⁹ stabat homo truculẽt⁹ 7 ferus:obsistebat ei vehemẽter dicens.nõ se ꝓmittere fieri pacez vsq; ad mortẽ suam. Tũc ille fiat inquit vt optas. Null⁹ em̃ alius ꝑter te perimeť:sed 7 mortuo ꝓgruũ bonori tuo tibi sepulchrũ fiet.nõ terra sed bestiaꝝ ac volucrũ ventres. Et ꝓtinuo sermo eius efficit veritas. Nullus em̃ alius ex vtraq; pte:nisi solus ip̃e cecidit Quẽ cũ sub arena obruissent:mane regressi inuenerunt corp⁹ illius a bestijs effossum.laniatũq;: atq; a volucrib⁹ deuoratũ. Cũq; omnes ammiratõnez babuissent.q; sermo hom̃is dei ita fuisset impletus:cõuersi sunt omnes ad fidẽ saluatoris domini.7 Appoloniũ ꝓphetam dei predicabant. ¶ Sed 7 hoc nos non effugiat quod ab eo ꝓmis adhuc diebus quib⁹ in spelunca habitare cum paucis fratribꝫ ceperat:factum didicimus. Dies sanctus aderat pasche:7 cuꝫ solẽnitas vigiliarũ sacramentorũq; intra speluncaꝫ fuisset expleta.atq; ex his que fuerãt apud eos refectio pararet:erant autẽ eis pauci tantũmodo 7 sicci panes.atq; olera ex his que sale aspsa reponi apud eos solẽe est. Tunc Appollonius fratres qui secum erant:alloqui ita cepit. Si est in nobis fides. et vere fideles sumus famuli xp̃i:petat vnusquisq; nostruꝫ a deo.siquid quis quasi in die festo sumere libenter habet. At illi:ip̃e potius.qui eos etate et meritis ꝓcelleret hec a deo poscenda permittunt: semetipsos inferiores huius gratie iudicantes. Tunc ille cũ omni alacritate oratõnem fudit ad deum. Qua expleta cum omnes respõdissent amen:ecce repente ante fores spelũce astare vident homĩes quosdaꝫ sibi penitus ignotos.quiq; tam multas copias rerum omnium que ad vsus dũtaxat ciboꝝ pertinẽt: detulerunt vt neq; tam multa neq; tam diuersa facile quisq; verit:in quibus erant quedam que omnino in egipti regionibus nusq; visa sunt: videlicet pomorum genera.7 magnitudo incredibilis vue.nuces.ficus.mala quoq; punica. 7 ante tẽpus omnia fani atq; mellis 7 lactis copia.7 panes calidi 7 mundissimi:qui tamen peregrini esse videretur prouincie. Uiri vero q̃ hec detulerant statim vt ea monachis tradiderunt: quasi festinãter ad eũ a quo missi fuerant redire cupientes.mox discedunt. Tunc ip̃i monachi gratias domino referentes:ex his que sibi fuerant delata vesci ceperunt. Quorũ copia tanta fuit.vt vsq; ad diem pentecosten q̃ttidie ministrata sufficerẽt: certi q; hec sibi a deo solẽnitatis gratia missa sint. ¶ Cõperimus etiam hec q; quidam ex fratribꝫ. cui derat humilitatis 7 mansuetudinis gratia poposcit ab eo. vt peteret a domino vt sibi donaretur hoc munus:orãte illo tãta in eũ gr̃a mãsuetudis 7 hũilitatis aduenit vt oẽs frẽs stuperẽt de trãq̃llitate anĩ ei⁹ 7 molestia:

in quo prius nihil hoꝛ viderant. ¶ Dꝛta est aliquã do fames apud thebaidã. Scientes autẽ habitatoꝛes terre illiꝰ ꝙ monachi qui cum appollonio domio seruiebant. frequẽter etiam sine cibo ꝓ domini gratiam pascebantꝫ. omnes simul cum vxoꝛibꝫ ⁊ filijs pergunt ad eũ: cibuꝫ simul benedictõemqꝫ poscentes. At ille nihil dubitãs ꝓferre cepit ex his que ad vsuꝫ fratrũ reposita erãt: ⁊ dare singulis copiose. Cũ ꝯo tres sole panũ sꝑte remãsissent. fames aũt populũ vehemẽter vrgeret: iubet in mediuꝫ ꝓferre sꝑtas. que sole supfuerant vniꝰ diei victũ monachis ꝑbitu re: ⁊ in auditu totiꝰ populi. qui famis necessitate confluxerat: eleuatis ad deũ oculis manibusqꝫ ait. Nunquid nõ valet manus dñi multiplicare hec. Sic dicit spũssanctus. Nõ deficiet panis in sꝑtis his: donec saciamur omẽs de frugibꝫ nouis. Etiã ⁊ plurimi ex his qui tũc in pñti fuerant. ꝙfirmabãt quatuoꝛ cõtinuis mensibꝫ. nec cessatũ est vnqꝫ erogari panis ex sꝑtis: neqꝫ deesse potuit aliquãdo. Similiter autẽ ⁊ alio tẽpoꝛe fecisse eum de frumẽti ⁊ olei specie phibebant. Quibꝫ virtutibꝫ motus dyabolꝰ dixisse ad eum fertur. Nũquid helyas es tu: aut alius aliquis ꝓphetaꝝ vel apostoloꝝ. ꝙ hec facere ausus es. At ille ñdit ei. Quid em̃: Nõne ⁊ ꝓphete ⁊ apostoli homines erant. qui nobis ⁊ fidem suam ⁊ gratiaꝫ tradiderũt. Aut tunc deus pñs erat. nunc vero absens est Absit. Deus omnia potest. ⁊ que potest: semp põt. Si ergo deus bonus est. tu quare malꝰ es: Hec vt supꝛa iam diximus a senioꝛibꝫ viris religiosis. ⁊ sanctis ꝙ eum gesta esse: fideli narratõe ꝓperimus. Et ꝙuis eoꝝ fidelis sit habenda relatõ. maioꝛeꝫ tamen fidem rerũ pstitit etiam hoc: quod nosipi oculis nostris inspeximus. Plenas em̃ sꝑtas panibꝫ deferri vidimus ad vacuas mẽsas. ⁊ cum replerentꝫ panibus mense. atqꝫ ad omnẽ sacietatem ꝓsumerentꝫ: plene nihilomiꝰ recolligebantꝫ. Aliud qꝫ qd apud euꝫ mirum vidimus: nõ silebo. ¶ Tres eramus nos fratres qui ad sanctũ appolloniũ venimus. ⁊ ecce longe adhuc nobis positis ab eius monasterio: occurrerũt fratres. qui ab ipo ante triduũ audierant de aduẽtu nostro: occurrerũt aũt nobis cũ psalmis (hoc em̃ moris est eis facere) in aduentu omniũ monachoꝝ. Et adoꝛãtes in facies suas vsqꝫ ad terrã. osculabãtꝫ nos atqꝫ oñdentes nos sibinuicẽ dicebant. Isti sunt fratres: de quoꝝ aduẽtu ante triduũ nobis pater appolonius ꝑdixerat: dicẽs. Post triduuꝫ affuturos tres fratres de hieroſolimis veniẽtes. Alij vero ex fratribus ꝓcedebãt nos. alij sequebantꝫ: vtraqꝫ tamẽ turba psallebat. Ubi aũt appꝛopiquare cepimꝰ. audita voce psalmi: etiã ipe sanctus ꝓcedit in occursuꝫ. Et vt vidit nos. statim priꝰ adoꝛauit vsqꝫ ad terram ⁊ surgẽs osculo nos suscepit. Ubi aũt ingressi sumus monasteriũ. oꝛatõe priꝰ (vt moꝛis ẽ) data. pedes nostros ꝓprijs manibꝫ lauit: ⁊ cetera que ad requiẽ coꝛporis ꝑtinẽt: adimpleuit. Hec aũt ita facere ei mos erat: omnibꝫ aduentãtibꝫ. Illud qꝫ moꝛis erat apud eũ: vt fratres qui cũ ipo erãt non prius cibũ sumerẽt qꝫ ꝓmunionẽ dominicã ꝓciperẽt. circa hoꝛã diei nonam. ⁊ post hoc interdũ sic vsqꝫ ad vesperã ꝓmanebant: dum verbũ dei audiẽtes de mandatis dñi adimplẽdis sine intermissione docebant. Post hec iaꝫ cibo sumpto. alij ipsoꝝ ad heremũ secedebãt ꝙ totã noctẽ scripturas diuinas memoꝛia recolentes. alij in eodem loco ad quẽ ꝓuenerãt ꝑmanebãt: ⁊ vsqꝫ ad lucẽ in himnis ⁊ laudibꝫ dei puigiles durabãt. sicut ⁊ egoipe ꝑsens vidi. Aliquãti vero ex ipis circa boram nonã cũ descendissent de mõte: ꝓcepta dei gratia. statim descendebãt. solo hoc spiritali cibo ꝓtenti ⁊ hoc faciebãt ꝙ plurimos dies. Supꝛa modũ autẽ leticia ⁊ gaudiũ inerat eis. ⁊ tãta exultatõ: quãta haberi ab vllo hominũ nõ possit in terris. Nullus ĩ eis tristis oĩno inueniebat: sed etsi aliquis visus fuisset aliquãtuluꝫ mestioꝛ: statim pater appolloniꝰ causam mestitie ꝙquirebat. Frequẽter aũt etiãsi aliquis occultare voluisset. ipe enũciabat quid lateret in coꝛde ita vt is qui patiebatꝫ agnosceret. Monebat ꝙ eos dicẽs: non opoꝛtere pꝛorsus inesse tristiciã his quibꝫ salus in deo est ⁊ spes in regno celoꝝ. Tristentꝫ aiebant gentiles. ⁊ lugeant iudei. plangãt sine cessatione peccatoꝛes. iusti vero letentꝫ. Nam si hi qui terrena diligunt. sꝫ fragilibꝫ ⁊ caducis rebꝫ letantꝫ: nos qui tante glorie spem ⁊ eternitatis habemꝰ expectationẽ cur nõ omni exultatõne letemur: ⁊ Aut nõ ⁊ apostolꝰ nos ita monet dicẽs. Semp gaudete sine intermissione oꝛate. in omnibꝫ gratias agite: Sed quis possit doctrine eius ⁊ verboꝝ gratiã sufficienter expꝛimere vnde silere de his melius censeo: ꝙ paꝝ indigne ꝓloqui. ¶ Multa em̃ nobis etiaꝫ secretius de ratione abstinẽtie ⁊ ꝙuersatõnis integritate. multa em̃ de hospitalitatis studio disserebat: ⁊ ꝑcipiebat attentius. vt aduentãtes fratres quasi dñi suscipiamꝰ aduentũ Nam ⁊ adoꝛari fratres aduenientes ꝓpterea inquit traditõ nꝛa habet vt certũ sit in aduẽtu coꝝ aduentum xꝑi haberi. Sic em̃ ⁊ abꝛahã suscepit eos ꝙ homines quidez videbantꝫ: dñs aũt in eis intelligebatꝫ. Interdũ aũt etiã ꝓtra volũtatem cogere debemꝰ ad coꝛporalẽ requiẽ fratres: sicut scti loth exempla nos edocent. ꝙ angelos vi ꝓpulsos. ad domꝰ sue adduxit hospiciũ. Sed ⁊ ꝫ monebat vt si fieri possit. ꝙttidie monachi ꝓmũicarẽt misterijs xꝑi. ne forte ꝙ se lõge facit ab his lõge fiat a deo: ꝙ aũt frequẽtiꝰ hec suscipit. frequẽtiꝰ ipm videatꝫ suscipere saluatoꝛẽ: qꝛ ⁊ ita ipe saluatoꝛ dicit. ꝙ mãducat carnẽ meã ⁊ bibit sanguinẽ meũ: in me manet ⁊ ego ĩ eo. Sꝫ ⁊ ipa ꝓmemoratio dñice passionis. cũ assidue fit a monachis plurimũ vtilitatis eis ꝓfert ad exẽplũ patiẽtie. Sꝫ ⁊ cõmonitõ datꝫ ꝙ ꝫ. vt studeat vnusq̃sqꝫ ita sp patꝰ ĩuenire: ne ĩdignꝰ dñicis misterijs habeatꝫ. Addebat aũt bis ꝙ etiã remissio pcoꝝ: ꝙ ꝫ credẽtibꝫ detꝫ. Jeiunia sane legitima. i. quartã ⁊ sextã feriã monebat ñ eẽ soluẽda. nisi grãdis aliq̃ nccitas fieret: qꝛ q̃rta feria iudas de traditione dñi cogitauerat ⁊ sexta feria crucifixꝰ sit saluatoꝛ. Uidebit ꝙ ꝙ ĩ bis diebꝫ sine aliq̃ nccitate soluit statuta ieiunia: vel cũ tradẽte tradẽ saluatoꝛẽ. vl cũ crucifigentibꝫ crucifigẽ. Dicebat ꝙ. vt si forte ĩ diebꝫ ꝑdictis supueniret aliqꝫ fratꝝ. siq̃dẽ añ hoꝛã nonã laboꝛis cã velit refice. ponẽdã ei eẽ mẽsaꝫ soli: qd si nolit nõ eẽ cogẽdũ. coĩs nãqꝫ hꝰ obseruãtie traditõ ẽ. Culpabat sane eos valde. ꝙ vl coma capitis nutriũt. vl ferꝝ ĩ collo circũferũt: vl aliq̃d tale. qd ad oñsionẽ hoĩm fieri videatꝫ gerũt. Certũ ẽ em̃ inqt. ꝙ isti ab hoĩbꝫ laudẽ q̃rãt. ⁊ ostẽtatõis cã ꝫ

faciāt: cum mādatuz sit: etiā ieiunia ipa in occulto eē celebrāda. vt deo soli sint cognita qui videt qđ in occulto fit: 7 reddet palā. Sed vt videt isti nō sunt cōtenti ei⁹ testimonio 7 remuneratōe qui videt in occulto: sed manifestari apud homīes se volūt. Omnis g abstinētie ratio ī occulto habēda est: vt 7 corp⁹ ieiunijs fatiget. 7 tamē nō apud homīes iactātia: ꝑ qđ deū retributō querat. Hec 7 multa alia nobis de cōuersatōe monachoz. p totā disserēs septimanā dierum. 7 fidē doctrine gestoz suoz auctoritate confirmans: vbi ꝓficisci cepimus. ꝓducēs nos aliquātulū monebat dicēs. Ante oīa pacē habetote inter vos: 7 nolite abinuicē separari. Tūc ꝓuersus ad fratres q̄ simul cū eo ꝓducētes nos aderāt. Quis inquit vestr fratres ꝓmpt⁹ est deducē eos vsq ad vicina patr monasteria. Et cū pene oēs ꝓmptissime semetipos obtulissent. 7 ꝓgredi nobiscū vellent: ipe sanct⁹ pater apolloni⁹ elegit ex omnib tres qui 7 grecā linguā et egiptiā bene nossent. vt sicubi necessariū fuisset interpt̄arent nobis: qui 7 in collocutionib suis edificare nos possent. Mittēs g eos nobiscuz. ꝑcepit ne ꝓius a nobis discederēt q̄ omnes patres atq oīa que vidimus monasteria viderem⁹: q̄uis oēs circuire nemo sufficiat. Benedicēs g nos dimisit: atq in hec ꝓba benedictōez dedit. Benedicat vos dns ex syon. 7 videatis que bona sunt hierusalē: omib diebz vite vestre. ¶ Finit vita beati apollonij. ¶ De sācto Ammone abbate q̄ draconē interfecit et latrones ꝓuertit.

We audiuimus de

Ammone quodā sancto viro. cui⁹ etiā locum ī quo habitauerat vidim⁹ in deserto omittēda nō credidi. Igit cuz ad locū eius peruenissemus. 7 ꝓgrederemur ad partē deserti. ꝓtra meridianum: vidimus p harenā vestigia tractus draconis ingentis. cui⁹ tāta magnitudo apparebat: quasi trabes aliqua p harenā ducta videret. Qđ vt vidim⁹ timore ingenti ꝑcussi sum⁹. Fratres aūt qui nos deducebant: hortabāt nos nihil oīno formidare: sed magis fiduciā capere: 7 p vestigiū sequi draconē. Videbitis em̄ inquiūt. q̄ tuz valet fides cū a nobis eū videritis extingui. Multos em̄ 7 dracones 7 angues 7 corrnutas manib nostris ꝑemimus. sic em̄ scriptum legim⁹. qz credētib ī se cōcedit saluator calcare sup ꝟpē tes 7 scorpiones: 7 sup omnē virtutē inimici. Sed illis hec dicentib nos ꝓ infidelitatis fragilitate magis magisq metuebam⁹. 7 rogabamus eos. ne velint sequi draconis vestigia: sed pot⁹ vt recto itinere ꝓgeremus. Unus tamē ex ipis alacritate impaciens. insecutus est draconez. Et cum nō longe inuenisset ei⁹ spelūcā: clamabat ad nos vt iremus ad eum. 7 videremus eritum rei. Quidam tamen ex fratrib occurrens nobis qui in vicino habebat monasteriū: ꝓhibuit nos ire. Dicēs ingentis esse magnitudinis bestiam: nec posse nos ipm saltim visuz eius aspectūq tolerare. precipue qz nihil tale in vsu habuerim⁹ videndi. Semetipm vero fatebat frequenter vidisse ipsaz bestiam. cui⁹ vastitas quidez incredibilis: longitudo vero distendebat in quindecim cubitis. Cunq nos ad locum dehortatus essz accedere: ipse ꝓperans fratrem. qui illic nos hortabat paratus ad ꝓimendam bestiam abstraxit secūq reuocauit: 7 nolentem discedere nisi extingueret eam. multa ꝓece eum deflexit. Qui cum venisset ad nos ignauiā nostrā infidelitatemq redarguit. ¶ Peruenientes autem nos ad cellulam fratris illius qui nos rogauerat: cum omni gratia ab eo suscepti: requieuim⁹. Ille ergo narrabat nobis. q̄ in illo loco vbi ipse cōmanebat. fuisset quidam vir sanctus cui⁹ ipse esset discipulus. ammon nomie per quē plurimas virtutes fecerit dns. Inter cetera igit etiā hoc de eo narrabat. Frequēter inquit veniebant ad eū latrones. panē quo solo vescebat auferē tes ei: 7 sic q̄d erat qđ ad victū suū ꝓtimentissimū repositum videbat. Cunq frequēter ab bis molestiā pateret. quadaz die ꝓcessit ad heremū: 7 inde rediens duos dracones ingētes secuz comitari iussit. atq ad ostiū monasteriū sui manē eis ꝑcepit: ingressumq seruare. Ueniētes ex more latrones. videt q̄ eēnt custodes ī limīe. Et vt viderūt dracones exanimes 7 amētes effecti: obmutuerūt statiz 7 ꝓciderūt. Qđ vbi senioz sensit. egressus inuenit eos semineces: et accedēs atq erigēs eos. increpabat dicēs. Cernitis quantuz vos diriores estis bestijs: Ille eteni nobis ꝓpter deū obediūt vos aūt nec deū timetis. nec vitā seruoz dei inq̄etare erubescitis. Uerū tñ introducēs eos i monasteriū posuit eis mēsā: 7 iubet vt ꝓciperēt cibū. Illi ꝟo corde ꝓpūcti: 7 ab oīi mēt sue īmanitate mox ꝓuersi: multis ꝟuis dei q̄ ante hos ꝟuire deo ceperūt breui meliores fiūt. Intātuz em̄ ꝑ penitētiā ꝓfecerī vt post nō multū tpis. etiā ipi eadē facerēt signa easdēq ꝟtutes. ¶ Alio ꝑtereq tpe. īmanissimo quodā draconе vicinas vastāte regiōes. 7 plurimos pimēte venerūt habitatores loci illi⁹ ad sup dictuz patrē. rogātes cū. vt ī regionib suis pimeret bestiā. Simī etiam vt ad miscdiaz flecterēt senē: puez quēdā pastoris filiū secū deferūt. q̄ solo visu draconis exterrit⁹ mēte exciderat: et a flatu solo bestie. exanimis portabat ac turgēs. Tūc ille puez q̄dez pungēs oleo restituit sanū. Semetipm vero ad necē draconis instigās: illis interim q̄si q̄ nihil eos posset iuuare. ꝓmittē nihil voluit. Mature aūt surgēs abūt ad digressus bestie 7 figēs genua sua ī terrā. deꝑcat⁹ est deū. Tūc bestia cū ingēti impetu venire sup eū cepit: teterrimis flatibus ac sibilis. stridoribusq ꝑmissis. At ille nihil bonū metuēs: ꝓsus ad draconē dicit. Perimat te xp̄c fili⁹ dei: q̄ pemptur⁹ ē cetū magnū. Et vbi hec senior dixit. statim diriss̄im⁹ draco oīe simī cū spū euomēs venenū: disrupt⁹ crepuit medi⁹. Luz aūt ꝓuenissent finitimi habitatores. 7 fracti draconis miraculo obstupescerēt. fetorī vehemētiā ñ ferētes: ꝓgregauerī sup eū barene mōles īmēsas. Astāte tñ ibidē pre āmōe. qz nec sic q̄dē cū mortua fuisset bestia: sñ ipo appropī q̄re ei audebāt. ¶ De sco Lopte pbro 7 hēmita.

Rat quidā pater ī

ipa hēmo. bns monasteriū Lopres noīe vir sctus ānoz circit octogīta. 7 ipe mlt⁹ ꝟtutes facies. Lāguores curās 7 efficies sanitates: ꝑ 7 demones fugans. 7 mlta mirabilia faciēs. Ex qb nōnulla etiā in nr̄i pūtia effecit. Js g cū vidisset nos. 7 osculo salutasset. atq ex more pt⁹ oratōz etiā pedes lauissz reqrebat a nobis q̄ gereret in seculo. Nos autez ro-

gabam⁹ eũ. vt ipe magis nobis de suis gestis aliqua narraret. ex qbꝫ actibꝫ. quibusue meritis: dñs ei tantam gratiã ꝓtulisset: exponeret. At ille nihil dedignatus est. z sue vite. z priorꝫ suorꝫ narrare nobis ordinẽ cepit. quos tamẽ longe illustriores fuisse phibebat: seqz ipsorꝫ pua vir exẽpla sectari. Dicebat ꝯ. Nihil magni ẽ o filioli: qd̃ in nobis videtis ad ꝓpatõez sanctorũ patrũ. ¶ Erat eñ quidã ante nos vir nobilissimus pater: nomĩe mucius. Hic fuit ꝑm⁹ in hoc loco monachus: z in oñi hac heremo. viã salutis oĩbꝫ nobis ꝑmus ostẽdit. Hic aũt ꝑmo gẽtilis fuit. latronũ maxim⁹ z sepulcrorꝫ violatorꝫ atqz in omĩbꝫ flagitijs opinatissim⁹. ad quẽ tali ex modo occasio salutis advenit. Nocte quadã cũ ad domum cuiusdã virginis deo ꝓsecrate. expoliãdi gr̃a ꝓrexit: cũqz machinis q̃busdã que hmõi artificibꝫ nõte sunt. domus ei⁹ tecta conscendisset. querẽs quali arte vel q̃ aditu ad penetralia ei⁹ irrepet: difficultate ppetrãdi opis ĩnexus. plurimũ noctis tẽpus in tectis positus: sine vllo trãsegit effectu. Post multos vero animi conat⁹ frustra adhibitos veluti fessus somno oppimit̃. z ꝑ visuz assistere sibi videt quẽdaz regio habitu. fulgẽtez z dicentẽ. Desine iã ab his flagitijs. z ab effusione hũani sanguis cessa: atqz ab execrabilibꝫ furtis. ad laborem religiosuz ꝙuertere vigilias: z suscipe celestẽ angelicãqz militiã. atqz ex hoc iã animi ꝓtutibꝫ viue: z ego te hui⁹ militie ducem atqz ꝓncipẽ faciã. At ille cũ gratãter que sibi offerebant̃: audisset. ostendit̃ ei exercit⁹ monachorꝫ. z ꝓncipatũ tenere sup eos iubet̃. In his euigilãs. astantẽ vidit sibi virginẽ z requirẽtem: q̃s aut vnde. vel cur illic adesset. At ille q̃ amẽs effect⁹ nihil ei respõdit: sed tm̃ vt ecclesiã sibi ostẽderet: rogat. Illa vero cum intellexisset esse ĩ re aliquid opis diuini: hominẽ ꝓducit ad ecclesiaz: ac ꝓsbiteris offert. Ad quorꝫ ille vestigia ꝓruẽs. orabat xp̃ianuz se fieri: z locũ sibi penitentie dari. Presbiteri vero q̃ cognouerãt virũ hũc. omniũ esse scelerũ auctorẽ: mirant̃ si hec vera loqueret̃. Et cũ pseuerãtia sui fidez rei fecisset: monẽt eũ vt si hec vellet illa penit⁹ omitteret. Dehinc cũ religiõis initia suscepisset. orat sibi ꝑcepta dari: quibꝫ viam salutis debẽt incedere. At illi tres ei ꝑmi psalmi versiculos tradũt. Quibꝫ ille diligenter ꝙsideratis. sufficẽ sibi ait eos ad viã salutis: z scientiã pietatis. Tribusqz diebꝫ pmanẽs apud eos ad heremũ ꝓficiscit̃. vbi plurimo tẽpore demorat⁹. z die ac nocte ĩ oratõe cũ lacrimis pdurãs: cibum ex radicibꝫ accipiebat herbaz. ¶ Regressus aũt ad ecclesiã: tres versiculos psalmi q̃s a ꝑsbiteris ꝓceperat nõ solũ verbis sed z rebꝫ atqz opibꝫ redidit. Presbiteri vero mirabant̃ q̃ subito ꝙuersus acerrimã statim inierit abstinẽtiã z instruẽtes eũ plen⁹ ex diuinis scripturis: hortabãt̃ secũ demorari. At ille ne videretur esse inobediẽs. vnã apud eos exigẽs septimanã rursus pgit ad heremũ: atqz ibi ꝓtinuo ꝑ septẽ annos ĩ omni abstinẽtia degẽs. plenitudinẽ gratie ꝙsequit̃ a deo: ita vt pene omẽs scripturas memoriter teneret. Panẽ vero dñica tm̃ die sumebat: z hũc diuinitus delatũ. Nam cũ oraret surgẽs ab oratõe inueniebat panẽ positũ: quẽ nemo hominũ detulerat. Hũc vbi cum gratiarũactõe sumpsisset: sufficiebat ei vsqz ad alterã dominicã diẽ. ¶ Post multũ vero temporis iterũ regressus ex deserto. exemplo abstinẽtie sue. q̃z plurimos ad imitatõez sui inuitauit: inter quos accessit ad eũ adolescẽs quidã cupiẽs ei⁹ esse discipul⁹. Cui ille cũ habitũ monachorꝫ hoc est lenitinaz z cucullũ ac melotẽ que ẽ caprina pellis ĩposuisset: docere eũ de ceteris monachorꝫ institutõibꝫ cepit. Multa sane cũ sollicitudine curabat. sicubi xp̃ianorꝫ quis fuisset defunctus: vt sepeliret eũ. Quẽ cum vidisset adolescens ille discipulus suus. sũma cum diligentia mortuis indumenta aptantez: dicit ad eum. Pater vellẽ vt z me mortuũ ita indueres ac sepelires. At ille. Ita inquit faciaz. z tamcopiose te induam: donec dicas sufficit. Post nõ multũ vero temporis. defunctus est adolescens: z ꝑdictus sermo cõpletur. Cum eñ plurima ei circũdedisset indumenta: ait ad eũ coram omnibꝫ. Sufficiunt tibi hec ad sepulturã filiole. an adhuc vis vt aliquid addamus. Tũc defunct⁹ vocem cunctis audientibꝫ emisit. obuelata iam facie vultuqz constricto et dixit. Sufficit pater: impleti quod ꝓmiseras. Obstupuerunt aut̃ qui ꝑsentes aderant. et ammirati sunt valde: super tammirabili facto eius. At ille sepulto adolescente. cõtinuo ad heremum rediit: summo studio iactantiam declinans. ¶ Quodã autem tempore iteruz de heremo venit. ad visitãdos fratres quos ipe instituerat. z cuz quidam ex eis in extremis ageret. reuelatũ est ei a domino. q̃ esset moriturus. Hora aut̃ iam erat ad vesperam declinans. Festinabat ergo: vt eũ videre posset Vicus aũt vbi decũbebat eger. lõgo adhuc aberat spacio: z nolens noctu introire vicũ simul z saluatoris sermonem intra semetipsuz meditans quo dixit: ambulate dum lucem habetis in vobis. z qui ambulat in luce non offendit. Cum videret iam solẽ dimergi: ait ad eum. In nomĩe dñi nostri ihu xp̃i. sta pauliſper in itinere tuo: z expecta me donec ad vicũ perueniã. At ille. cũ aliqua iam mergi cepisset ex parte. restitit: nec prius occubuit. q̃z homo ꝺi peruenirꝫ et ad vicum. Hoc autẽ manifestuz factum est hominibus illis: qui in eodẽ vico habitabãt. Stantes eñ et intuentes moras solis in occasum: mirabant̃ omnes quid sibi vellet hoc. q̃ tot horis in occasum suũ non descẽderat sol. Videntes aũt patrẽ Vicũ de heremo venientem: querebãt ab eo quid hoc esset signi. qd̃ ostenderat sol. At ille respõdit eis. Nõ memĩstis vocem domini z saluatoris nostri dicentẽ. si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis: maiora horꝫ signa facietis. At ille cum intellexissent ad eius fidem solem stetisse. timore magno exterriti sunt: plurimiqz ex eis. iũxerunt se ei discipulos: z sequi eũ ceperunt. Cũ autẽ ingressus fuisset domũ illius fratris ꝓ quo festinauerat. z inuenisset eũ iam defunctũ: oratõne facta accedens ad lectum osculatus est euz: z ait. Quid magis desideriꝫ habes frater abire z ẽ esse cum xp̃o. an ꝑmanere in carne. Tunc ille recuperato spiritu. paulum resides: ait ad eum. Quid me reuocas pater. Melꝰ est mihi redire z esse cuz xp̃o: pmanere aũt in carne mihi necessariũ nõ est. Cui pat̃ Vuci⁹. Dormi ꝯ inquit in pace fili: z ora ꝑ me. At ille ꝓtinuo reclinãs se ĩ lecto: dormiuit. Hi aũt qui aderãt obstupuerũt: dicẽtes. Vere ꝺi hõ est hic. Tũc ille induit adolescẽtẽ vt sibi moris erat satꝭ decore. z totã noctẽ

psalmis hymnisqz puigilem ducēs: honeste iuuenē tradidit sepulture. ¶ Alium autē fratrem cum visitasset decumbentem: vbi vidit eum quietem mortis difficulr accipe z grauir ꝓsciētie sue metu redargui: ait ad eū. Cur impatus es fili ad ꝓfectōez tuā. Accusatrix (vt video) ignauie tue tecuz pgit ꝓscia. Tunc ille exorabat eū dicens. Obsecro te intercede ꝓ me ad dēū vt michi parui tpis spaciū largiat: q̄ possim emēdare. vitā meā. At ille. nūc inquit spaciū pnie requiris: vbi vite tp̄us implesti: Quid faciebas in oī hoc vite tue tpe: Non potuisti vulnera tua curare. Quinimo z recētiora sp addebas. At ille cū pmaneret exorās: ait ad eū senex. Si vltra nō addas malis tuis mala: orabimus ꝓ te deū. Bonus est em̄ z patiens. z indulget tibi pax aliquid tpis vite: vt omīa debita tua reddas. Et cū post h̄ orasset deū: surgēs ab oīone: ait ad eū. Ecce tres ānos tibi dñs ꝓcessit in hac vita tm̄. vt ex animo ad pnīam conuertaris. Et apzehēsa manu ei⁹: eleuauit eum de lectulo. At ille surgēs sine aliqua dilatōe: secutus est eum ad desertū. Et vbi cōpleti sunt tres anni: reuocarat eū ad locuz vñ eum assumpserat. iam nō quasi hoiem: sed quasi angelū ex homie deo cōsignans: ita vt omnes mirarent de puersatione eius. Lunqz ꝓuenissent ad eū fratres plurimi: statuit eum in medio atqz ex ipso materiā sumēs ꝓ totā noctem doctrinā de fructibus penitētie z cōuersionis ꝓduxit ad fratres. Ipso vo sermonē faciēte. quasi dormitare frater ille cepit paulum: z continuo impetuum quieuit. Tunc facta oratione sup eum: z omnib⁹ que ad sepulturam pinent ex more completis: ad heremum ꝓperanter abcessit. Frequēter autē et nilum fluuium hunc immanem pedib⁹ transiuit aquam vsqz ad genu habens. ¶ Alio quoqz tempore clausis ostijs fratribusqz in superioribus solarijs sedentibus. ipse ingressus est ad eos: z frequenter ad quēcunqz locum ire voluit. q̄z longe positū. intra momētum tpis euectus est. Nam primo adhuc tempore ꝓuersionis sue cuz esset in heremo. z septimanaz ieiunasset. aiunt occurrisse ei homiem in deserto. habentem panem z aquā qui z hortatus est eum accipe cibuz. In alio quoqz tpe demon assistens. thesauros auri plurimos. quos pharaonis fuisse phibebat: ostendit ei sub terra dimersos. Cui respōdisse fertur pater mucius. Pecunia tua tecū sit in interitū: z pditionem. Hec ergo et his similia: plurima effecit deus ꝓ eum. Sed z alij nihilomin⁹ fuerāt ante nos multi patres quib⁹ dign⁹ nō fuit mundus: signa celestia et prodigia facientes. Quid ergo miramini. si nos pui homies parua faciamus. claudos aut cecos curantes: quod z medici ex arte facere possunt. ¶ Et cum hec nobis coprez senior enarraret. vnus ex fratrib⁹ nostris. q̄si incredulitate eorū que dicebant. tediare cepit: z ꝓ tedio dormitare. Lunqz somno fuisset obp̄ssus: vidit ꝓ visum librum aureis literis scptum. in manib⁹ senis copretis. ex quo narratio ei⁹ deduci videbat: z assistentem q̄ndam clarissimi aspectus virū. canicie veneradum: cum cōminatiōe sibi magna dicētem. Cur nō audis attēte que recitant: sed incredulus dormitas At ille conturbatus euigilat: z statim nobis secreti⁹ latino sermōe que videbat: enarrabat. ¶ Inter hec autem vidimus rusticanū quendā accessisse ad ostiū senis habētem vas harena plenū: z expectantem donec senex sermonē sue narratōis expleret. Nos aūt videntes eū interrogauim⁹ seniorez. quid sibi vellet rustican⁹ iste stans: z harenā tenēs in vase. Respondit ad nos senior dicens. Nō quidē oportebat me o filioli hoc vobis ꝓdere. ne gloriari videamur. z merces laboris peat: tamen ꝓ edificatione vestra z vtilitate. qui tam longo itinere venistis ad me. nō patiar etiam hoc abscōdi a vobis. sed enarro opa domini que dignatus est implere ꝓ nos. Terra regiōis huius que in vicino nobis posita colit. sterilis valde et infructuosa fuit: ita vt si quando semina ex necessitate suscepit. duplicata vix redderet. Vermes eī qui dā nascebant in ipis germinum culmib⁹ z ascēdentes segetē succidebāt. Erant autē agricole loci ipi⁹ gentiles. Hos cum docuissem⁹ domino credere. z fidem xp̄i recipe: xp̄iani iam facti veniūt ad nos z rogant: vt orem⁹ dominum ꝓ segetib⁹ ipsoz. Et cum dicerem⁹ eis nos q̄dem oraturos: ꝫ fidē ipsoz requiri apud deū. que hoc percipe mereat: illi ex harena hac que calcat a nobis. sinus suos replētes offerunt nobis rogātes: vt in nomie domini benediceremus Et ego ad eos ꝓm fidē inquā vestrā: fiat vob. Tūc illi auferētes harenā secū. miscēt seminib⁹ que semīaturi erant: z spargūt ꝓ agros. z tātū fructū ex eo colligunt: q̄ntuz nulla vsqz potuit egypti terra colligē Ex eo ergo cōsuetudo est eis bis ꝓ annos singulos venire ad nos. z eadem expectare a nobis. ¶ Sed z illud nō celabo vos: qd̄ mihi deus ad gloriam nominis sui prestitit. Descenderam aliquādo ad ciuitatē et inueni ibi virū quēdam doctorem manicheorum. seducētem pp̄los: cū hoc habui ꝓflictū ꝓmonis. Sz quia erat ꝛ̄stus nimis. z cōcludere eum verbis nō poterā: veritus ne auditoz turbe lederent. si ille q̄si superior abcessisset in verbis: audientibus turbis dixi. Accendite ignem plurimū in medio platee. z ambo intrem⁹ in flamam: siquis nr̄m ex ea non fuerit adustus hui⁹ vera fides esse credat. Quod cum dixissez valde placuit pp̄o: z ꝓtinuo ignis accendit plurim⁹ Tūc ego apzehēdens eū: cepi mecum ptrahere ad ignez. Et ille nō ita inquit: sed vnusq̄sqz nr̄m singulariter ingrediat. Primus tu tu debes intrare: qui h̄ ꝓposuisti. Et ego in nomie xp̄i ꝓsignās memetip̄m ingressus sum ignē. Flama ꝛ̄o huc illucqz diuidi. ac dispgi: z refugere penitus a me cepit. Steti ī medio ignis dimidia fere hora: z in noie dñi in nullo penitus lesus suz. Videtes aūt pp̄li. cum ingēti āmiratōne ac clamauerūt. z bñdixerūt deū dicētes. Mirabil⁹ deus in sanctis suis. Ceperūt aūt vrgere etiā manicheū: vt introiret in ignē. At ille reluctari cepit z subtrahē se. Tunc ꝓhendētes eū turbe iniecerūt ī me diū ignis: z statī circūdans eū flama atqz adurēs se minustū reddidit. Et illū quidez cū dedecore ex vrbe pp̄lus eiecit. clamās z dicēs: viuus ardeat seductor. Me ꝛ̄o assumētes secū et bñdicētes dñm: ad ecclesiā ꝓducūt. ¶ Alio q̄z tpe dū trāsirē iuxta templum q̄dam. vidi ibi sacrificare gētiles: z aio ad eos. Cur vos cū sitis hoīes rōnales. imolatis mutis z īsensibi lib⁹ sacris. Nōne eī vos mlt̄omagl sine sensu estis q̄ illi q̄b⁹ imolatis. Ad hūc ꝓmonē dñs aquit eis in

tellectum: 7 relinquentes errorem suum quē agebāt secuti sunt me: 7 crediderūt saluatori nostro deo.

¶ Fuit mihi aliqñ hortulus monasterio vicin⁹ in q̄ ꝓpter aduentantes fratres. olera colere videbamur. Quidaz aūt gentilis ingressus est nocte: 7 furat⁹ est olera. Que cum ptulisset ad domū suā: igni apposuit vt coqueret. Cunqz triby horis continuis ingenti igne suggesto. neqz feruere neqz molliri aut calefieri aliquaten⁹ potuissent: sed ꝑmansissent eadē viriditate qua in ollā missa sunt: 7 neqz aqua quidē ipa vl leuiter calefieri potuisset. in semetipsuz regressus ille qui furatus est: erepta rursus de foco olera reportabat ad nos: 7 ꝓsternens se añ pedes nostros. rogare cepit vt peccati sui veniaz mereret'. 7 fieret xp̄ian⁹ quod 7 impetrauit. Accidit aūt eadez die hospites venire ad nos plimos fratrū: quiby oportune olera ipsapata sunt. Gratias g̃ referētes ño ꝑ mirabiliby suis. duplicez leticiā gessimus: 7 ꝑ salute homis 7 ꝑ bñficijs diuinis ¶ De scīs Syro. Ysaia et paulo.

Debat et adhuc

etiā hoc Abbas syrus aliqñ et ysaias et paulus occurrerūt sibinnicē ad ripaz fluminis. Erant aūt isti viri iusti sūme abstinentie: 7 totius religionis. Hi ꝓgebant visitaturi sanctum quendam virum noīe anuph. Aberat aūt monasterium ad quod ibant: mansionib⁹ triby. Cum ergo vellent transire fluuiū. nec esset copia trāsmeandi: aiunt int' semetipsos. Petamus a dño gratiam: ne impediat' nobis boni opis iter. Et ꝙersi ad abbatem syrum tu aiunt ꝑcipue pete a dño: scimus em̄ audiri te. q̄a ꝑstabit tibi que petis. At ille cohortat⁹ etiam ipsos secum genua figere in oratōne: ꝑstrauit se in faciem coram dño. Et cum impleta oratōe surrexisset. ecce vident apelli nauigiuz ad ripam flumis: patum ad iter qđ acturi erant. 7 expeditū. Hoc ascendētes aduersus flumis cursum. ita velociter ferri ceperunt: vt intra horā vnam. totius itineris qđ peracturi ꝑ triduum erāt. ꝓficerent ꝓspacium. Cunqz applicuissent ad t'ram: ysaias ait. Dominus mihi ostendit virum ad quē ꝓperamus occurrentē nobis: 7 vniuscuiusqz nostrum secreta cordis apientem. Sz et paulus ait Et mihi ostendit dñs. q̄ post triduū educat euz de hoc mundo. Cum g̃ iter quod ducit ad monasteriū de flumine incedere cepissent ꝓgressiqz essent paulum. occurrit eis suprādictus vir ad quē visitanduz ꝓgebant 7 salutans eos: ait. Benedictus deus qui vos mihi 7 nunc in corꝑe: 7 ante iam ostendit in spū Et tunc cepit de vniuscuiusqz eoꝝ meritis que habebāt apud deum: atqz actib⁹ memorare. Tūc paulus ait. Qm̄ et nobis domin⁹ ostendit. q̄ post triduum te de hoc mundo assumat: petimus a te vt etiaz de tuis nobis ꝓtutib⁹ et actib⁹. quib⁹ dño placuisti enarres: nec verearis iactantie notā. Absces̄sur⁹ em̄ de hoc mūdo: ad imitatiōem posteris. gestoꝝ tuorū memoriā derelinque. Tūc ille. Nihil inquit magnū fecisse me memini: hoc tm̄ custodiui. ex quo nomē saluatoris nostri in ꝑsecutōne ꝓfessus sum: ne post cōfessionē veritatis mendaciū de ore meo ꝓcederet. neqz ꝑ amore celestium terrenū aliqđ amarē: sed nec gratia dñi in his defuit mihi. Nunqz em̄ me fecit in aliquo egere t'reno: omnē quē desiderani cibū. angelor mihi deferēs mīsterio. Nihil a me occultauit dominus eoꝝ: q̄ gerunt' in terris. Nunqz defuit in corde meo lux ei⁹. ꝑ quā suscitat⁹. somnū corꝑis ñ reqrerē desideriū habēs semꝑ videndi eū. Sz et angelū suum assistē mihi semꝑ fecit: edocentez me de singulis quibusqz ꝓtutib⁹ mūdi. Lux mentis mee: nunqz extincta est. Oñe qđ petij a domino sine mora ꝓsecutus suz. Ostendit mihi frequent' multitudines angelorum assistētium sibi: vidi 7 cetū iustor. congregationesqz martirū. monachoꝝ ꝙuentus. oīmqz sanctorum: eoꝝ dumtaxat. quoꝝ opus nō est aliud. nisi laudare semꝑ 7 bñdicere deū: in simplicitate cordis 7 fidei. Vidi econtrario sathanan 7 angelos ei⁹ eternis ignib⁹ tradi: 7 rursus iustos et'na leticia ꝑfrui. Cum hec 7 multa alia his silia ꝑ totum triduū enarrasset eis: tradidit spūm. Et ꝓtinuo vident ipsi ab angelis suscipi ei⁹ aīam. atqz ad celos ferri. ita vt vocē hymnoꝝ audirēt etiā ipsi: quib⁹ vna cū angel' aīma eius abscedēs dñm collaudabant. ¶ De scō Heleno.

Vit 7 alius vir sanctus Helenus noīe. hic a puero in seruitio dñi: omni cum ꝓtinentia 7 castissimis institutōib⁹ enutrit⁹: ad sūma merita puenerat. Deniqz cū adhuc puer esset in mo⁹nasterio. si necessari⁹ fuisset ignis vt e vicino peteret': ardētes p̄unas vestimēto deferebat illeso. Qđ ammirātes omnes qui aderāt fratres: studiū animi viteqz ei⁹ ac meriti cupiebant. Huic q̄dam tpe cū solus eēt in heremo. desiderio vescēdi mellis exortū est: 7 ꝙersus vidit i saxo fauū mellis inhēntē. ß intelligēs inimici hāc esse fallaciā: ꝓtinuo semetipm increpans ait. Discede a me deceptrix 7 illecebrosa cōcupiscētia. Scriptū est ei Spū ambulate: 7 desideria carnis ne pfeceritis. Et statim derelinqns etiaz locum ipm. discessit et abijt in desertū: atqz ibi tanqz ꝑ carnis ꝓcupiscētia puniēda: ieiunijs semetipm cepit affligē. Tercia aūt septimana ieiunij sui. videt in deserto iacere diuisa poma dispsa: 7 intelligēs dolos inimici ait. Nō manducabo neqz ꝓtingā: ne frem meum boc est aīam meā scādalizem. Scptuz est ei. quia nō in cibo solo viuit hō. sed in omni ꝓbo dei. Cūqz et sequentē septimanā ieiunaret. paululū in somnū deduct⁹ est: 7 ecce angelus astitit ei ꝑ visū dicēs. Surge iā. et q̄ inueneris tibi apposita: nihil dubitās vescē. Et surgens vidit aq̄ fontē lenib⁹ repletū fluētis: eiusqz ripas in circuitu herbis q̄busdā teneris odoratisqz ptextas. Et accedēs decerpe cepit. 7 edē: sitr 7 ex fōte poculū sume Affirmabat aūt se nūqz in oī vita sua tāte dulcedis aliqđ: 7 tāte suauitat' hausisse. Inuenit aūt in ipo loco et' spelūcā q̄ndā: ītra quā aliqñ diu requieuit. et cuz reficiēdi corꝑis cā ꝑsistr 7 necessitas ꝓfuisset: ꝑ dei nomi⁹ grāz. nihil deerat eoꝝ q̄ poscebat a dño. ¶ Quodam ꝓbo tpe ꝑgebat ad visitādos fres yconomos. q̄b⁹ et q̄ necessaria erāt ad refectiōz corꝑis defēbat. et cū in itinē eoꝝ q̄ portabat onē gūaret'. vidit eminus onagros trāsire p̄ deptū: 7 exclamauit dicēs. In nomīe dñi nr̄i ihu xp̄i. veniat vn⁹ ex vob 7 suscipiat sarcinā meā. et ecce vn⁹ ex oī grege. tota cū māsuetudie ꝑgit ad eū. Tūc ille ꝑbēti se spōte 7 on⁹ imposuit 7 ipe

insedit: z cuz velocitate ab eo ad cellulas fratrũ quo pgebat euectus est. ¶ Alio rursus tempe dominica die venit ad qdam monasteriũ fratruz. z cũ vidisset eos nõ agẽtes solẽnitatem diei: causam requirit. Cum aũt dixissent. ꝑ eo q̃ ꝓsbiter nõ adesset qui trans flumen maneret: ꝓpter metuz enim cocodrilli trãsire nullus audebat. Tũc ille si vultis inquit ego eam: z adducam eũ ad vos. Et ꝓtinuo ad ripaz fluminis pgit. Ubi cuz nomen domini inuocasset. ꝑsto fuit belua: z que solebat adesse ad pniciem hominũ affuit nũc ad vbiculũ iusti: tergo quoq̃ suo suscipiens eũ. cum omni metu subiecta vsq̃ ad partez ripe vlteriozis euexit. Adijt ꝓtinuo ꝓsbiterum: z exozare eum cepit vt veniret ad fratres. Erat aũt indutus vilissimo z abiectissimo indumẽto. Sup quo miratus ꝓsbiter: quis aut vnde esset. vel quid sibi vellet. inquirit. Ubi vero cognouit esse hominẽ dei: sequi eum cepit ad flumẽ. Et cum causaretur. nõ inueniri nauigiuz quo transiri possit. Tũc abbas Helenus nihil inquit verearis pater: ego iam nũc parabo vbiculum. Et exclamãs voce magna: adesse bestiam iubz. Que statim voce eius audita affuit: ac dozsuz suum ad vehendum placite prebuit. Prioz ipse cõscendẽs: inuitat z ꝓsbiterum dicens. Ascende: nihil formidans. At ille visa belua exterzitus: retrocedere ac refugere magis cepit. Omnes aũt qui aderãt. stupoz ingens z metus inuasit. videtes eum cocodrillo euectuz. fluminis alueum trãsmeare. Sed vbi descẽdit. secum pariter in siccuz educit etiam bestiam. dicens ad eaz. Melius est tibi mozi. q̃ tot scelerum et tot homicidioz inuolui reatu. At illa statiz corruẽs: expirauit. Interea ꝑ triduuz in monasterio sanctus helenus permanens. docebat fratres spiritali doctrina. ita vt etiã nõ nulloz etiã cogitatões cordis z secreta ꝓsilia ꝓferret in mediũ: z aliuz quidã proderet spiritu fornicatõis vrgeri. aliũ spiritu iracũdie. aliuz vero cupiditate pecunie: nõnullos aũt z iactantie ac spiritu supbie illudi. Alterius ꝓo mansuetudinis. alterius iusticie. alterius etiã patiẽtie testimonium dabat: z sic vtraq̃ ex pte alioz vicia. alioz etiam ꝓtutes animi exaggerans: ad omnes eos ꝓfectus mirabiliter excolebat. Agnoscẽtes vero singuli quiq̃ ita agi intra semetipsos (vt ille nũciauerat) corde compũcti emendabant. Profecturus autez ait ad eos. Preparate olera ad aduentũ fratrum. Et illis ꝑparantib cõtinuo supuenerũt fratres quib honorifice susceptis: ipse ꝓtendit ad heremuz. ¶ Rogabat vero eũ quidam de fratrib vt pmitteret ei secũ esse et degere in heremo. Cũq̃ respõdisset ei graue esse negocium. z plurimi laboris obsistere tẽptatõnibus demonũ: eo ꝓtentiosius inuenis ꝑsistebat. pmittẽs se cuncta tolerabiliter platurũ. tm̃ vt preberet ei copiam consortij sui. Et cum pmisisset. secutus est euz ad heremum: quẽ ille in vicina sibi spelunca habitare iubet. Tũc demones aduolãtes p noctem primo fedis z turpibus eum cogitationib exagitant: post hec vero etiaz violenter irruere z necare eum aggrediuntur. Effugiens autem inuenis. z peruolans ad cellulaz sancti beleni: quibus malis vrgeretur: exponit. Tunc senioz consolatus eum paucis verbis z de ꝓtute fidei ac patiẽtie ꝓmonens. statim reuocat ad speluncam de qua fugerat: z tanq̃ sulcum quendaz ꝑ harenam extra cellulam inuenis digito suo ducẽs precepit in nomĩe domini. ne audeant demones statutum transgredi limitẽ: z ita verbi eius virtute. adolescens permansit de reliquo securus. ¶ Ferebatur etiam de illo iuuene. q̃ z ipse in heremo positus. celestes sepe ꝓcepisset cibos: z fratrib ad se venientib cum nihil habuisset quod apponeret. affuisse quendam adolescẽtez. panes ei z que erant necessaria deferentẽ: eaq̃ cum ante speluncam eius deposuisset. vltra nusq̃ ꝓparuisse: dixisse ꝓo eũ ad fratres. Benedicam? dominuz: qui ꝓparauit nobis mensam in deserto. Hec z alia plurima de sanctoz patrum vita z conuersatõnibus enarrans nobis pater copres et cum omni affectu instruens. post edificationis sermonem. introducit nos in hortuz: ostendens nobis arbores palmarum aliozumq̃ pomozum. quas ipse plantauerat z dicebat. Hec me ĩ heremo plantare. rusticanozum fides ammonuit. Ut enim vidi eos tantam fidem habere. vt harenam sub nostris vestigijs colligentes p agros suos spargerẽt: z terzam sterilem ad totius fecũditatis verterent vbertatez: putoz inquã est. si nos inferiores his inueniamur ĩ fide quoz fides p nos consignata est deo.

¶ De sancto Helya.

QUidimus et aliũ senẽ venerabilẽ Helyam noĩe. in finib ciuitatis anthinoo q̃ est metropol thebaidis. centũ fere iam z decez (vt dicebat) annoz: supquẽ dicebant. q̃ vere spiritus helye in eo reqeuisset. Multa em̃ de eo z magnifica ferebant. Septuagita nanq̃ ãnos in solitudine vastissima eũ trãsegisse phibebant: cuius deserti horroẽ terroremq̃ nullus sermo digne norit exponere. Illic ergo sedebat senioz. tota hac etate: humane habitatõis nesciẽs loca. Semita aũt erat angusta z scrupea que ad eum ducebat: que vix inueniri a cõmeantib posset. Locus vero ipe in quo sedebat. spelũca erat t̃ribilis quedã et intuentib plurimuz horroris incutiẽs. Ipse autẽ trementib iam mẽbris. ꝑ matura quatiebat etate. Incessabiliter faciebat signa p singulos dies: z euntes ad se quacunq̃ incõmoditate constrictos omnimodis resoluebat. Cuncti ꝓo patres ꝓfirmabãt. q̃ nullus oĩno meminisset: qñ hic secessisset ad heremũ Cibus ei erat panis exiguus z paucissime olive vsq̃ ad vltimã senectutẽ. Nam iniuuẽte sua septimanas freq̃nt ieiunasse phibebat. ¶ De scto Pythiriõe

APterea redeuntes ex thebaide. vidim⁹ montẽ quẽdaz ꝑruptũ fluuio iminẽtez elatõe minacis saxi aspectu etiã ipso t̃ribilẽ: in q̃ erãt p ipsa ꝓcipicia spelũce. difficil accessus. In his monachoz plimi cõmanebant: q̃z pat erat noĩe pithirion. hic ex discipl̃is beati anthonij fuit: et p⁹ illi⁹ obitũ cũ scto habitauerat ãmone. Post h⁹ q̃z abscessuz: in h̃ se ꝓstituerat monte. Sz et tãta in eo erat ꝓtutũ copia. tãta gr̃a sanitatum et ptãs adũsuz demones. vt duoz merito sũmoz viroꝝ. solus hẽditatẽ ꝓsecut⁹ dupl̃r videret. Hic ergo mltis monitis nos edificãs mltaq̃ doctrina instruẽs

precipue tñ de discretione spirituum nos docebat. dicens esse quosdam demones. qui certis quibusq; vicijs obsequunt. Quicq; cum affectus anime passibiliter 7 viciose viderint moueri: conuertunt eos ad omne facinus malum. Si quis ergo est. qui vult demonib dominari: prius vitijs suis 7 passionibus dominetur. Quodcunq; em vicium ꝓprie passionis abieceris: huius vicij demonē. poteris etiaz de obsessis corpib effugare. Et iō conādū est paulati ꝓpria vicia supare. vt possim⁹ eē demones supare q̄ hmōi vicijs obsequunt. hic scdo reficiebat in septiana. pulticulas accipiens ex farina. nec poterat iā accipe aliaz escaz neq; etate neq; ꝓsuetudine ꝓmittente.

De sancto Eulogio.

Idim⁹ et aliū sanctū patrem Eulogium noīe. qui in offerendis sacramentis tm̄ gratie accipiebat a domino vt vniuscuiusq; accedentiuz ad altare dei. merita culpasq; cognosceret. Deniq; ex monachis quosdā volētes accedere ad ꝓmunicatōem: retinuit dicens. Quomō ausi estis accedere ad sacramenta cū mens vestra 7 ꝓpositū sit in malo: Deniq; aiebat Tu hac nocte habuisti cogitatiōnes fornicādi. Tu vero dixisti in corde tuo: nihil interest siue iustus ad sacramenta siue peccatoz accedat. Et alius dubitationē habuit in corde suo dicens. Quid em̄ me sanctificare cōmunio potest: Hos ergo singulos remouebat a cōmunione sacramenti: 7 dicebat eis. Secedite paululum 7 agite penitētiam: vt purificati p satisfactōez 7 lacrīas. digni habeamini cōmunioni xpi

De sancto Apellen.

Idimus et alium ꝓsbiterum in vicina regione noīe Apellen: viz iustum hic faber erat ferri: 7 que necessaria erāt fratrib operabat. Quodam autem tpe cum ad fabrilia opera vigilaret in silentō noctis ꝓuersus dyabolus in formā mulieris speciose. venit ad eum tanq; aliquid ei operis deferēs. Tunc ille arreptū manu nuda de fornace ferz candens: in faciez eius iecit. At illa clamans 7 heiulans aufugit. ita vt omnes fratres qui in circuitu cōmanebant. heulatū eius fugiētis audirent: 7 ex eo iam vir ille in vsu habuit ferzum candēs manu nuda tenere. nec ledi. Ad hunc g̃ cum veniss̄emus 7 bñanissime nos suscepiss̄z poscebam⁹ ab eo vt nobis vel de suis. vel de eoz q̄s ꝓcipuos in ꝓuersatione sancta sciret ꝓtutib loqueret. Tūc ille. Est inquit in h̄ heremo vicina. frat quidam nomīe Johānes: etate ꝓuectus. vita moribus. atq; abstinētia cunctos ꝓcellens. Hic ꝓmo cuz sec̄ssisset ad heremū. trib ꝓtinuis ānis sub cuiusdā saxi rupe stās. sp orauit: ita vt nunq; oīno resederit neq; iacuerit. Somni aūt tantuz cepit q̄ntum stans rapi potuit. Cibuz vero nunq; nisi die dominica sumebat. Presbiter em̄ tūc veniebat ad eum. 7 offerebat p eo sacrificiū: idq; ei solum 7 sacr̄m erat et victus. Huic quodā die sathanas surripe volēs. trāsfigurauit se in p̄sbiterū. qui venire ad eū solebat: 7 p̄ueniēs horā solitam. simulat se sacramētoz gratia venisse. At ille vigilant intelligēs dyaboli fraudem: cū

indignatōe quadā ait ad eū. O omnis doli omniscq; fraudis pat inimice oīs iusticie: nō desinis seducēdo aīas xp̄ianas. ē ausus es eē ad ipa te imergē crifica 7 sacrosca misteria. At ille rñdit ei. Putaui inquit q̄ possim te ludificare. Sic em̄ et alium q̄ndaz ex vestris decepi: ita vt 7 mente excederet. 7 pderet sensū Quem cū credentē mihi insanū reddidissem. tot iusti orantes p eo: vix eum 7 loco 7 sanitati restituere potuerāt. Et hec cuz dixisset demon: aufugit ab eo

Erat aūt supradictus vir psistens in opere cepto. atz in oīone pdurās. Pedes vero ei⁹ ex eo q̄ mlto tpe immobiles fuerunt disrumpebant: ita vt sanies ex eis pflueret. Tres aūt cum cōplerentur anni: affuit angelus domini: 7 ait ad eum. Dñs iesus xp̄us 7 spiritussanctus. susceptis orationib tuis: 7 corporis tui cicatrices sanat. 7 celestis cibi. id est verbi 7 scientie sue. tibi abundantiam donat. Et ꝓtingens os eius ac pedes: 7 ab vlceribz eum sanū reddidit: 7 repletuz scientie 7 doctrine gratia famē cibi sentire nō fecit. Jubet aūt transire eū ad alia loca. 7 heremū circueuntem visitare etiaz alios fratres: 7 edificare eos in verbo 7 doctrina domini. Dominica autez die ad eundem semper reuertebatur locum simili modo sacramentoz gratia: reliquis vero diebz etiaz opus manuum faciebat. 7 operiebatur ūmentoz cingula ex palmarum folijs texens. vt in illis locis haberi moris est. Quodam vero tempore claudus aliquis ire ad ipsum voluit: vt ab eo curaretur. Contigit autem vt animal ipsum quod ascēsurus erat. cingulum manibus hominis dei factum haberet. Cum ergo imponeretur ille claudus supra ūmentum: statim vt contigerunt pedes eius illuz cingulum. sanꝰ effectus est. Sed 7 quibuscunq; egeris benedictuz panem misit statim vt ex eo ꝓceperunt: sanati sunt. Et alias multas virtutes 7 sanitates per eum dominus impleuit. Habuit autem 7 hāc gratiam sup omnes pene ceteros homines: vt vniuscuiusq; fratrum de vicinis monasterijs conuersatō ei reuelaretur: ita vt scriberet ad patres eoz 7 commoneret. q̄ ille 7 ille segniter agūt. nec rectū in timore dei ꝓpositum gerūt: ille vero 7 ille in fide 7 animi ꝓtute ꝓficiunt. Sed 7 ad ipsos patres scribebat. alijs quidē q̄ multū tedioſi eēnt erga fratres. 7 pusillanimes circa patiētiaz: alijs vero q̄ bñ constant. 7 solicite agerēt et sufficient ꝓsolarent fratres: 7 quid huic meriti ꝓ virtutib. quid vero illi correptōnis immineret a domino ꝓ ignauia pdicabat: 7 ita eorum qui absentes erant actus 7 causas ac merita vel negligentiam describebat. vt audientes hi de quib dicebat: conscientia conuicti negare nō possent. Docebat tñ omnes. vt a visibilib 7 corporeis rebus: cor 7 animum ad inuisibilia 7 incorporea transferrent. Tempus eī inquit est: vt ad huiusmodi studia transeamus. Neq; enim semp pueri 7 semper infantes esse debemus sed aliquando iam ad spiritalia 7 altioza conscendē et virorum sensus capere. atq; ad pfectionem subire intelligentiaz: vt possumus virtutib animi enitescere. Sed 7 multa alia de hoc viro sanctus homo dei appelles narratōne nobis fidelissima commendauit. que cūcta ꝓscribē. 7 longuz videt: 7 p magnitudine sui. nōnullis fortasse audientium vix credibile.

De sancto Paphuncio.

Qdim⁹ 7 aliud mo
nasteriuz sancti paphuncij bomis dei. q̃
nomiatissimus in illis locis anachozites. 7 vltimi ha-
bitatoz fuerat deserti: in regionib⁹ eracleos. splēdide
vrbis apud thebaidam. De hoc g̃ (fidelissima patz
narratõne) comperimus. q̃ cuz fuisset vite angelice
quodam tpe ozauerit ad deuz. vt sibi ostenderet. cui
sanctozum similis haberetur. Assistens vro angel⁹
dei. respondit ei. Qz similis esset symphoniaco cuidã
qui in vico illo cantãdi arte victum querẽt. Tũc ille
obstupefactus nouitate responsi: cuz omni ꝑperatõ
ne pgens ad vicum requirit hominem. Et cum inue
nisset. studiosissime pcunctabat ab eo. quid nã sanc-
ti 7 religiosi operis gestum sit ei: omnesq̃ actus ei⁹
curiosius discutit. At ille respondit quod res erat.
se esse indignissime vite hominem peccatozem: atq̃
ante nõ multum tempozis ex latrone in istud quod
nunc exercere videtur fedum artificium deuolutum
Paphuncius eo magis instabat: requirens si quid
ei forte vel int' latrocinia pij operis fuisset admissum
Nihil inquit mihi conscius sum boni. Hoc tamen
scio. q̃ cũ inter latrones essez: capta est aliqñ a nobis
virgo deo consecrata. huius cũ ceteri college mei la-
trones. cuperent capere pudorem: obieci me mediuz
et eripui eam de ꝓtaminatione latronum. 7 nocte de
ducẽs eam vsq̃ ad vicũ. domui sue restitui intactaz
Alio quoq̃ tempore inueni mulierẽ honeste forme
in heremo oberrantem. Hec cum int'rogaret' a me.
vel cur aut quomõ in hec loca deuenisset: respondit
Nihil me interroges infelicissimã mulierem. nec cau
sas requiras: sed si ancillam placet habere abducito
quo vis. Mihi eĩ infelici est maritus. qui debiti fisca
lis gratia. sepe suspensus 7 flagellatus. ac penis om-
nibus cruciatus seruatur in carcere: nec aliaz ob cau
sam ꝓducitur nisi vt tormenta patiatur. Tres autẽ
nobis filij fuerunt: qui ꝓ eiusdem iam debiti necessi-
tate distracti sunt. Ego quoq̃ miserrima. quia ad si
miles penas inquiroz. de loco ad locum fugitãs: ine-
dia miseriaq̃ confecta. ꝓ hec nũc latitans oberro lo-
ca: triduum hoc sine cibo iam ducens. Ego vbi hec
audiui. miseratus adduxi eam ad speluncam: 7 refici
ens animam eius fame collapsam dedi etiã trecẽtos
ei solidos. ꝓ quibus se. ac maritum 7 filios. nõ soluz
seruituti: sed 7 supplicijs asserebat obnoxios: 7 reuo
catam eam ad ciuitatem omnes eos data pecunia li
berauí. Hoc solum scio me fecisse in latrocinio meo.
Tunc pater paphuncius. Ego inquit nihil tale feci
tñ credo etiam ad te puenisse. q̃ celebre paphuncij
nomen inter monachos habeat'. Fuit enim mihi nõ
mediocris studij: vt vitã meam in hmõi excolorem
disciplinis. De⁹ igitur de te mihi reuelauit: qz nihil
minus apud ipsum meriti habeas q̃ ego. Quia er-
go frater vides te nõ minimo loco haberi apud deũ
nõ negligas aĩam tuã. At ille statim fistulas q̃s ma-
nu gerebat abiiciens. secutus est eũ ad heremum: et
artẽ musicã in spiritalẽ cõmutãs vite mẽtisq̃ armo-
niam. ꝓ integz trienniũ artissime se tradidit abstinẽ
tie. in psalmis 7 oratõnib⁹ semetip̃m die noctuq̃ ex
ercens. atq̃ iter celeste animi ꝓtutib⁹ agens: int' san
ctoz angelicos chozos reddidit spiritũ. Postea-
q̃ hunc paphũcius omnis exercitꝰ virtute ꝓsuma-
tum p̃misit ad dominum: ipse acrioꝛib⁹ semetipsum
studijs q̃ prius exercuerat agens iteꝛ domino sup-
plicabat vt sibi ostenderet. quis ei esset similis super
terram. Fit ergo vox ad eum dicẽs. Similem te esse
nosce p̃mario vice huius: qui est in ꝓximo. Quibus
auditis paphũcius sine moza ad eum ꝑperans: pul-
sat ad ostium domus eius. Ille vero cui moris erat
suscipere hospites. occurit ei: atq̃ introduxit in do-
mum suã. lauans quoq̃ pedes eius apposuit mẽsaz
egitq̃ quiuium. inter epulas vro pcũctari. paphũ
cius cepit ab hospite qui actus eius. quod studium
cuiusq̃ operis haberet exercitia. Ille vero cuz de se
humilia responderet. 7 latere in bonis q̃ publicari
mallet: perurgebat paphuncius dicẽs reuelatũ sibi
esse a domino. q̃ dignus esset consoꝛtijs monachoꝛ.
At ille ergo magis hũilioza de seipõ sentiẽs: aiebat.
Ego quidẽ in nullo mihi boni alicuius sum ꝓscius.
Verum qz verbum dei factum est ad te: eum quem
nihil latet celare nõ possum. Hec ergo que mihi in
medio multoꝛ posito in vsu sunt: loquar. Triginta
iam completi sunt anni: q̃ ꝓtinentie consensum ha-
bere me cum cõiuge mea. nullus agnouit. Suscepi
autem ex ea tres filios. hoꝛ enim causa solummõ co
gnita est mihi vroꝛ. nec ꝓter eam alia. nec ipsa vltra
iam cognita. Suscipere hospites nunq̃ cessaui: sed
ita vt neminem ante me paterer. aduenienti occurrẽ
peregrino. Non dimisi vnq̃ de domo mea hospitẽ
sine viatico. paupem nullum despexi sed que neces-
saria fuerũt p̃bui. Si in iudicõ sedi nec filij mei p̃so-
nam ꝓtra iusticiã accepi. Alieni laboꝛis fructus: nũ-
q̃ introieꝛũt in domũ meã. Litẽ si vidi nunq̃ ꝓterij
donec reconciliarẽ dissidẽtes ad pacẽ. Nemo vnq̃
deꝑhẽdit in culpa famulos meos: nũq̃ greges mei
leserũt fruges alienas. Volẽtes semiare in rure meo
nunq̃ prohibui: nec vberioza mihi noualia elegi. et
sterilioza illis dereliqui. Quãtum in me fuit: nũq̃ ꝓ
misi vt potentioꝛ infirmum premeret. Semper stu-
dui in vita mea vt neminem contristarem. Judiciũ
si fuit apud me. neminem contemnaui: 7 dissidentes
reuocare in cõcoꝛdiam studui. Hec interim mihi vi
te institutio: deo donante hactenus fuit. Audiẽs
autem hec beatus paphuncius caput eius exoscu-
lans: bñdixit cũ 7 dixit. Benedicat te dñs ex syon. 7
videas que bona sunt hierusalem omnibus diebus
vite tue. Quia ergo bene hec 7 conuenienter imple-
sti illud tibi deest quod bonoꝛum omniz summum
est: vt omittens cuncta. ipsam iam sequaris dei sapi-
entiam 7 secretioꝛis scientie inquiras thesauros. ad
quos aliter non poteris peruenire. nisi abneges te-
ipsum: 7 tolles crucem tuam. 7 sequaris xp̃m. At ille
cum audisset hec nihil moꝛatus. nec omnino aliquid
in domo sua oꝛdinans: secutus est viruz pergens cũ
ipso ad desertũ. Cumq̃ venissent ad flumẽ nusq̃ ad
transmeandum reperto nauigio. Paphuncius pre
cepit intrare se cum pedibus fluuiuz: cuius in illis lo
cis profunda habebatur ꝑaltitudo. Transierunt er-
go pariter fluuium: ita vt aqua eis vix ad latera per
ueniret. Ubi vero veniunt ad desertuz. collocat bo-
minem paphuncius in cellula quadam. haud ꝑcul

a suo monasterio posita: 7 conuersationis spiritual' ordinem tradidit. pfectorumq; studiorum exercitia docet: scientiarum quoq; secretiora concredit. Cunq; eum in omnib; instruxisset semetipsum denuo maioribus exercitijs dedit: exiguos priores deputans labores. quibus conferri potuerit his qui seculi videbantur actibus occupari. hoc enim sibi dicebat. Si isti qui sunt in seculo tm̃ boni operis faciunt: quãto nos studere debemus plus vel amplius in abstinentie labore eos antecedere. Tempore aut̃ aliquanto in his transacto 7 ad scientie pfectõnem perducto. eum quem perfectum iam in operibus assumpserat quadaz die paphuncius sedens in cellula sua. videt animam eius inter angelor choros assumptã dicentium. Beatus quez elegisti 7 assumpsisti: habitabit in tabernaculis tuis. Et cũ hec audisset. agnouit assumptuz esse ex hoc mundo virum. ¶ Tunc ꝯ paphuncius psistebat in ieiunijs 7 orationib; semetipsum ad maiora 7 perfectiora extẽdens: 7 rursus orabat dominũ. vt sibi ostenderet cui similis haberetur inter homines. Rursus ei vox diuina respondit dicens. Similis es negociatori quẽ videris ad te venientẽ. sed exurge velociter 7 occurre ei. adest enim vir cui te similẽ iudicaui. Et paphuncius sine mora descendens occurrit cuidã negociatori alexandrino. viginti miliũ solidorum merces tribus nauibus deferẽti ex thebaida: 7 quoniam erat religiosus et bonorum operum studiũ gerens. Decem leguminũ saccos pueris suis impositos ad monasteriũ dei hominis deferebat. 7 hec ei causa adeundi paphuncium fuit. At ille cõtinuo vt eum vidit. quid agis inquit o pretiosissima 7 deo digna anima. Quid tibi cum frenis est labor cui sors 7 societas cum celestib; data est. Relinque hec illis qui de terra sunt 7 de terra cogitant. tu aut̃ regni dei ad quod vocatus es negociator efficere: 7 sequere saluatorem. a quo paulo post assumẽdus es. At ille nihil omnino differens. ꝯcepit pueros suos: vt omnia quo supessent (multa em̃ iaz ipse ꝑ se distribuerat) pauperib; erogarent. Ipse vero sequẽs sanctum paphuncium ad desertum. in eodem ab eo constitutus est loco: ex quo 7 ꝯres ad deum fuerant assumpti. 7 similiter ab eo de omnib; instructus. in exercitijs spiritualib; 7 diuine sapientie studijs pmanebat. Breui aũt tempore ꝯsumato. etiam hic translatus est ad congregationem iustor. Et nõ multo post ipse etiã paphuncius: in ipsis summe abstinẽtie exercitijs 7 laboribus. vitã posuit. Astitit em̃ ei angel' dñi dicens ad eum. Veni iam benedicte domini: 7 ingredere ea que tibi debent: et̃na tabernacula. Ecce em̃ mecũ assunt ꝓphete: qui te in suum susc̃piant chorum. Hoc aũt tibi ꝓpus idcirco nõ reuelaui ne forte elat' de omnũ aliquod tui laboris incurreres. Et vnã post hec in corpe adhuc positus die ducens. cũ quidam ꝑsbiteri ad eum visitandus venissent: omnia eis que sibi dñs reuelauerat nota fecit. dicẽs ad eos. Nullũ in hoc seculo debere despici. etiam si latro sit aliquis aut in scena positus etiaz si cultum ruris exerceat: 7 cõiugio videat' astrictus: etiam si negociator dicat' et mercimonijs inseruiat. tñ in omni ordine humane vite sunt̃ anime deo placẽtes. 7 habentes actus aliquos occultos: quib; delectat' deus. An̄ ꝓstat non

tãtũ professionẽ vite aut habitus spẽm. deo esse placitam: quantum sinceritatẽ atq; affectõnem mentis et operꝭ ꝓbitatem. Et cũ similia de singulis quibusq; disseruisset: tradidit spũm. Euidenter aut̃ ꝑsbiteri qui aderant. 7 omnes fratres viderũt eũ ab angelis suscipi: hymnũ cantantib; 7 collaudantibus deum.

De sancti Jsidori monasterio.

¶ Jdim⁹ apud Thebaidam etiã Jsidori nominatissimũ monasterium. amplissimis spacijs circũseptum. muroq; circũdatuz in quo habitantib; viris larga ꝑbebant' habitacula. Jntrinsecus putei plures. horti irrigui. oĩm quoq; pomor arborũq; padisi. 7 quecũq; necessaria vitꝭ erant. sufficiẽter imo 7 abundant' prouisa: ob hoc vt nulli monachor habitantiũ intrinsecus necessitas vlla fieret exeũdi foras. ad aliquid requirendũ. Senior quidaz vir magnus gꝰ suscp. et de ꝑmis electus ad ianuaz sedens ꝫ habebat officij: vt aduẽtantes ea lege suscipiat. q̃ ingressi vltra non exeant. Si ergo semel ingredi placuerit. stat imobilis lex: sed quod est ãmirabilius. ingressos nõ iam legis necessitas: sed vite beatitudo retinet ac pfectõ. Hic ergo senior in ianua vbi ipse cõmanet. adherentem sibi habet hospitalẽ cellulaz: in qua aduẽtantes hospitio recipiat. 7 omni hũanitate foueat. Ut ergo et nos ab eo suscepi sumus. introeundi quidẽ copia nobis nulla fuit: ab ipo aũt didicim⁹ q̃ institutionũ beatitudo gereret' intrinsec⁹. Duos aiebat eẽ solos seniores viros. qꝫ ꝑmissa ẽ ingrediẽdi egrediẽdiq; libertas: qui opa fratr dispensare. 7 q̃ necessaria sũt inferre curarẽt: ceteros ꝯ ita esse in silentio 7 qete. orationib; 7 religiosis studijs operam dantes. atq; animi ꝯtutib; pollentes: vt oẽs signa faciãt. Et qõ vere omnium mirificum signũ fit. nullus eorum egritudinem cuiusq; infirmitatis incurrit. sed cum vnicuiq; vite finis affuerit: omnimodis prenoscens 7 indicans ceteris fratribus suis de suo exitu. atq; vale dicens ad hoc ipsum recubans. spiritũ letus amittit.

¶ De sancto Serapione

Sed 7 in regiõe arse noyte. serapionem quendam ꝑsbiterum vidimus. multor monasteriorum patrẽ sub cuius cura plura 7 diuersa monasteria. quasi de cem milium habebant' monachorum: qui omnes ex laboribus ꝓprijs. quos precipue messis tempore. mercede manuum cõquirebant. partem plurimã ad supradictum patrem conferentes. in vsus pauperum destinabant. Hoc aut̃ moris erat. non solum ipsis sed 7 omnib; pene egypti monachis vt messis tempore locent ad metendum opera sua. atq; ex ea mercede. octogenos vnusquisq; modios frumenti. plus minusq; conquirit: 7 horum partem plurimaz pauperum vsibus offerunt. Vnde non solum regionis ipi⁹ indigẽtes alant': ꝫ et alexãdriaz naues frumẽto onuste dirigunt': vel in carcere conclusus. vel relicꝭs peregrinis ac gentib; ꝓrogande. Nec enim intra egyptum sufficiunt pauperes: qui possint miseri cordie eor fruct⁹ 7 largitates absumẽ. Vidim⁹ aũ 7

in regionib⁹ mempheos ⁊ babilonis. ĩnumeras multitudines monachoꝝ: apud quos ⁊ diuersas virtutum gratias. ac moꝝ ornamẽta ꝓspeximus. Ibi aũt tradũt esse loca illa in quib⁹ ioseph ferẽt recõdidisse frumẽta quos ⁊ thesauros ioseph vocant. Alij ẽo pyramidas quas dicũt ipsas esse ĩ quib⁹ (vt putãt) frumenta tunc cogregata.

¶ De sancto appollonio monacho et martire.

GRadebant ergo seniores hoꝝ fuisse quendam ꝓsecutionis tempore monachũ: nomine appolloniꝫ Qui cum vitam magnificam egisset int̃ fratres: etiã dyaconus ordinatus est. Tempore ergo ꝓsecutiõis erat ei studiuꝫ singulos quosq; circuire fratres: ⁊ cohortari eos ad martiriũ. Cunq; fuisset etiam ipse cõprehensus. ⁊ in carcerem trusus: gentiliũ plurimi tã q; insultaturi veniebant ad eũ: ⁊ verbis blasphemis et impijs ꝓfutabant. Inter quos fuit quidam philemon nomie choraula famosissimus: ⁊ omni populo amabilis. Qui cum multis eũ fatigaret iniurijs. impium ⁊ sceleſtum ⁊ seductorem vocãs. multoꝝq; mortalium deceptoreꝫ: dignumq; esse ab omnibus odio haberi. Cunq; hec ⁊ multa alia aduersum euꝫ grauiora loqueret̃ respondit ei appollonius dicens. Misereat̃ tibi deus fili: ⁊ nihil tibi horum que locutus es: reputet ad peccatũ. Hec cum audisset philemon. corde cõpunctus est: vimq; verboꝝ eius supra humanuꝫ morem in sua mente ꝓsensit. intantum vt xp̃ianum se repẽte fateret̃. Et inde statim perrexit ad tribunal iudicis. atq; in conspectu totius populi ꝓclamans: iniuste inquit agis o iudex. viros religiosos ⁊ deo amabiles puniens. nihil em̃ xp̃iani vel male faciũt vel docent. At ille hec audiens. ꝓmo quidez putabat vtpote loce illius hoĩez ioci aliquid ꝓponẽ Sed cum vidisset hec cum serio ꝓsequentẽ. ⁊ cuꝫ omni constantia asserentem: insanis inquit o philemon et mente captus es subito. At ille. Ego inquit nõ insanio: sed tu iniustissimus atq; insanissimus iudex es: qui tot iustos iniuste perimis viros. Ego em̃ xp̃ianus sum: quod est hominum genus optimum. Tunc ille coram populo cepit eum primo plurimis blandimẽtis revocare velle in id quod euꝫ nouerat sed vbi immobilem vidit: omnia intendit in eũ genera tormentoꝝ. Cognito vero quod ex verbis appolloniꝫ hec ei fuerit facta permutatio. correptum etiaꝫ appolloniuꝫ grauioribus subdidit tormentis: ⁊ decem ptoris in eum crimen exaggerat. Appollonius vero vtinam inquit ⁊ tu iudex ⁊ omnes qui assistunt ⁊ audiunt̃ me: hunc meum quem dicis errorẽ deceptionemq; sequeremini. At ille vbi hec audiuit: ⁊ ipsum et philemonẽ ignibus tradi in conspectu populi iubet. Illi vero postq; ingressi sunt flamas: beatus appollonius cunctis audientibus clamat ad dominuꝫ dicens. Non tradas domine bestijs animas confitentium tibi: sed ostende nobis domine euidenter salutare tuũ. Igitur vbi hoc in auditu populi ⁊ iudicis ad dominũ locutus est appollonius: repente nubes repleta rore circũdedit viros. ⁊ flamas accensi ignis extinxit. Sup quo obstupefacti ⁊ iudex ⁊ populus: vna voce oĩs clamare̅ ceperũt. Magn⁹ ⁊ vn⁹ ẽ deꝰ xp̃ianoꝝ solus ĩmortalis. Sz hec cũ fuissent ꝓfecto alexãdrie nũciata. semetipso truculentioꝝ reddit̃: et electis quibusdaꝫ de officõ crudelissimis ⁊ seuissimis nõ tam hominibus q; bestijs mittit. qui ⁊ ipsuꝫ iudicem. qui mirabilib⁹ diuinis crediderat: ⁊ eos ꝑ quos virtus dei apparuerat. vinctos in alexandriaꝫ deducerent. Igitur cum adducerẽtur omnes pariter vincti. affuit gratia dei in verbo: ⁊ cepit appolloni⁹ eos qui se vinctos ducebant fideꝫ dei docere. Quiq; cũ domini misericordiam credidissent. ⁊ fidem dei tota cordis firmitate recepissent: semetipsos cũ his quos exhibere venerant vinctos offerũt iudici: ⁊ xp̃ianos se esse pariter ꝓfitent̃. Quos cum ꝓfectus in fide dei pertinaces ⁊ ĩmobiles perpendisset: vniuersos pariter iubet in profunduꝫ maris dimergi: ignorãs impius quid ageret. Hoc eniꝫ sanctis nõ moꝝ sed baptisma fuit. Sed horum corpora sine dubio dei ꝓuidẽtia integra illibataq; maris vnda reportauit ad litus: queq; ab his qui obsequi causa simul venerãt suscepta ac revocata. ſb vno sepulchri domicilio collata sunt: a quib⁹ vsq; ad ꝓsens tẽpus ẽ virtutes mꝛte et signa miranda omnib⁹ ꝓsumantur: sed ⁊ vota omniũ atq; orationes suscipiunt̃ ab eis. ⁊ cuꝫ fructu petitõnis implent̃. quo etiã nos dignatus est dñs adducere: ⁊ vota nostra orationesq; complere.

¶ De sancto Dyoscoro.

AUdimus et alium venerabilẽ patrem apud thebaidã Dyoscoꝝ nomine ꝓsbiteruꝫ: habentẽ in monasterio suo centũ fere monachos: quẽ (tempore eo quo accedit̃ ad sacramenta) summã curã summãq; ꝓspexim⁹ adhibere diligentiã: ne quis eoꝝ qui accedunt in aliquo deferret ꝓsciẽtie maculaꝫ: intantũ vt etiã de his eos cõmoneret: que accidẽ ꝑ somnia hominib⁹ solent. vel ꝑ fantasias mulierꝝ apparentiũ. vel etiam ꝑ naturalis humoris abundantiã. Dicebat ꝯ siquidẽ absq; mulierꝝ fantasijs tale aliq̃d eueniat: nõ esse peccatũ. Ingenitus ei humor in corpe vbi propria repleuerit receptacula. suis necesse ẽ vt meatib⁹ degerat̃: ⁊ ideo non trahat̃ ad peccatum. Vbi vero visus mulierum ⁊ blandimẽta carnis occurrunt: in h̃ iam desidis anime. ⁊ erga huiusmõi cogitatões atq; illecebras occupate dari cõfirmabat indicia. Debẽ ergo monachos aiebat omni genere a cogitatõnib⁹ suis repellere hmõi symulachra: nec indulgẽ eos oĩno in h̃ blandimẽta dilabi sensus suos: alioq̃n nihil int̃ esse videbit̃ int̃ eos ⁊ illos qui seculo viuũt: sed laborandũ est monachis. vt etiaꝫ naturalẽ humorẽ ꝑ multã ieiunioꝝ abstinentiã ⁊ frequentes oratões domẽt ac superent: fluxãq; eius labem. orationis ⁊ ieiunij continuatõne pstringant. Denicq; aiebat ⁊ qui in delicijs viuunt. si forte corpis sui egritudo deposcat: ab omnib⁹ que noxia esse iudicauerit medicus: abstinebũt. cur nõ hec multomagis monach⁹ faciat cui anime ⁊ spiritus sanitas expetẽda est.

¶ De Nytrie monasterijs.

VEnimus aũt et ad nytriã famosissimũ in oĩb⁹ egipti monasterijs locũ: qui q̃dragita fere milib⁹ abest ab alexã-

dria: ex noīe vici adiacentis. in quo nytrum colligit nytrie vocabulū trahens. ꝓspiciente hoc credo iam tūc diuina ꝓuidentia: q̄ in illis locis peccata hoīm tanq̄ nytro sordes abluenda essent ⁊ abolenda. In hoc igit̄ loco. q̄ngenta fere aut nō multo min⁹ cernū tur vicina sibi ⁊ sub vno patre posita monasteria: in quib⁹ aliqui plures simul. alij pauci: nōnulli etiā singulares habitāt et mansionib⁹ quidē diuisi. animo aūt ac fide ⁊ caritate valde ꝓiūcti ⁊ insepabiles manent. Huic ergo cū appropinquarem⁹ loco. vbi peregrinos fratres aduētare senserunt serui dei: continuo velut examen apum singuli quiq̄ ex suis cellulis ꝓruunt. atq̄ in obuiā nobis leto cursu et festina alacritate ꝓtendunt: portantes secū q̄plurimi ip̄or vrceos aque ⁊ panes. ꝝ q̄ ꝓpheta corripiēs quosdaz dicit: quia nō ex istis filijs israhel in obuiā cum pane ⁊ aqua. Tūc deinde susceptos nos adducunt. ꝓmo cum psalmis ad eccl̄iam: lauant pedes. ac singuli quiq̄ lintheis quib⁹ vtebantur: abstergunt. q̄si vie labore leuātes: re aūt vera vite humane erumnas. misticis traditionib⁹ abluētes. Quid ergo nūc de humanitate eor. quid de officijs. quid de caritate loquar: cum oīs gestirent nos ad suū quisq̄ introducere monasteriū. ⁊ nō ea solum que hospitalitati debentur expleri: sed ⁊ insup aut de humilitate qua ipsi pollebāt docere. aut de mansuetudine atq̄ alijs hmōi bonis: que apud illos velut ad hoc ipsuz de seculo sequestratos. diuersa quidē gratia: vna tñ eademq̄ doctrina discunt̄. Nusq̄ sic vidimus florere caritatē. Nusq̄ sic vidimus opus feruere misericordie: ⁊ studium hospitalitatis impleri. Scripturaz vero diuinaruz meditatōnes ⁊ intellectus atq̄ sciētie diuine. nusq̄ tanta vidim⁹ exercitia: vt singulos pene eoruz oratores. credas in diuina esse sapia.

De loco qui dicitur Cellia.

Est hūc vero ali⁹ est locus in deserto interiori. decē fere ab hoc milib⁹ distans quē locū ꝓ multitudine dispsarum in hēmo cellulaz. cellia nomiauerunt. Ad hūc locū hi qui ibi ꝓus fuerūt imbuti. ⁊ secretiorē iam de positis rudimētis ducere volūt vitā secedunt. Herem⁹ eī est vasta. ⁊ cellule tanto int̄ se spacio disrepte diuidunt̄. vt neq̄ in ꝓspectu sb̄inuicem. neq̄ in vocis auditu sint posite. Singuli ꝑ cellulas commanent: silentiū ingens ⁊ quies magna int̄ eos est. Die tñ sabbati ⁊ dōmica in vnū ad eccl̄iaz ꝓueniūt: ⁊ ibi semetip̄os inuicē tanq̄ celo redditos vident. Si q̄s forte in ꝓuentu illo defuerit. intelligūt statim eū corporis aliqua ineq̄litate detentū: ⁊ ad visitandū euz nō oīs simul ꝑ diuersitate tpis oīs adeūt: portantes vnusquisq̄ si quid apud se est. qđ egro possit q̄ tum videri. Aliam vero ob cām nullus audet ꝓximi sui obturbare silentia: nisi si quis forte qui pōt ꝓbo instruē. ⁊ velut athletas in agone positos. sermonis ꝓsolatōne vngere. Multi ipsoz a trib⁹ et quattuor milib⁹ passuū ad eccl̄iam ꝓueniūt. ita longo a semetipsis spacio habitationis eor cellule dirimunt̄: sed caritas in eis tanta est. ⁊ tanto int̄ semetip̄os ⁊ circa oīs fratres ꝓstrīgunt̄ affectu: vt in āmiratōne ⁊ in exēplo sint omnib⁹. Uñ etsi quis forte voluerit habitare cum eis: vbi intellexit vnusquisq̄ cellulam suam offert.

De sancto Ammonio abbate.

Vidimus quendaz apud eos venerabilē patrez Ammoniū nomīe: virum in quem dñs omnē plenitudinē spiritalium ꝓtulerat gratiaz. Caritatis in eo gratiam si videres. nihil tale vsq̄ vidisse te crederes Sed etsi humilitatem considerares: longo eum in hoc dono p̄stantiorem ceteris fateēris. Et rursus si patientiam. si mansuetudinem. si benignitatem in singulis eum ita p̄cellere iudicares: vt quid cui p̄ferri debeat: ignorares. Donū vero sapientie ⁊ scientie tm̄ ei ꝓtulerat dominus. vt nullum fere ex omnibus patrib⁹ ita penetrasse aulas totius scientie crederes nec ita aliquē receptum esse intra cubiculū sapientie dei. oīs quicunq̄ eū viderant: faterent̄. Huic erāt duo fratres Eusebius ⁊ Eutimius. Nā Dyoscor⁹ qui maior natu in eis fuerat: ad ep̄atus officium raptus est. Hi ergo fratres erāt ei nō solū carne: sed ⁊ vita atz institutōe. ⁊ tota aīmi ꝓtute germani. Qui omnes simul eos qui in illis locis habitabāt fratres. tanq̄ si nutrix foueat filios suos. ita vnūquenq̄ instruentes ꝓsolabant̄. ⁊ docentes ad summā p̄fectionem nitebant̄ educere. Vidimus q̄ supradictuz hoīem dei Ammoniū habentem monasteriuz int̄ eos muro circūdatū (qđ in illis locis ex lateribus crudis fieri facile solet) amplū et oīb⁹ necessarijs instructū: in quo etiā puteū ipse foderat. Venit aūt q̄daz frater saluari apud eos volens: adijt eundē Ammoniū. rogans vt sicubi eēt cellula vacans. in q̄ habitari posset. Tūc ille. Ego inq̄t requirā: sed donec inueniā hic esto in h̄ monasterio. Ego em̄ iam nūc egrediar vt requirā. Et relinquēs ei oīa pariter cū monasterio. ipse ꝓcul ab eo loco pulsimā cellulaz repperit atq̄ i ea ꝓstituit. fratriq̄ qui nup aduenerat nec intelligēti: ex integro cū omnib⁹ que in eo fuerāt cessit monasterio. Sz etsi plures fuissent. q̄ forte veniētes ad eos saluari cuperēt: sup̄dictus vir fratrib⁹ cōgregatis. omnib⁹ cū alacritate iuuantibus sub die vna monasteriū construebāt. Et cum singulis quibusq̄ expleuisset numerū monasteriorz. inuitabant̄ hi qui mansuri erant ad eccl̄iam. quasi refectōnis gratia: q̄ bus inibi occupatis. vnusquisq̄ fratz de cellulis suis p̄ferentes que necessaria erāt. singulorz nouas cellulas instruebant: ita vt ex collatōne caritatis nihil oīno. vel vtensilium vel que ad victū requirunt̄: deesset: nec tm̄ manifesta fieret vniuscuiusq̄ oblatio. Regressi q̄ ad vesperaz bi quib⁹ fuerāt cellule ꝑparate: inueniebāt posita oīa que ad vsus eēnt necessaria et ita instructa habitacula: vt nihil prorsus deesse ꝓspicerent.

De sancto Didimo.

Vidimus inter eos quendā ex senioribus virum bonū nomīe Didimū. in q̄ multa erat dñi gratia: quā in eo etiam vult⁹ ipe indicabat. Hic scorpiones ⁊ cerastas. id ē bestias q̄s comutas vocant: ⁊ angues q̄ in illis locis p̄ feruore solis acerrimi habent̄. tanq̄ terre q̄sdam vermiculos pedib⁹ cōculcabat: ⁊ ita extinguebat. vt nihil ab eis oīno paterent̄.

De sancto Cronio.

VIdimus etiaz aliũ apud eos sũme antiq̃tatis patrẽ Cronium noĩe: in senectute bona z pfecta etate durantẽ. centũ nanq; z decẽ agebat etatis annos. Hic ex discipulis adhuc beati Antonij superat: cuius int' ceteras animi ꝟtutes humilitatis gr̃am vidimus immensaz. De sancto Origene.

ERat aũt z alius ad huc ex discipulis Antonij Origenis nomĩe: vir p oĩa magnificus. z sũme prudẽtie: cui⁹ ꝟmo z narratio de ꝟtutib; optimi magistri hominis dei edificabat omnes audientes. z inflamabat vehemẽter. ita vt oculis cerni que ab eo narrabantur: putares. ¶ De sancto Euagrio.

VIdimus ibi z sapientissimũ virũ ac p'omĩa mirabilẽ Euagrium noĩe: cui int' ceteras animi ꝟtutes tanta ꝓcessa est gr̃a discernendoꝝ spirituũ. z purgãdaꝝ (sicut aplus dicit) cogitationũ: vt nullus alius putaret' ex fratrib; ad tantã subtiliũ et spũaliuz rez sciam puenisse. Cui q̃cuis reb; ipsis z expimentis et qđ est supꝝ omĩa p gr̃am dei magna collata fuerit intelligẽtia: accidit tñ et hoc. vt multo tpe instruct⁹ fuerit a beato Macario: quẽ famosissimuz in dei gratia: signisq; z virtutib; insignẽ fuisse omnib; notum est. Hic ergo Euagrius incredibilis erat abstinẽtie supꝝ omnia tñ monebat fratres: si qui forte studium gererẽt vel humiliãdi corpis. vel fantasias ab eo demonũ ꝓpellendi: ne in bibẽda aqua largiore mẽsura vterent'. Dicebat enĩ. Quia si aqua multa corpi infundat': maiores fantasias generat z largioza receptacula demonib; ꝑbet. Sz z multa alia de abstinẽtia: summa cũ deliberatõne edocebat. Ipse aũt non solũ aq̃ pcissima vtebat': ß z pane penit⁹ abstinebat Illi ꝟo qui in illis locis morabãt' fratres. pane solo et sale ꝓtenti erãt. vt in illa oĩ multitudine: vix inuenires aliquẽ qui oleo saltĩ vteret'. Plures aũt ex eis nec iacẽtes somnũ: sed sedẽtes (z vt ita dicã) in meditatõe diuinoꝝ verborum positi capiebant.

De sancto Macario egiptio.

NArrabãt aũt nobis quidã ex patrib; qui ibi erant q̃ in locis illis duo Macarij. q̃si duo celi lumĩaria refulsissẽt ex q̃b; vn⁹ egiptius genẽ. z discipl⁹ beati Antonij fuit. alius alexãdrinus. Quib; vt vocabula noĩs: ita ꝟtutes animi. z celestiũ gratiaꝝ magnificẽtia ꝓcorabat. Uterq; enĩ Macharĩ⁹ abstinẽtie exercitijs et virtutib; animi equaliꝫ pollens: ß solo alius ꝑcellens q̃si hereditatẽ gratiaꝝ et virtutũ beati Antonij possidebat. Hũc deniq; ferunt. aliq̃n cum homicidiũ in locis vicinis fuisset admissum. z innocenti cuidã impingeret' crimẽ admissi: ꝓfugisse ad ei⁹ cellulam is qui calumniã patiebat': affuisse etiaz eos qui purgebant: allegãtes z dicẽtes piclitari seipos. nisi ꝑbensum legib; traderẽt homicidaz. His ꝟo cui crimen impingebat' cum sacramẽtis affirmabat. cõscium se nõ esse sanguĩs illius. Et cuz diu ab vtraq; parte certamen haberet': int'rogabat sanctus Macharius vbi sepultus esset. qui dicebat' occisus. Cũq; designassent locum: cũ omnib; qui ad purgendũ hominem venerant. pergit ad sepulchrum. atq; ibi fixis genib; inuocato xp̃i nomĩe ait ad eos qui assistebant. Nũc dñs ostẽdat si vere re⁹ est hic: q̃ perurget' a vobis. Et eleuata voce: ex nomine clamabat defunctum. Cunq; ei vocatus de sepulchro respondisset: ait ad eum. Per fidem xp̃i te obtestor: vt dicas si ab hoc homine. qui calumniaz patitur occisus es. Tũc ille de sepulchro clara voce respõdit: dicẽs. Non se ab eo esse interfectum. Et cum obstupefacti omnes decidissent in terram. ac pedibus eius adnoluerentur: rogare ceperunt vt interrogaret eum a quo esset occisus. Tunc ille. hoc inquit non interrogabo. Sufficit enim mihi vt innocens liberetur: nõ est autem meum vt reus ꝓdatur. ¶ Aliud quoq; eius genus miraculi ferebatur. Cuiusdam e vicino oppido patrisfamilias virgo filia per fantasias magicas videbatur hominibus in equinũ animal versa vt putaretur equa esse. z non puella. Hanc adduxerunt ad eum. Tunc ille percõtatur. Quid sibi vellent: Aiunt parentes eius. Equa hec quam vident oculi tui. puella virgo et filia nostra fuit: sed homines pessimi magicis artibus in animal hoc quod vides eam ꝟterunt. Rogamus ergo vt ores dominũ et cõmutes eaz in id quod fuit. At ille ait. Ego hãc quam ostenditis mihi puellam video: nihil in se pecudis habentem. Hoc autem quod dicitis non est in eius corpore: sed in oculis intuentium. Fantasie enim demonum sunt iste: non veritas rerum. Et cũ introduxisset eam cum parentibus suis intra cellulam. fixis genibus orare christum cepit. simulq; et parentes hortabatur secum domino supplicare: et post hec perungentes eã oleo ĩ nomine domini. omni fallacia visus expulsa: virginez videri omnib; vt etiam sibi videbat': effecit. Alia quoq; iunior puella ad eum deducta est: cuius obscena corporis. ita omni ex parte computruerũt: vt consumptis carnibus interiora quoq; et secreta nature nudarẽtur. ac vermium ebulliret inde innumera multitudo: ita vt nec accedere quidẽ quisq; ad eam posset. pre fetoris horore. Hec cũ allata a pntib; z ꝓiecta fuiss; añ fores eius miserans virginis cruciatus. equo animo inquit esto filia. hec tibi ad salutem dominus non ad interitum dedit: vnde prouidẽdum est magis. vt sanitas tua nullum tibi periculum conferat. Et cuz institisset orationibus per septẽ continuos dies. et oleum benedicens in nomĩe domini perungerent membra eius: ita eam sanam reddidit. vt muliebris in ea nature nulla forma. nulla species appareret: sed esz ei inter viros ꝙuersatio. absq; femine suspitionis obstaculo. ¶ Aiebãt preterea et aliquando venisse ad eum hereticũ q̃ndaz hieracytam: quod genus hereseos inuenit' apud egiptum. Hic cum p multam loquendi artẽ. plurimos fratꝝ qui habitabãt in heremo cõturbaret ausus est etiam coram ipso fidei sue asserẽ prauitatem. Cui cum resisteret senior z ꝓtradiceret. illa verba simplicia argumentis callidis eludebat. Sz cũ videret sanct⁹ fidem fratꝝ periclitari

quid opus est inquit nos verbis contendē ad subū sionem audientiū.¶Eamus ad sepulchra fratrū qui nos p̄cesserunt in domino: 7 cui nostrum p̄cesserit dominus suscitare mortuum de sepulchro.sciant oīs quia illius fides ꝓbatur a deo.Sermo ꝫ omnibus qui aderant fratrib placuit. Processerunt ad sepulchra:hortat Macharius hieracytam vt euocaret mortuū in nomine domini.At ille. Tu inquit qui ꝓposuisti prior euoca. Et macharius ꝓsternēs se in oratōne ante dominum: vbi sufficienter orauit eleuatis sursum oculis suis ait ad deum. Tu inquit domine quis ex duob nobis rectā fidē teneat ostende:eleuato mortuo hoc.Et cum hec dixisset:fratris cuiusdaꝫ nomen qui nup fuerat sepultus euocauit. Cui ille cū de tumulo respōdisset: accedētes fratres continuo.que suppositā erant auferunt:7 eductum eū de sepulchro resolutis fasciolis q̄b cōstrict⁹ erat exhibuerūt viuentē. Hieracyta vero vbi hec vidit: obstupefactus in fugā vertitur. Quē fratres quoq; omnes insequētes: extra terminos terre illius exturbauerūt. Multa etiā alia ferebant de eo:que nimis ꝓlixa sunt ad scribendum: sed ex his paucis etiam cetera eius opera noscuntur.

¶De virtutib alterius Macharij videlicet Alexandrini.

ALius vero sanctus Macharius.magnificas etiā ipse virtutes ꝓsumauit:de quib 7 alij nōnulla scripserunt: que sufficē possunt ad virtutis eius magnitudinem contuēdam:7 ideo nos ea compēdio p̄teribimus. Ferebant tamē eum amatorē fuisse heremi super omnes ceteros.ita vt etiam vltima 7 inaccessibilia deserti pscrutatus sit loca: vsq; quo inueniret vt ferebatur locum quēdam. in vltimis heremi constitutum:7 diuersis ac pomiferis arboribus consitum.7 omnibus bonis repletum: vbi etiā duos fratres inuenisse ferebat:quos cum rogaret vt paterētur a se deduci illuc monachos.vt ibi habitarēt quoniāquidem locus 7 amenus esset 7 abundans in omnib necessarijs. Responderūt. Nō posse adhuc illuc plures adduci:ne forte veniētes per heremum a demonib deciperētur. ¶Multos enim dicebant esse demones in deserto ac monstra: quorum molestias et calliditates ferre multitudo insueta non posset. Regressus tamē ad fratres cuz indicasset de oportunitate loci:multorum inflamati sunt animi. vt pgerēt illuc cum eo. Sz vbi patres reliqui senserūt animos iuuenum concitatos:repſserunt eos salubriore consilio:dicentes. Locus iste si vere vt iactatur a Jamne 7 mambre consitus est nō aliud de eo credenduz est.nisi q̄ dyaboli opere ad deceptōnem nostram p̄paratus sit. Si enim vere vt perhibent delicios⁹ ē et abundans:quid sperabim⁹ in futuro seculo.si hic delicijs fruimur. Et hec atq; alia huiusmodi dicentes:iuuenum feruentes animos repſserunt. ¶Locus autem in quo habitabat ipe sanctus Macharius Scithiū appellat. Est aūt in heremo vastissima positus.diei 7 noctis iter habens de nytrie monasterijs:7 illuc nulla semita neq; terrenis aliquib colligitur vel monstrat indicijs:sed 7 stellaꝝ signis 7 cursibus pgitur. Aqua raro inuenit 7 sicubi inuenta fuerit.odoris quidē dirissimi est.7 quasi bituminea:sed saporis innorij. Sunt ergo ibi viri valde pfecti:nec em patitur tā terribilis locus nisi perfecti propositi habitatores:summeq; pstantie. caritatis tū inter se 7 erga omnes.si qui forte ad eos accesserint: summū studiū gerunt. ¶Fertur deniq; cū sancto Macario vuā quis aliquādo detulisset.ille qui ꝫm caritatē nō que sua sunt:sed q̄ alterius cogitaret.ad aliū fratrem detulit eam qui quasi infirmior videbat. Tūc ille gratias egit deo ꝓ fratris officio:sed 7 ipse nichilomin⁹ plus de prio q̄z de semetipso cogitās.adaliū ptulit ille idē ad aliū. Et sic cū p oēs cellulas q̄ lōge a semetipsis pheremuz dispersē erāt vua circūlata esset:ignorantib eis quis eam ꝓmo misisset. ad vltimū ipsi deferē qui eam miserat. Gratulatus est aūt sanct⁹ Macharius q̄ tantā videret in fratrib cōtinentiam.tantāq; caritatē:ad acriora semetipm spiritalis vite extendit exercitia. ¶Ad fidez namq; cōfirmandam nobis affirmatuz de eo est.ab his qui ex ore eius audierant. q̄ quodam tempore noctis.demon ad ostium cellule eius pulsauit dicens.Surge abbas Macharī 7 eamus ad collectam: vbi fratres ad vigilias cogregantur.Sed ille qui gratia dei repletus falli non poterat.intellexit dyaboli esse fallaciam:7 ait.O mendax 7 veritatis inimice. Quid em tibi consortij:quid societatis est cum collecta 7 congregatione sanctorum.At ille. Latet ergo te inquit o Macharī q̄ sine nobis nulla collecta agitur.nulla q; congregatio monachorum:Veni deniq;:et videbis opa nostra. Tūc ille. Imperet inquit tibi dominus.demon īmunde. Et conuersus ad orationez petijt a domino.vt sibi ostenderet si hoc verum eēt: quod gloriatus est demon. Abijt ergo ad collectaz vbi a fratribus vigilie celebrabantur.7 iteruz in oratione dominum deprecatur: vt sibi veritatem verbi huius ostendat. Et ecce vidit per totam ecclesiaz q̄si paruulos quosdā pueros ethiopes tetros.discurrere huc atq; illuc:7 velut volitando deferri. Moris autem est inibi sedentibus cunctis. ab vno dici psalmuz:ceteris vel audientibus vel respondentib. Discurrētes ergo illi ethiopes pueri.singulis quibusq; sedentibus alludebant:7 sicubi duob digitulis oculos compressissent.statiz dormitabat. Si cui vero in os immersissent digitum : oscitare eum faciebant. Vbi vero post psalmum ad orandum processissent fratres.precurrebant nihilominus singulos: et ante alium iacentem in oratione quasi mulieruz specie ferebantur.ante alium quasi edificantes.aut portantes aliquid.aut diuersa queq; agentes apparebant Et quecūq; demones q̄si ludendo formassent: hec orātes illi in cordis sui cogitatōe versabant. A nonnullis tū vbi aliquid horz agere cepissent.q̄si vi quadam repulsi p̄cipites deiciebant.ita vt nec stare q̄dem prorsus aut transire iuxta eos auderent: aliis vero etiam infirmis fratribus supra ceruices 7 dorsa ludebant:quia nō erant in sua oratōne intenti. Hec cum vidisset sanctus Macharius ingemuit graviter:et lacrimas profundens ad dominuz respice:ait domine.7 ne sileas neq; mitigeris deus. Exurge vt dispergantur inimici tui.et fugiant a facie tua:quo-

niam anima nostra repletur illusionib⁹. Post oratō nem tamē examinande veritatis gratia. seorsuz euocatis singulis quibusqz fratrib⁹. ante quorum faciez viderat dēmones. diuerso habitu. 7 varijs imaginibus ludentes: requirit ab eis si in oratione. vel edificandi cogitatiōes habuerint. vel iter agendi vel alia diuersa. que vnicuiqz imaginata p dēmōes viderat et singuli cor ita ꝓfitebāt in corde suo fuisse. vt ille arguebat. 7 tunc intellectum est. q omnes vane 7 superflue cogitatōnes. quas vel psalmorum vel oratōnum tempore vnusquisqz conceperit. ex illusione dēmonū fiant: ab his autez qui omni custodia seruant cor suum. tetri repelluntur ethiopes. Deo em̄ coniuncta mens. 7 in ipsum precipue tempore oratōnis intenta: nihil alienū nihil superfluū recipit ¶ Aliud quoqz multo terribilius addebat. quod vidisset eo tēpore quo fratres accedebant ad sacramēta. Vbi porrexissent ad suscipiēdum palmas: in nōnullorum manibus ꝓuenientes ethiopes carbones deponē. corpus autem quod tradi manib⁹ sacerdotis redire videbat ad altare: aliōs vero quos melior merita iuuabant. extēdentibus manus ad altare. longe recedere dēmones. 7 cum ingēti metu effugere: angelum enim domini assistere videbat altari. qui cū sacerdotis manu. suam quoqz manum in sacramentor distributōne exponeret. Et hoc iam pmansit ei a deo gratia ista. vt in vigilijs fratrum psalmorum 7 oratōnis tpe si quis aliud aliquid ꝑ illusionez dēmonū in corde cogitasset: agnosceret. 7 accedentiū ad altare. vel indignitates vel merita eum nō laterent. ¶ Quodaz autem tēpore ambo Macharij homines dei. cū fratris cuiusdam videndi gratia iter agerent: ascenderunt nauigium (quo fluuius transiri solet) In quo nauigio erant simul quidaz tribuni diuites homies ꝓpotētes: equos plurimos ac pueros 7 multa secuz ministeria habētes. Horz vnus cū videret ī vltima nauigij pte. vilib⁹ indumētis atqz ad oīa expeditos iacē monachos. ait ad eos. Beati estis vos q huic seculo illuditis. nec quicqz ex eo inquiritis: nisi indumentū vilissimū 7 parcissimuz victū. Tunc vnus de Macharijs rñdit ad euz. Vere quidē vt dicis. qui deū sequunt: illudūt mundo ꝫ miseremur vestri. q vobis ecōtrario mūdus illudit. Tūc ille ꝓuictus super hūc ꝑmonē. statim vt venit ad domū suā: dere lictis oīb⁹ vel distractis q̄ habebat. 7 paupib⁹ datis ipse deū sequi cepit. 7 ad monachorum exercitia ꝓperauit. Sz 7 multa (vt dixim⁹) alia de opib⁹ sancti Macharij Alexādrini mirabilia ferunt: ex quib⁹ nōnulla in. xj. li. ecclīastice hystorie inserta: q̄ reqrat: inueniet.

¶ De sancto Ammone ꝑmo nytrie monacho.

tronalis pompe: tm̃ se matrez nouerat. vadit comitata ancillulis z eunuchis: vxqz ei a viro suo suasū est: vt asello sedens pgeret. Ad quem cum veniss̃et. Per eum te ait ih̃m clementissimū dn̄m nr̃m obtestor. p crucem eius z sanguinē: vt reddas mihi tres filios. vt glorificet in vrbe gentiliū nomen dn̄i saluatoris. Ingrediatur seruus eius gazam: z marnas corrumpat. Renuētē illo z dicēte. nūqz se egressuz de cellula. nec habere consuetudinē vt nō modo ingrederet ciuitates: ꝫ nec villas ingrederet. ꝓstrauit se humi crebro clamitans. Hylarion serue xp̄i redde mihi filios meos: quos antonius tenuit in egypto. a te seruent in syria. Flebant cuncti q̄ aderant: ꝫ et ipse negās lacrimabat. Quid multa: Nō pri⁹ mulier recessit qz ille pollicitus est: se post solis occasuz gazam introituz. Qui postqz venit: singulorum lectulos z ardentia membra considerans: invocauit ih̃m. Et o mira virtus: statim quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit. Eadem hora acceperunt cibos: lugentēqz matrem cognoscentes z benedicētes deuz sancti manus deosculati sunt. Qd postqz auditum est: z lōge lateqz p crebruit. certatim ad eū de syria z egypto populi confluebāt. ita vt mlti xp̄iani fierent. z se monachos ꝓfiterent. Necdum enim tunc monasteria erant in palestina: nec quisqz monachos ante sanctū hylarionē in syria nouerat. Ille fundator z eruditor huius cōuersatōis z studij: in hac prouincia fuit. Habebat dn̄s ih̃s in egypto senem antoniū: z in palestina hylarionem iuniorem.

¶ Facidia viculus est rinocorure vrbis egypti. de hoc decem iam annis ceca mulier adducta ē ad beatum hilarionē: allataqz ei a fratrib. iam.n. multi cū eo monachi erant. omēz suam substantiā se expendisse ait in medicos. Cui rn̄dit. Si que inq̄t in medicos pdidisti: dedisses paupibus: z curasset te verus medicus ihs. Clamante aūt illa z misericordiaz deprecāte: expuit in oculos eius. statimqz saluatoris exēplū virtus eadem secuta est sanitatis. ¶ Auriga q̄z gazēsis in curru pcussus a demone: totus obriguit. ita vt nec manus agitare: neqz cervicez posset flectere. Delatus ergo in lectulo: cuz solam linguā moueret ad preces: audiuit nō prius posse se sanari qz crederet in ih̃m. z sponderet arti pristine renunciaturuz. Credidit. spopondit. sanatus est. magisqz de aie qz de corpis salute exultauit. ¶ Preterea fortissimus iuuenis nomine messicas: de territorio hierosolime tantum sibi plaudebat in viribz: vt quindecim frumenti modios diu longeqz portaret. z hāc haberet palmam fortitudinis sue: si asinos vinceret. Dz hic afflatus a pessimo demone. nō cathenas. nō compedes. nō claustra ostioz integra patiebat. Multoz nasus z aures mordicꝯ amputauerat. hoz pedes: illoz guttur fregerat. tantūqz sui terrorem omibus incusserat: vt oneratus cathenis z funibz: in diuersa intentium quasi ferocissimus thaurus ad monasteriū ptraheret. Quem postqz fratres videre: preteriti. erat enim mire magnitudinis. nūciauerunt patri. Ille sicut sedebat iussit eum ptrahi z dimitti. solutoqz ait. Inclina caput z veni. Tremere miser cepit. z cervicez flectere. nec aspicere ausus pr̃. omēqz ferocia deposita: pedes sedētis lambere cepit. Adiuratus itaqz z extorus demon q̄ iuuenez possederat: septima die egressus est. ¶ Sed nec illud tacendum est. q orion vir primarius et ditissimus vibis achile: que mari rubro imminet. a legione demonuz possessus: ad euz pductus est. manus. cervix. latera. pedes. ferro onerata erant. furorisqz seuiciam torui oculi minabant. Cumqz deambularet sanctus cum fratrib. z de scripturis nescio quid interpr̃taret: erupuit ille de manibz se tenētium. Et dum pueniss̃et ad sanctum hylarionem: statim amplexans eū post tergum: in sublime eleuauit. Et clamor ingens oritꝰ est ab omibus. timebant. n. ne confecta ieunijs mēbra collideret. Et sanctus hylarion ridens. silete inquit z mihi meū palestritā dimittite. ac sic reflexa super humeros manu: caput eiꝰ tetigit. apprehēsoqz crine ante pedes suos adduxit. ꝓstringēs e regione ambas manus eius z plantas vtroqz calcans pede simulqz congeminās torquere demonū turbas cepit. Cumqz ille eiularet: z reflexa cervice terram vertice tāgeret. dñe inquit ih̃u. o me miserꝫ solue captiuum. z vnum z plures vincere tuū est. Rez loquar inauditam. Ex vno homīs ore diuerse voces: z cōfusus pl̄i clamor audiebat. Curatus itaqz z h̄. post nō multum tpis cum vxore z liberis venit ad monasterium. pluruma quasi grām redditurus dona afferens. Cui sanctus ait. Non legisti q̄d gie zi: quid symon passi sunt. quoꝝ alter accepit pretiū: alt obtulit vt ille venderet grām spūssancti. hic mercaretur: Cumqz orion flens diceret. accipe z da pauperib⁹. Tu melius inquit tua potes distribuere: q̄ p vrbes ambulas z nosti paupes. ego qui mea relig: cur aliena appetam: Multis nomen paupertꝫ: occasio auaricie est. Misericordia artē nō h̄z. Nemo melius erogat: qz qui sibi nihil reservat. Tristi aūt z in arena iacenti. noli inquit contristari fili: qd facio pro me z p te facio. Si enim hec accepero. z ego offendā deuz: z ad te legio reuertet. ¶ Quia xpo silentio possit p terire. q zazanus mayumites haud longe a monasterio eius: lapides ad edificandum de ora maris cudens: totus palysi solutus est. z ab oparijs socijs delatus ad sanctum hylarionem: statim ad op⁹ reversus est. Etenī littus qd palestine egyptoqz pr̃tēdit: p naturam mollib⁹ arenis in saxa durescentib⁹ aspera. paulatimqz coherens sibi glarea pdit tactū: cū non perdat aspectum. ¶ Sed z ytalicus quidam eiusdem oppidi municeps xp̄ianus: aduersum gazēsium viruz marne ydolo deditū: circi equos curules nutriebat. hoc siquidem in romanis vrbibz iaz exinde seruabat a romulo. vt ꝓpter felicem sabinarū raptum conscio quasi cōsilioz deo quadrige septeno currant circuitu: z equos ptis aduerse frangere victorie sit. Hic itaqz emulo suo hūte maleficuz q̄ demoniacis q̄busdā pcantatōibz. z h⁹ pr̃ediret eqs. z illius pcitaret ad cursuz. venit ad b̄m hylarionez z nō tā aduersariū ledi qz se defendi obsecrauit. Ineptum visum ē venerādo seni in huiuscemodi nugl oronez pdere. Cūqz subrideret z diceret. cur eni nō magis eqz pciū p salute aīe tue paupib⁹ erogas: Ille rn̄dit. functōz eē publicā. z h̄ se non tā velle qz cogi. nec posse boiez xp̄iani vti magicis artib⁹. sed a seruo poti⁹ xp̄i auxiliū petere: maxie ꝫ gazēses ad-

uersarios dei. nō tam sibi q̄ ecclesie xp̄i insultantib⁹ Rogatus ergo a fratrib⁹ q̄ adessent sanctis. paterā fictilē in qua bibere ꝓsueuerat. q̄ iussit impleri. eiq̄ tradi. Quā cū accepisset ytalicus: stabulū et aurigas suos currumq̄ repagula asperſit. Mira vulgi expectatio. Nam & aduersarius hocipsum irritens diffamauerat: & fautores ytalici sibi certatim victoriam pollicentes exultabāt. Igit̄ dato signo bi quolant. illi p̄ediunt̄ sub horum curru rote feruent. illi preteruolantiū tegā vix cernūt. Clamor vulgi nimius. ita vt ethnici quoq̄ ipsi ꝓcreparent: marnas victus a xp̄o est. Porro furentes aduersarij: hylarionem maleficum xp̄ianoq̄ ad supplicium popoſcerāt In dubitata g̃ victoria: & illis et multis debinc circensib⁹. plurima fi dei occasio fuit. ¶ De p̄fato gazense emporij oppido. ꝓpter virginem dei. vicinus iuuenis amādo deperibat. Qui cū frequēter tactu. iocis. nutib⁹. sibilis. et ceteris huiuscemodi que solent moriture virginitatis esse principia. nihil ꝓfecisset. prexit memphim vt confesso vulnere suo. magicis artib⁹ rediret ad xp̄ianē. Igit̄ post annuz edoctus ab escolapij natibus nō remediātis ānas sed ꝓtentis. venit p̄sumptū animi stuprū gestiēs & subter limen dom⁹ puelle. quedā tormenta xp̄ianorum. & portentuosas figuras sculptas in eris cuprij lamina defodit. illico insanire xp̄go. & amictu capitis abiecto. rotare crinē. stridere dentib⁹. inclamare nomē adolescētis cepit. Magnitudo quippe amoris se in furorē xp̄terat. ¶ Perducta ergo a parentib⁹ ad monasteriuz seni tradit̄: vlulante statim & cōfitente demone. vim sustinui inq̄t. inuitus huc adductus sum. Qbene mēphis somnijs homīes deludebā. O cruces. o tormēta q̄ patior. Exire me cogit: & ligat⁹ subt̄ limen licio & lamina teneor. Nō exeo nisi me adolescens q̄ detinet dimiserit. Tunc senex ait. Grandis fortitudo tua: q̄ licio & lamina strictus teneris. Dic quare ausus es ingredi puellam dei: Ait. vt suarez virginē. Tu inquit seruares pditor castitatis: Quare nō pot⁹ in eū q̄ te mittebat ingressus es: Ut qd inq̄t intrassez in illū: q̄ hēbat collegā meū: amorē demonē: Noluit aūt sanctus antequ purgaret xp̄inē vel adolescentē vt signa iubere q̄reret. ne aut solut⁹ incantatōib⁹: recessisse demon videret. seu ipse xp̄mōi eius accōmodasset fidez: asserens fallaces eē demones & ad simulandū callidos. & magis reddita sanitate increpauit virginē: cur fecisset talia p que in eaz demon intrare potuisset. ¶ Non solum aūt in palestina & vicinis egypti vel syrie vrbib⁹: & etiā in ōgin quis ꝓuincijs fama eius creuerat. Nāq̄ cādidat⁹ ꝓstantini impatoris. rutilus coma & candore corporis indicans ꝓuinciā. inter saxones quippe & alamanos gens est. nō tam lata q̄z valida: que apd̄ historicos germania: nūc francia dr̄. antiq̄ ab infātia possessus demone: q̄ noctib⁹ eū vlulare. ingemiscē & fremere dentib⁹ ꝓpellebat. secreto ab impatore euectionez petit. cām ei simplr indicās. Et acceptis ad cōsularē q̄z palestine lr̄is. cū ingenti honore & comitatu ad gazam deductus est. Qui cū a decurionibus loci illi⁹ quesisset: vbi habitaret hylarion monach⁹. territi gazenses: & putantes aliq̄ rōne eum ab impatore missum. ad monasteriū cōciti pretulerūt. vt & bonorem cōmendato exhiberēt. Et si que de p̄teritis iniurijs hylarioni eēnt offense: nouo officio delerēt. Deambulabat aūt nūc senex in arenis mollib⁹: & secunde psalmis nescio quid murmurabat. vidensq̄ tantā turbam venientiū: substitit. & resalutatꝰ oīb⁹: manu eis bñdicēs post horam ceteris abire ꝓcepit. illum xp̄o cū seruis suis & apparitoribus iussit manere Ex oculis eniz eius & vultu cur venisset: agnouerat Vox g̃ ad interrogatōz suspēsus homo vt vix terram pedib⁹ tangeret: in mane rugiens. syro q̄ interrogatus fuerat sermone rndit. Videres de ore barbaro: & qui franceam tm̄ & latinā linguam nouerat: syra ad purū verba resonare. vt nō stridor nec aspiratio. nō ydioma aliq̄d palestini deesse eloquij. Cōfessus est itaq̄ quo in eū intrasset ordine. & vt interpretes eius intelligerēt. qui grecā tm̄ & latinam linguam nouerāt: grece q̄z eum interrogauit. Quo similiter & in verba eadez rndente. multasq̄ incantationū occasiones & necessitates magicaꝝ artiū ostendente nō curo: ait. quō intraueris: & vt exeas i noīe dn̄i ihu xp̄i impero. Cūq̄ curatus eēt simplicitate rustica decem auri libras offerens: ordeaceū panem ab eo accepit. audiēs q̄ qui tali cibo alerent̄: auruz ꝓluto ducerent. ¶ Parū est d̄ homib⁹ loq̄: bruta q̄z aialia quotidie ad eū furentia ptrahebant̄ eq̄rū seu vaccaꝝ. Camelum enormis magnitudinis: qui multos iam obtriuerat. triginta & eo amplio⁹ viri distentum solidissimis funib⁹: cum clamore adduxerūt. Sanguinei erant oculi. spumabat os. volubilis lingua vigebat. sup oēz terroꝛē rugitus ꝓsonabat immanis. Jussit igit̄ dimitti senex. statimq̄ & q̄ adduxerant: & qui cum sene erant. vsq̄ ad vnū omēs disfugierūt. Porro ille solus prexit obuiam. & sermōe syro nō me inquit terres zabule tanta mole corpis. Et in vulpecula & in camelo vnus atq̄ idem es. Et interim porrecta stabat manu. Ad quez cum furēs & quasi deuoraturꝰ seuiens belua peruenisset. statim corruit. submissumq̄ caput terre coequauit. Mirātibus cunctis qui aderāt: post tantā ferociā tantam subito mansuetudinē. docebat aūt eos senex: hoīm cā dyabolū etiā iumenta corripe. & tāto eoꝝ ardere odio: vt nō solū ipsos & ea q̄z q̄ ipsoꝝ eēnt: cupet interire. Huiusq̄ rei ꝓponebat exemplū. q̄ annq̄ beatū iob tēptare ꝓmitteret̄: oēz substantiā ei⁹ interfecerit. nec mouē quēpiaz debere: q̄ dn̄i iussiōe duo milia porcoꝝ a demonib⁹ interfecta sunt. siq̄dez eos q̄ viderant nō potuisse alit̄ credē exisse de hoīe. tātaz demonū multitudinē: nisi grādis porcoꝝ numer⁹ & q̄i a multis act⁹ piter corruissent. ¶ Ips deficiet si voluero vniuersa signa q̄ ab eo sunt ꝓpetrata dicē. In tantā a dn̄o eleuatus fuit gl'am: vt bt̄s q̄z antonius audiēs quersatōz eius: scriberet ei. libēt̄q̄ ei⁹ epistolā sumeret. acsi quando de syrie partib⁹ ad se languentes prexissent: diceret eis. Quare nos tam longe vexare voluistis: cum haberetis ibi filiū meuz hylarionem: Exemplo itaq̄ eius: ꝓ totam palestinam innumerabilia monasteria esse ceperūt: & omēs ad eum monachi certatim currere. Quod ille cernens: laudabat xp̄i grām. & ad ꝓfectum aīe singlos cohortabat̄: dicēs. Preterite figurā mūdi h⁹: & illā vrā eē vitā q̄ p̄ntis vite emeret̄ incommodo. vo-

lens aũt exemplũ eis dare etiam humilitatis 7 offi-
cij.statutis diebus ante vindemiã lustrabat cellu-
las monachoꝝ.Quod postq̃ cognitum eẽt a fra-
tribus:omnes ꝓius ad eum confluebant. 7 comitã
ti tali duce circuibant monasteria: habentes viati-
cũ suum.qz interdum vsq̃ ad duo milia hominum
congregabant'.Sed 7 ꝓcedente tempore:vnaq̃q̃
villa vicinis monachis ad susceptionez sanctorum
gaudens cibos offerebat.Sane quantum fuerit in
eo studij:nullum fratrez q̃uis humilem q̃uis pau-
perem:ꝓterire illud indicio est. q vadens in deser-
tum cades:ad vnum ex discipulis suis visenduz cuz
infinito agmine monachorum puenit belusã:eo for-
te die quo anniuersaria solennitas omnẽ oppidi po
pulum in templũ veneris cõgregauerat.Colunt au
tem illam ob luciferum:cuius cultui saracenorũ na-
tio dedita est.sed 7 ipsum oppidum ex magna par-
te semibarbaꝝ esse ꝓpter loci situm dicit'.Audito q
sanctus hylarion ꝓteriret. multos enim saracenoꝝ
arreptos demone frequẽter curauerat. gregatim ei
cum vxoribus 7 liberis obuiam ꝓcesserunt.submit-
tentes colla:7 voce syra barech.i.bñdic inclamantes.
Quos ille blande humiliterq̃ suscipiẽs: obse-
crabat vt deum magis q̃s lapides colerent. simulqz
vbertim flebat celum spectans.7 se pollicens: si xpo
crederent:ad eos crebro ventuꝝ.Mira domĩ gr̃a ñ
ꝓius eum abire passi sunt:q̃s future ecclesie limitez
mitteret.7 sacerdos eoꝝ:vt erat coronat⁹ christi si-
gno denotaret'. Alio quoq̃ anno cum exitur⁹ es-
set ad visenda monasteria.7 dirigeret in scedula a-
pud quos maneret:7 quos in transitu visitare de-
ret.scientes monachi quendam de fratrib⁹ partiozẽ
simulq̃ cupientes vicio eius mederi:rogabãt vt a-
pud eum maneret.Et ille. Quid inquit vultis:7 vo
bis iniuriam 7 fratri vexationez facere:Qd̃ postq̃
frater ille parcus audiuit:erubuit.7 admitẽtib⁹ cun-
ctis vix ab inuito impetrauit:vt suum quoq̃ mona
sterium in mansionũ ordinem poneret. Post diem
ergo decimũ venerunt ad eum custodib⁹ iam in vi-
nea.quasi villa esset aliena ab eo dispositis.qui cum
lapidibus 7 glebaꝝ iactu:fundeq̃ vertigine accedẽ
tes deterrerent.sine esu suarum mane omnes ꝓfe-
cti sunt.ridente sene: 7 dissimulante se ante scire qd̃
euenerat.Porro susceptu ab alio monacho: cuius
sabbas vocabulum est.debemus quippe parci tace
re vocabulum:largi dicere.quia dñicus erat dies:i-
uitabant' ab eo vniuersi ad vineam. vt ante horam
cibi suarum pastu laborez vie subleuarent. Et san-
ctus hylarion.maledictus ait qui ꝓius refectionez
corꝑis q̃s anime quesierit. Oremus psallam⁹ redda
mus dño officium.7 sic ad vineam ꝓperabitis. Cõ-
pleto itaq̃ ministerio i sublimi stans:bñdixit vinee.
7 suas ad pascendum dimisit oues. Erant autez q̃
vescebantur: nonminus tribus milib⁹.Cunq̃ cen-
tum lagenis estimata adhuc integra fuisset vinea:
post dies viginti trecentas fecit. Porro ille parcus
frater multominus solito colligens:etiam id qd̃ ha-
buerat:versum in acetum sero voluit. Hoc aũt mꝝ
tis fratribus senex ante futuꝝ dixerat. Detestabat'
autem ꝓcipue monachos: qui infidelitate quadã
in futurum seruarent sua. 7 diligentiam haberent:
vel sumptuum vel vestium:aut alicuius rei cuz secu
lo transeuntis. Deniq̃ vnũ de fratribus in q̃nto
a se miliario manentez: qz comperit oztuli sui nimis
cautum timidũq̃ custodem.7 pauxillum habẽ nũ-
morum ab oculis suis abegerat. Qui volens sibi re
conciliare senem:frequẽter veniebat ad fratres:'ma
xime ad esycium.quo ille vehementissime delectaba
tur. Quodam ergo die ciceris fascez virentis sicut
in herbis erat:detulit. Quem cuz ad vespez esyci⁹
posuisset in mensam:exclamans senex se putoꝛẽ ei⁹
ferre non posse.simulq̃ vnde eẽt interrogauit. Re-
spondente autem esycio q frater quidaz primitias
agelli sui fratribus detulisset. Non sentis inquit pu
torem deterrimũ 7 in cicere facere auariciam:' Mit-
te bubus.mitte brutis animalib⁹:7 vide si comedãt
Quod cum ille iuxta ꝓceptum in ꝓsepia posu-
isset:exterriti boues 7 plus solito mugientes:ruptis
vinculis in diuersa fugierũt. Habebat.n.senex gra
tiam banc:vt ex odore corꝑoꝝ vestiũq̃ 7 earũ rerũ
quas quis tetigerat: sciret cui demoni vel cui vicio
subiaceret. Igit' senex sexagintatres habens an
nos vite:cernens iam grande monasterium 7 mul-
titudinem fratrum secum habitantiũ:turbasq̃ eoꝝ
qui diuersis languoribꝫ 7 immũdis spiritibus occu-
patos ad se deducebant.ita vt omni genere homi-
nũ solitudo ꝑ circuitum repleret'. flebat quotidie 7
incredibili desiderio cõuersationis antique recorda
batur. Interrogatus autez a fratrib⁹ quid haberet
cur se conficeret: aiebat. Rursus ad seculum redij:
7 recepi mercedẽ meaz in vita mea. En omis pale-
stina 7 vicine ꝓuincie estimant me alicuius esse mo
menti.7 ego sub ꝓtextu monasterij dispensatõez
fratrum.ville.possessiones.7 suppellectilem habeo.
Seruabat' ergo intẽte a fratrib⁹:maxime q̃ ab esy-
cio.q̃ miro amore veneratõis seni debit⁹ erat. Que
cũ ita lugens biennio tractaret: Aristenete illa cui⁹
latius supra fecimus mentõz:ꝑfecti tũc vxor.sed ni
hil de ambitu ꝓfecti habens.venit ad eũ:volẽs eẽ
ad antoniũ ꝑgere.Cui ille flẽs ait. Uellẽ ipe q̃z ire
si nõ carcere b⁹ monasterij clausus tenerer.7 si eñdi
fructus eẽt.Biduo.n.hodie est. q ex hac luce sub-
tractus:7 totus mũdus tali parente orbat⁹ ẽ. Cre-
didit illa 7 substitit.7 post paucos dies venientẽ nun
cio:antonij dormitoꝛez audiuit. Mirent' alij signa
sancti hylarionis 7 portẽta que fecit.mirẽt' incredi-
bilez abstinentiã.sciam.humilitatẽ.ego nihil ita stu
peo:q̃z gl'am illũ 7 honorẽ calcare potuisse.Cõcur-
rebãt epi.ꝑsbri.clericoꝝ 7 monachoꝝ greges. ma-
trone q̃z xpianoꝝ grãdis temptatio.7 hincinde exu
bib⁹ 7 agris vulg⁹ ignobile.ß 7 potẽtes viri 7 iudi-
ces:vt benedictũ ab eo panez vl oleũ acciperẽt. At
ille nihil aliud nisi solitudinẽ meditabat'. intãtuz vt
quadã die,ꝓficisci statuẽit.7 adducto asello:nimijs
quippe exesus ieiunijs vix ingredi poterat:iter arri-
pere conaret'. Qui cũ ꝑ heremũ isset: 7 q̃si vastitas
7 exitiũ palestine indiceret'.plusq̃z decẽ milia hoim
diuerse etatis.sexus.ad retinendũ ꝓgregata sẽ. Im
mobilis ille ad ꝓces.7 baculo arenã discutiẽs: loq̃-
bat'. Fallacẽ deũ meũ nõ facio.nec possuz videẽ sub-
uersas eccias.calcata xpi altaria.filioꝝ meoruz san-
guinẽ. Uniuersi aũt q̃ aderãt:intelligũt reuelatum

ei q̄ddā eē secreti: qđ nollet ꝓfiteri. ⁊ nihilomin⁹ custodiebāt eū ne ꝓficisceret. Decreuit g̃ publica|voce oēs ꝓtestans. nō cibi se nec potus quippiā sumē: nisi dimitteret. Et post septē dies inedie tandez relaxatus cā: ac valedicēs plurimis: cū infinito agmīe ꝓsequentiū venit bethyriū. vbi ꝓuasis turbis vt reuerterent: elegit quadraginta monachos q̄ hēbāt viaticū. vt possent ieiunātes ingredi. i. post solis occasum cibū sumere. Quinta igit̃ die venit peluſiuz visitatisq̄ q̄ in vicina heremo ⁊ in loco q̄ lychonos dr: morabant. ꝓrexit triduo ad castꝝ thonbaston: vt videret diaconiū eꝑm ⁊ ꝓfessorē q̄ ibi exulabat Quo incredibilr ꝓsolato tanti viri pñtia. post aliđ triduū multo labore babilonez puenit: vt inuiseret philonez eꝑm ⁊ ipm ꝓfessorem. Constantius. n. rex arrianoꝝ fauens hereſi: vtrūq̄ in ea loca deportauerat. Inde egrediēs p biduū venit ad oppidū afroditon. vbi cōuento diacone baysano: q̄ locatis duobus camelis. ob aque in heremo penuriā cōsueuerat eunte ad antoniū ducere. ꝓfessus est fratribꝫ instare diem dormitōis beati antonij: ⁊ puigilez noctem in ipso quo defunctus fuerat loco: a se ei debē celebrari. Tribus g̃ diebus p vastam ⁊ terribilē solitudinez tandē ad montez altissimū puenerūt. reptis ibi duobꝫ monachis. ysaac videlz ⁊ pluſiano: q̄rum ysaac interpres antonij fuerat. Et q̄ se prebet occasio: ⁊ ad id loci venimus. dignū videt breui sermone habitaculū tanti viri describere. Saxe⁹ ⁊ sblimis mōs p mille circit̃ passus ad radices suas aq̄s exp̄mit. quaꝝ alie arene ebibūt. alie ad inferiora dilapse: paulatim riuū efficiūt. Supra quē ex vtraq̄ ripa palme innumerabiles: multū loco ⁊ amenitat̃ ⁊ cōmodi tribuūt. Videres nanq̄ senē huc atq̄ illuc cum discipulis beati antonij discurrere. hic aiebant psallere. hic orare. hic opari. hic fessus residere solitus erat. Has vites. has arbuſculas ipse plātauit. illam areolā manibꝫ ipse ꝓposuit. Hanc piſcinā ad irrigandū ortulū multo sudore fabricatus ē. istū ad fodiendū humū plurimis annis habuit. ¶ Jacebat ꝯo in ſtratu eius: ⁊ q̄si calens adhuc cubile deosculabat. Erat aūt cellula nō plus mensure p quadrum tenens: q̄ homo dormiens extendi poterat. Preterea in sublimi montis vertice quasi p cocleaz ascendentibꝫ. ⁊ arduo valle nisu due eiusdem mēsure cellule videbant. in quibꝫ venientiū frequentiam ⁊ discipuloꝝ suorum contubernia fugiens morat⁹ est. vez be in viuo excise saxo: ostia tm̄ adita habebāt. postq̄ autē ad ortulum venerāt: videtis inquit ysaac hoc pomeriū arbuſculis consitum: ⁊ oleribus virens. ante h̄ ferme trienniū cuz onagroꝝ grex vastaret. vnū e ductoribꝫ eoꝝ stare iussit: baculoq̄ tundens latera ei⁹ ait. Quare ꝓmediſtis qđ ñ seuiſtis: Et exinde exceptis ags ad quas potādas ventitabant: nūq̄ eos nec arbuſculas nec olera ꝓtigisse dicebāt. Preterea rogabat senex vt sibi locuz tumuli eius ondērēt. Qui cū seorſuz eū abduxissent: vtruz ne mōstrauerint ignorat. cām occultādi iuꝝ ꝓceptū bēti antonij fuisse referētes. ne pgam⁹ q̄ in illis locis ditissū⁹ erat: ſublato ad villā suā sancti corpi martyriū fabricaret. ¶ Jgit̃ reuersus afroditon: duobꝫ tm̄ secū fratribꝫ in vicina heremo moratus ē. tanta abſtinētia ⁊ ſilētio tedit⁹: vt eū ꝓmū se cepisse xp̄o ꝓuire dicēt. Porro iā trienniū erat. q̄ clauſuz celuz illas t'ras arefeceat: ita vt vulgo dicerēt ātonij mortē etiā elemēta lugē. Fama q̄z hylarionis ñ latuit īcolas loci illi⁹. ⁊ certatim viri ⁊ mulieres ore luridi ⁊ attenuati fame: pluuias a ꝓuo xp̄i. i. a succeſſore antonij ꝓcabāt. Quos ille cernēs mire doluit. eleuatisq̄ ad celū ocul'. ⁊ vtraq̄ i ſblime erigēs palmas: ſtatī impetrauit qđ rogauēat. Ecce at̃ sitiēs areno saq̄ regio postq̄ pluuijs irrigata ē: tātā serpētiū ⁊ venenatoꝝ aīaliū ex ī prouiſo ebulliuit m'ltitudiez vt pcussi innūerabiles nisi ad hylarionē ꝯcurriſſēt: ſtatiz interirēt. Bñdicto itaq̄ oleo vnūſl agricole atz pastores. tāgētes vulnera: certā salutē ꝓſumebant. Videſ at̃ se eē ibi muris bonoribꝫ affici. prexit alexandriā ind ad iteri⁹ mōasteriū oasan trāsitur⁹. et q̄ nūq̄ exq̄ cepat eē mōach⁹ ī vtibꝫ māserat. diu tit ad q̄ſdā frēs notos ſibi ī bruchiū haud ꝓcul ab alexādria. Qui cū miro gaudio ſuſcepiſſēt senē. ⁊ iā vicīa nox eēt: repēte audiūt diſcipl'os ei⁹ aſinū ſternē: illūq̄ pare ꝓficiſci. itaq̄ aduoluti pediꝫ ei⁹ rogabāt ne h̄ facēt. ⁊ añ limen ꝓſtrati: citi⁹ se mori q̄z carē tāto hoſpite teſtabāt. Quibꝫ ille rñdit. Idcirco abire feſtino ne vobis moleſtiā generē. Certe ex posteriorib⁹ ꝓgnoſcet̃: ñ frustra me ſbito receſſiſſe ¶ Jgit̃ gazēſes alt'a die cū lictoribꝫ p̄fecti. nā p̄die eū venīſſe ꝓgnouerāt itrātes mōasteriū. cū illū mūme repiſſent adinuicē loq̄bāt. Nōne ꝯa ſt q̄ audiuim⁹: Mag⁹ ē: ⁊ futura ꝓgnoſcit. Urbs. n. gaza postq̄ ꝓfecto de paleſtina hylariōe: iulian⁹ impio ſucceſſerat. deſtructo mōaſterio ei⁹. p̄cibuſq̄ ad īpatorē datis ⁊ hylarionis ⁊ eſycij mortē īpetrauerat. amboq̄ vt q̄rerēt toto orbe ſcptū ē. Egreſſus g̃ ſc̄s hylarion de bruchio p inuiā ſolitudinē itrauit oaſā. ibiq̄ anno pl⁹ min⁹ exacto. q̄ illuc q̄z eū ſui fama p̄uenerat q̄i iā in'oriēte|latere nō poſſet. vbi multi illū ⁊ opinione ⁊ vultu nouerāt. ad ſolas nauigare inſulas cogitabat. vt quez terra vulgauerat: ſaltē maria celarent. ¶ Eodez ferme tpe adrianus diſcipulus eius de paleſtina ſupuenit: dicens iulianū occiſum. xp̄ianum imp̄atorez regnare cepiſſe. reuerti eum debere ad monaſteriꝫ ſui reliquias. Quod ille audiēs dete ſtatus eſt. ⁊ cōducto camelo per vastam ſolitudinē venit ad maritimaz vibez lybie paratoniū. vbi adrianus infelix volens paleſtinā reuerti. ⁊ priſtinaz ſub nomīe magiſtri querēs gloriam: multas ei fecit iniurias. Ad extremū conuaſtatis que a fratribꝫ ei miſſa detulerat. neſciente eo ꝓfectus eſt. Sup hoc ſane: quia alter locus referendi non eſt. hoc autez tm̄ dixerim in terrorez eoꝝ qui magiſtros deſpiciunt. q̄ poſt aliquātum temporis morbo regio computruerit. Habens ergo senex zazannū ſecum: aſcendit claſſem: ⁊ ſiciliā nauigabat. Cunq̄ venundato euangelioꝝ codice quē manu ſua adoleſcēs ſcripſerat: dare naulū diſponēt. in medio ferme adria nauclerī fili⁹ arrept⁹ demōe clamare cepit: ⁊ dicē. Hylarion ꝯue dei cur nobis p te ⁊ī pelago tutos eē ñ licet. Da ih ſpaciū dōec ad t'rā veniā: nec h̄ eiect⁹ ꝓcipit̃ ī abyſſos. Cui ille. ſi de⁹ me⁹ ait tibi concedit vt maneas: mane. Sinautem ille te eijciet: quid mihi invidiā facis homī peccatori atz mēdico. Hoc au-

tem dicebat:ne naute ⁊ negociantes qui ī naui erāt se cum ad terram ꝓuenissent:ꝓderent. Nec multo post purgatus est puer.patre fidem dante ⁊ ceteris qui aderāt:nulli se sup̄ noīe eius locuturos. ¶ Ingressus autē pachinnū ꝓmontorium sicilie:obtulit nauclero euangelium ꝓ subuectōne sua ⁊ zazanni. Qui nolens accipe.maxime cum videret eos excepto illo codice ⁊ bis quib⁹ vestiti erant:amplius nihil habere.ad extremū iurauit se non accepturum. Sed ⁊ senex assensus est fiduciam paupis conscīe. ⁊ in eo magis letabatur ꝙ nihil haberet seculi:⁊ ab accolis illius loci mendicus putaret. Porro recogitans ne negociatores de oriente venientes se notuꝫ facerent:ad mediterranea fugit loca.id est in vicesimo a mari miliario.ibiq; in quodam deserto agello lignoꝝ quotidie fascem colligans:imponebat collo discipuli.quo in ꝓxima villa venundato:⁊ sibi alimoniā ⁊ his qui forte ad eos veniebant: pauxillum panis coemebant.Sed vere (iuxta quod scriptū ē) nō potest ciuitas latere sup̄ montē posita.Scrutarius quidam dum in basilica beati petri apostoli rome torqueret:ꝓclamauit in eo immūdus spiritus. Ante paucos dies siciliam ingressus ē hylarion seruus xp̄i.⁊ nemo eum nouit. vt putat se esse secretuꝫ ego vadam ⁊ prodam illū. Statimq; cuꝫ suis alcensa in portu naui:appulsus est pachinnū.⁊ ducente demone ante tugurīū senis ꝓstratus:ilico curatus est. ¶Hoc initiū signoꝝ eius in sicilia:innumerabilesꝫ deinceps ad eum egrotantiū.sed ⁊ religiosorum hoīm adduxit multitudinem.in tantū vt de primoribus viris tumens quidā morbo intercutis.atq; eadeꝫ die qua ad eū venerat curat⁹ sit. Qui postea offerens ei infinita munera:audiuit dictuꝫ saluatoris ad discipulos. Gratis accepistis:gratis date.

¶ Cum hec ita gerunt̄ in sicilia:esycius discipulus eius toto senem vrbe querebat.lustrans littora.deserta penetrans.⁊ hunc tm̄ hns fiduciam:quia vbicunq; venisset diu latere non posset. Transacto ergo iam triennio:audiuit mothone a quodā iudeo. vilia populis scruta vendente.ꝓphetam xp̄ianoruꝫ apparuisse in sicilia.tanta miracula ⁊ signa facientemꝫ vt de veterib⁹ sanctis putaretur. Interrogās itaq; habitum eius ⁊ incessum ⁊ linguam:maximeq; etatem.discere nihil potuit. Ille enim qui referebat:famam ad se venisse hominis testabatur. Ingressus ergo adriam:prospero cursu venit pachinnum.⁊ in quadam curui littoris villula:famam senis scisc̄itās consona omniū voce cognouit vbi eēt:quid ageret. nihil ita in eo cunctis admirantibus: q̄ꝫ ꝙ post tanta signa atq; miracula.nec fragmen panis quidemꝫ a quoq; in illis locis accepisset. Et (ne longum faciaꝫ sermonem) sanctus vir esycius ad magistri genua prouolutus.plantasq; eius lacrimis rigans. tandemꝫ ab eo subleuatus:post biduī triduiq; sermonemꝫ audiuit a zazanno.non posse senem iam in illis habitare regionibus.sed velle ad barbaras quasdam pergere nationes. vbi ⁊ nomen ⁊ sermo eius ignotus foret.duxit itaq; eum ad epidaurū dalmacie oppidū: vbi paucis diebus in vicino agello mansitās:nō potuit abscondi. Siquidemꝫ draco mire magnitudinis quos gentili sermone boas vocant.eo ꝙ taꝫ grādes sint vt boues glutire soleant.omēꝫ late vastabat ꝓuinciam.⁊ non solum armenta ⁊ pecudes:s̄ ⁊ agriculos quoq; atq; pastores tractos ad se vi spiritus absorbebat.Cui cum piram iussisset prepari.⁊ oratione ad christum missa e vocato precepisset struez lignoꝝ scandere.ignem supposuit:cunctaq; ꝓspectante plebe immanez bestiam concremauit. Undē estuans quid faceret quoue se verteret:aliam parabat fugam.⁊ solitarius terram mente perlustrans: merebat.ꝙ tacente de se lingua: miracula loquerentur. ¶ Ea tempestate terremotu totius orbis q̄ ꝓ iuliani mortem accidit.maria egressa sunt terminos suos.⁊ quasi rursum deus diluuium minaretur.vel in antiquum chaos redirent omīa.naues ad prerupta dilapse montium pependerunt. Quod cuꝫ viderent epidauritani:fremētes videlꝫ fluct⁹.⁊ undarū molē.⁊ montis rugitum littoribꝫ inferri.verentes qđ iam euenisse cernebāt:ne oppidū fundit⁹ subuerteret.egressi sunt ad senem:⁊ quasi ad preliū ꝓficiscētes:posuerūt eū in littore. Qui cū tria crucis signa pinxisset in sabulo maris.manusq; ꝓtra tenderet.incredibile dictu ē:in quantā altitudinē intume scēs mare:ante eum steterit.ac diu frequēs:⁊ q̄i ad obicē indignās:paulatim in semetipsuꝫ relapsū sit. Hoc epidauruꝫ ⁊ oīs illa regio vsq; hodie p̄dicat. matresq; docēt filios suos ad memoriā in posteros transmittēdā.vere illud qđ ⁊ ad ap̄los dictum ē: si credideritis dicetis mōti huic.transi ī mare:⁊ fiet.eē iuxta l̄rām impleri pōt.si tm̄ q̄s habuerit ap̄lorum fidem.⁊ talē qualē illis hn̄dam dn̄s impauit. Quid enim interest vtr̄ mons discēdat in mare: an immēsi undarū montes repente obriguerint:⁊ ante senis tm̄ pedes saxei ex alia parte mollit̄ fluxerint:? Mirabatur omis vrbs:⁊ magnitudo signi salinis prerebuerat. Quod intelligens senex in breui lembo clā nocte fugit.⁊ inuenta post biduuꝫ oneraria naui prexit cyprum.Cunq; inter maleas ⁊ cytheram:pirate derelicta classe in littore.que nō antemna s̄ conto regit̄ duobus haud paruis myoparonib⁹ de se dromone occurrissent.denuo hincinde fluctus verrente remige:omnes qui in naui erant trepidare.flere.discurrere.ꝑparare contos.⁊ quasi nō sufficeret vnus nuncius:certatim seni piratas adesse dicebāt Quos ille ꝓcul intuens subrisit.⁊ quersus ad discipulos:modice inq̄t fidei quaē trepidast̄:? Nunq̄d plures sunt hi q̄ꝫ pharaonis exercitus:⁊ tm̄ oēs eo volēte submersi sunt. Loquebat̄ ⁊ nihilomin⁹ spumantib⁹ rostris hostiles carine immiebāt. iactu tm̄ lapidis in medio.Stetit q̄ in ora nauis.⁊ porrecta ꝺ̄ veniētes manu.hucusq; ait venisse sufficiat. O mira rex fides.statim resiliere naucule.⁊ impellētibus ꝺ̄ remis ad puppim impet⁹ redijt. Mirabāt̄ pirate p⁹ tergū se redire nolētes.totoq; corpis nisu vt ad nauigiū venirēt:veloci⁹ mḱto q̄ venerāt:ad littus ferebāt̄. Pretermitto cetera:ne videar ī narratōne signoꝝ volumē extēdere. s̄ solū dicā:ꝙ ꝓspero cursu int̄ cycladas nauigās. bincinde clamātiū de vribꝫ ⁊ vicī ⁊ ad litt⁹ cō currētiū:immūdoꝝ spirituꝫ voces audiebat. ¶ Ingressus q̄ sc̄s hylarion ꝓfatum vrbē cypri.nobilem carmīb⁹ poetaꝝ. que frequenti terremotu lapsa:nunc ruinarum tm̄ vesti-

gijs.qđ olim fuerit:ostendit.in secũdo ab vrbe miliario habitabat ignobilis.gaudẽs q paucis diebus quietus viueret. Uex nõ pleni viginti trãsiere dies cum p omnẽ illam insulam vicũq quicũq immundos habebant spũs:clamare ceperũt venisse hylarionem seruũ xpi:z ad eum se debere pperare.hoc salomina.hoc curium.hoc laphite z vrbes reliquę cõclamabãt.plerisq asserentibꝫ scire se quidem hylarionem.z verũ illum eẽ famulũ dei:sed vbi eẽt ignorare. Intra triginta igit nec multo amplius dies:ducenti ferme tam viri q mulieres ad eũ pgregati sũt. Quos cum vidisset volẽs q se non paterent quiescere.z quodãmodo in vltõnez sui seuiens.tãta eos oõnum instantia flagellauit:vt quidaz statim: alij post biduum triduũue.omẽs xo intra vnam ebdomadã curarent. Manens itaq ibidẽ biennio:et sp de fuga cogitans:esycium ad se venire spabat. z palestinam misit ob salutationem fratrũ z monasterij sui cineres inuisendos. Qui cum reuertisset:cupienti rursum ad egyptũ nauigare. hoc est ad ea loca q vocant bocholia.eo q nullus ibi xpianoz esset.sed barbara z ferox natio suasit:vt in ipsa magis insula ad secretiozem locum conscẽderet. Quẽ cũ diu lustrans omia repisset. pduxit euz duodecim milibꝫ a mari pcul:inter secretos asperosq mõtes: z quo vix reptando manibꝫ genibusq possit ascẽdi. Quo introgressus:contemplatus quidẽ est terribilẽ valđ z remotum locum arboribusq bincinde circundatum.habentẽ etiam aquas de supcilio collis irriguas.z oztulũ pamenũ.z pomeria plurima:quoz fructum nunqz in cibo sumpsit.sed antiquissimi iuxt tẽpli ruinam:ex quo vt ipe ferebat z vt discipuli eius testabant.tam innumerabiliũ p noctẽ z diez demonũ voces resonabant:vt exercitũ crederes. Quo ille valde delectatus.q scz agonistas bret in primo. habitauit ibi p ãnos quinq . z sepe inuisente se esycio:in hoc extremo iam vite sue tempe refocillatꝫ ẽ. q pter aspitatẽ difficultatẽq loci z vmbraz (vt ferebat vulgo) multitudinẽ: nullus aut rarus ad se posset vel auderet ascẽdere. Quadam autez die egressus sanctus hylarion oztulũ.vidit boiem toto corpe paliticũ iacẽtẽ ante fozes.interrogauitq esyciuz.quisnã eẽt: vel quomodo fuisset aduect. Qui rñdens ait.pcuratozem fuisse ville ad cuius ius oztulus q in quo ipsi erant ptineret. Et ille conlacrimans tendensq ad iacẽtem manuz:tibi inquit dico in nomie dñi ihu xpi surge z ambula. Mira velocitas. Adhuc enim verba in ore loquẽtis voluebãtur z iam membra solidata ad standum boiem subrigebant. Quod postq auditum est.etiam difficultatẽ loci z iter inuium plurimoz vicit necessitas: nihil p circuitum cunctis villis obseruãtibꝫ:q ve quo quomodo labere. Disseminauerat.n.hoc de eo rumoz diu enim in eodem loco manere nõ posse. Quod ille nõ leuitate quadam aut puerili sensu victus faciebat:sed honozem fugiẽs z importunitatẽ: sem p silentium z vitam ignobilem desiderabat. Igitur octogesimo etatis sue anno cum absens eẽt esycius quasi in testamẽti vicem: breuem manu ppria scripsit epistolam.omẽs diuitias suas ei derelinquens. euangelium scz z tunicam saccineam cucullã z pal-

liolum.nam minister eius ante paucos dies obierat. Uenerũt itaq ad egrotantem de papho multi religiosi viri:maxime q eum dixisse audierant. iam se ad dominum migraturum: z de corporis vinculis liberandum. Sed z constantia quedam sancta femina: cuius generum z filiam vnctione olei de morte liberauerat. Quos omnes adiuranit. vt ne puncto quidem hore post mortem reseruaretur: sed statim eum in eodem oztulo terra operirent: sicut vestitus erat.in tunica cilicina.cuculla.et sago rustico. Jãq modicus calor tepebat in pectore: nec prez sensum quicq viui hominis superat.z tamen apertis oculis loquebatur. Egredere : quid times: Egredere: quid dubitas anima: septuaginta prope annos seruisti christo z mortem times. Inter hec verba exalauit spiritum. Statimq humo obrutum: ante vrbi sepultum q mortuum nunciauerũt. Qđ postq palestine sanctus vir audiuit esycius.prexit cyprus z simulans se velle in eodem habitare oztulo. vt diligentis custodie suspitionem accolis tolleret:cũ ingenti vite sue periculo post decem ferme mẽses corpus eius furatus est.quod mayumam inde deferẽs: totis monachoz̃ z oppidoz̃ turbis psequentibus:in antiquo monasterio cõdidit.ibiq illesa tunica.cuculla.z pallio.z toto corpore quasi adhuc viueret integro.tantisq flagrante odoribus: vt delibutum vngentis putaretur. Non videtur mihi in calce libri tacenda z constantie sanctissime femie illius mulieris deuotio. que perlato ad se nuncio : q corpusculum hylarionis palestine esset. statim exanimata est: veram in seruum dei dilectionem morte quoq comprobans. Erat enim solita puigiles i sepulcro eius noctes ducere.z quasi cum presente ad adiuuandas orationes suas sermocinari. Lernas vsq hodie miram inter palestinos z cyprios contẽtionem.his corpus hylarionis:illis spiritum se habere certantibus.z tamen vtrobiq magna quotidie signa fiunt.sed magis in oztulo cypri.fozsitã: qa plus illum locum dilexerat. Finit vita sancti hylarionis.

Incipit prologus beati Hieronymi presbri vitam sancti Malchi captiui monachi.

Qui nauali prelio dimicaturi sunt:ante in portu z tranquillo mari flectunt gubernatula.remos trahunt. ferreas manꝰ et vncos preparant.dispositumq per tabulata militez pendenti gradu z labente vestigio stare firmit assuescũt vt quot in simulacro pugne didicerint:in vero certamine nõ ptimescunt. Jta z ego qui diu tacui: silẽ quippe me fecit cui meus sermo supliciũ ẽ.priꝰ exercere cupio in paruo opere: z veluti quandã rubiginem lingue abstergere: vt venire possim ad historiã latiozẽ. Scribere.n.disposui (si tñ dñs vitam dederit:z si vituperatozes mei saltẽ fugientẽ me z clausuz persequi desierint) ab aduentu saluatoris vsq ad nostram etatez. id est ab apostolis vsq ad hui tempozis fecem. quomodo z p quos xpi eccl̃ia nata sit z adulta psecutionibus creuerit:martyrijs cozonata sit.z postq ad xpiãos pncipes venerit. Notẽtia

quidez ⁊ diuitijs maioꝛ: ⁊ virtutibꝫ minoꝛ facta sit. Uerꝫ hec alꝫ: nūc que imminēt explicem⁹. ¶ Finit ꝓlogus beati hieronymi in vitam sancti Malchi.

¶ Incipit vita eius.

QAronias trigita fer me milibꝫ ab antiochia vrbe syrie: haud grandis ad orientez distat viculus. huc post multos dños vel patronos: dū ego adolescentul⁹ morarer in syria. ad pape euagrij necessarij mei possessionē deuolut⁹ sum. quē idcirco nūc noīaui: vt ostenderē vnde nossem qđ scripturus sum. Erat illic senex quidā noīe malchus: quē nos latine regez possumus dicere. syrus natōne ⁊ lingua. ⁊ vt rebar eiusdē loci indigena. Anus qđz in ei⁹ ꝓtubernio valde decrepita: ⁊ iam mozti ꝓxima visebat. tam studiosi ambo religionis. sic ecclesie limen terentes: vt zachariā ⁊ elizabeth de euāgelio crederes. nisi q iohānes in medio nō erat. De his cū curiose ab accolis quererem: quenam eēt eoꝝ copula matrimonij. an sanguinis an spūs. omēs voce ꝙsona sanctos ⁊ deo placitos. ⁊ mira nescio que rñdebant. qua cupidita te illectus adoꝛsus sum hoīem: ⁊ curiosius sciscitās rerū fidem: hec ab eo accepi. Ego inq̄t mi nate nizibeni agelli colon⁹. solus parentibꝫ fui. Qui cuz me quasi stirpem generis sui ⁊ heredem familie ad nuptias cogerent: monachū me potius esse velle rñdi. Quantis pater minis: quātis mater blanditijs ꝓsecuti sunt. vt pudicitiā ꝓderez. hec res sola indicō ē: q ⁊ domū ⁊ parentes fugi. Et qz ad orientē ire nō poterā. ꝓpter vicinā ꝓsidem ⁊ romanoꝝ milituz custodiā: ad occidentē verti pedes. pusillū nescio quid portans viatici quod me ab inopia tm̄ defenderet. (Quid multa) ꝓueni tandē ad heremū calcidos. q̄ inter mimas ⁊ beroas magis ad austrū sita est. Ibi reptis monachis: eoꝝ me magisterio tradidi. manu ⁊ laboꝛe victū querēs: lasciuiāq̄ carnis refrenans ieiunijs. Post multos annos incidit mihi cogitatō vt ad patriam ꝓgerem. ⁊ dum adhuc viueret mat̄ iam. n. patrem moztuū audierā. solarer viduitatem eius. ⁊ exinde venūdata possessione partē erogarez pauꝑibus. ex parte monasteriū construerez. Quid erubesco confiteri infidelitatē meā: partem in sumptuū meoꝝ solacia reseruarem. Clamare hoc cepit abbas meus: dyaboli esse temptatōz. ⁊ sub honeste rei occasione: antiqui hosti astutias. Hoc esse reuerti canem ad vomitū suum. sic multos monachoꝝz esse deceptos. nunq̄ dyabolū apta fronte se ꝓdere Proponebat mihi exempla de scripturis q̄plurima. inter que illud ab initio: q adam qđz ⁊ euam spe diuinitatis supplantauerit. Et cum ꝑsuadere non posset. ꝓuolutus genibꝫ obsecrabat. ne se desererē. ne me ꝓderem. ne aratrū tenens post tergum respicerem. Ue misero mihi. vici pessima victoria: reputans illuz non meā vtilitatē sed suū solaciū quereꝛe. Prosecutus ergo me de monasterio quasi fum⁹ eferret: ⁊ ad extremū valedicēs. video ait te fili sathane notatū cauterio. Non quero causas. excusatōes nō recipio. ouis que de ouili egredit̄: lupi statī morsibus patet. De beroea edissam pergentibꝫ: vicina est publico itineri solitudo. ꝙ quam saraceni incertz semp sedibꝫ huc atz illuc vagant̄. Que suspitō frequentiā in illis locis viatoꝝ ꝙgregat: vt imminēs piculum mutuo auxilio declinet̄. ¶ Erant in comitatu meo viri. femine. senes. iuuenes. puuli. numero circiter septuagīta. Et ecce subito equoꝝ camelorūq̄ sessores ysmahelite irruerūt. crinitis vittatisq̄ capitibus. ac seminudo coꝛpoꝛe. pallia ⁊ latas calligulas trahentes. Pendebant ex humero pharetre. ⁊ laxos arcus vibrantes hastilia longa portabāt. Non enim ad pugnandū: sed ad predandū venerāt. Rapimur. diss̄ pamur. in diuersa distrahimur. Ego interim longo postliminio hereditan⁹ possessoꝝ. ⁊ sero mei consilij penitēs: cū alterius muliercula i vni⁹ heri seruitutē sortitus venio. Ducimur. immo portamur sublimes in camelis. ⁊ ꝙ vastam heremuz sp ruinā timentes: heremus potius q̄z sedem⁹. Cibus semicrude carnes: ⁊ lac camelorꝝ potui erat. Tandē grandi amne transmisso: peuenimus ad interiorē solitudinem. vbi dominā eiusq̄ liberos ex more gētis adoꝛare iussi ceruices flectim⁹. Hoc quasi clausus carcere mutato habitu. id est nudus ambulare disco. Nam aeris qđz temperies ꝓter pudicitiā nihil aliud velari patiebat̄. Tradunt̄ mihi pascēde oues ⁊ in maloꝝ compatione hoc fruor solatio. q dominos meos ⁊ cōseruos rarius video. Videbar mihi aliquid habere sancti iacob. recoꝛdabar moysi. q̄ et ipsi in heremo pecoꝝ quondam fuere pastoꝛes. Uescebar recenti caseo ⁊ lacte. oꝛabam iugiter. canebam psalmos: quos in monasterio didicerā. Delectabat me captiuitas mea. agebam q̄z dei iudicio gratias: q monachum quem in patria fuerā perditurus: in heremo inuenerā. O nihil vnq̄z tutū apud dyabolū. o multiplices ⁊ ineffabiles eius insidie. sic qđz me latentem inuenit inuidia. Dominus videns gregem suum crescere: nihilq̄ in me deprehendēs fraudulentie. sciebaz enim apostolum ꝓcepisse. dominis sic quasi deo fideliter seruiendum. Et volens me remunerari: quo fidum sibi magis faceret: tradidit mihi illam conseruam mecum aliquando captiuam. Et cum ego refutarem. dicerēq̄z me christianum. nec mihi licere vxoꝛem viuentis accipere. sic̄dem captus nobiscum: vir eius: ab alio domino fuerat abductus. Herus ille placabilis in furoꝛem versus: euaginato me cepit petere gladio. ⁊ nisi festin⁹ brachio tenere mulierez ꝓoccupassem: ilico fudissem sanguinem. Jam venerat tenebroſioꝛ solito: ⁊ mihi nimiū matura noꝛ. duco in speluncam semirutam nouam cōiugem ⁊ ꝓnubante nobis tristicia: vterq̄z detestamur alterutrū. nec fatemur. Tūc vere sensi captiuitatez meam. ꝓstratusq̄z humi monachum cepi plangere quem perdebam: dicēs. Huccine miser seruatus sum: ad hoc me mea scelera perduxerūt. in canescente iam capite virgo: maritus fierem vxoris aliene: Quid prodest parentes. patriā. rem familiarē contempsisse ꝓ domino: si hoc facō quod vt ne facerem illa contempsi. nisi q forte ꝓpterea hec sustineo: quia rursum patriam desideraui: Quid agimus anima: Perimus an vincimus: Expectamus manuz domini: an ꝓprio mucrone cōfodimur: Uerte in te gladium: tua magis moꝛs timenda est q̄z coꝛpoꝛis. Habet ⁊ pudicitia seruata

martyrium suum. Jaceat insepultus xpi testis i heremo: ipse ero mihi persecutor 7 martyr. Sic fatus eduxi in tenebris micantem gladium: 7 acumine cõtra me verso. vale inquam infelix mulier. habeto me potius martyrem q̃ maritum. Tũc illa puoluta pedibus meis. ego te inquit per ihm p huius horę necessitatem rogo: ne effundas sanguinẽ tuum in sanguinem meũ. Vel si mori placet: in me primũ verte mucronẽ. sic nobis potius cõiungamur. Etiã si vir meus ad me rediret: seruarem castitatẽ quã me captiuitas vouit. vel interirem anteq̃ perderez. Cur moreris ne mihi iungaris? Ego morerer si iũgi velles. Habeto ergo me coniugem pudicitie: 7 magis animę copulam amato q̃ corpis. Credant domini maritũ: xps noverit fratrem. Facile psuademus nuptias: cuz nos viderint sic amare. Fateor. obstupui 7 ãmirat⁹ virtutez femĩe. cõiuge plus amaui. Nũq̃ tamen illius nudum corpus intuitus sum. nũq̃ carnem tetigi. timens in pace pdere: qõ in prelio seruaueram. Transeunt in tali matrimonio dies plurimi amabiliores nos dominis fecerunt nuptie simulate. Nulla fuge suspitio. interdũ 7 mense toto aberam: fidus gregis pastor p solitudinez. Post grande interuallum dum solus in heremo sedeo: 7 pręt̃ celuz terrãq̃ nihil video. cepi mecũ tacitus voluere. 7 inter mlta monachor cõtubernia recordari: maxĩeq̃ vultus patris mei qui me erudierat. tenuerat. pdiderat. Sicq̃ cogitans: aspicio formicaꝝ gregẽ angusto calle ferue. Videres onera maiora q̃ corpora. Alie herbarum quedã semina forcipe oris trahebant. Alie egerebant humũ de foueis: 7 aquaruz meatus aggeribꝫ excludebãt. Ille venture hyemis memores: ne madefacta humus in herbam horrea verteret: illata semina pcidebant. Hę luctu celebri corpa defuncta portabant. Quodq̃ magis miruz esset in tanto agmine egrediens nõ obstabat intrantibus: quin potius si quam sub fasce vidissent 7 onẽ concidisse: suppositis humeris adiuuabant. Quid multa? Pulcrum mihi spectaculum dies illa pbuit Unde recordatus salomonis ad formice solertiam nos mittentis. 7 pigras mentes sub tali exemplo suscitantis: cepi tedere captiuitatis 7 monasterij cellulas querere. ac formicarum illarum sollicitudinẽ desiderare. vbi laborat̃ in mediuz. 7 cum nihil cuiusq̃ pprium sit: omniũ omnia sunt. Regresso ad cubile: occurrit mihi mulier. tristiciam animi vultu dissimulare non potui. Rogat cur ita exanimat⁹ sim. audit causam. hortor ad fugam: nõ aspernat̃. peto silentium: fidem tribuit. 7 iugi susurro inter spem 7 metũ medij fluctuabamus. ¶ Erant mihi in grege duo hirci mire magnitudinis: q̃bꝫ occisis vtres facio. eorũ carnes viatico preparo. 7 p̃mo vespe putãtibus dominis nos secreto cubitare: inuadimus iter vtres 7 partez carniũ portãtes. Cunq̃ pueniss⁹ ad fluuium (nam decem milibꝫ aberat) inflatis 7 ascensis vtribus: aquis nos credidim⁹ paulatim pedibꝫ subremigantes. vt decursum flumine deferente: 7 multo longius q̃ conscenderam⁹. in alteram nos exponẽte ripam: vt vestigiuz sequentes pderent. Sz inter hec madefacte carnes 7 ex pte lapse: vix tridui cibũ pollicebant̃. Bibimus vsz ad sacietatẽ: future nos siti prepantes. Currimus. post tergum semp respicimus. 7 magis noctibꝫ ꝓmouemur: vel ꝓpter insidias late vagantiũ saracenor: vel ꝓpter ardorez solis nimiũ. Paueo miser etiam referens 7 iam secur⁹ toto tamen corpore phorresco. Post diem terciuz dubio aspectu ꝓcul respicim⁹ duos camelis sedẽtes venire concite. statimq̃ mens mali presaga putare dñm. meditari mortem. solem cernere nigrescẽtem. Dumq̃ timemus 7 vestigijs p arenas nos ꝓditos intellexim⁹: offertur ad dexteram spec⁹ longe sub terra penetrans. ¶ Igitur timentes venenata animalia. solent quippe vipere. reguli 7 scorpiones. ceteraq̃ huiuscemodi feruorem solis declinantia vmbras petere. intrauimus quidem speluncam sed statim in ipso introitu sinistre nos fouee credidimus. nequaq̃ vltra progredientes: ne dum mortẽ fugimus incurremus in mortem. illudq̃ nobiscum reputantes. si iuuat miseros dominus: habemus salutem. si despicit peccatores: habemus sepulcrum. Quid putas nobis fuisse animi. quid terroris cum ante specum haud procul starent dominus 7 cõseruus. 7 vestigio indice iam ad latebras peruenissent. O mlt̃o grauior expectata q̃ illata mors. Rursus cum labore 7 timore lingua balbutit. 7 quasi clamãte domino loqui vel mutire non audeo. Mittit seruum vt nos de specu protrabat: ipse camelos tenet 7 euaginato gladio nostrum expectabat aduentuz. Interea trib⁹ ferme vel quattuor cubitis introgresso famulo: nobis ex occulto tergum eius videntibꝫ. Nam oculorum istiusmodi natura est. vt post solem vmbras intrantibus: ceca sunt omnia. vox per antrum sonat. Exite furciferi. Exite miseri. Exite morituri. Quid statis? quid moramini? Exite dominus vocat. Adhuc loquebatur. et ecce per tenebras aspicimus leenam inuasisse hominem. 7 guttur suffocato: cruentum intro trahere. Hiesu bone Quid tunc nobis terroris? quid gladij fuit? Spectabamus hostem nostrum perire: domino nesciente. Qui cum videret illum moras facere: suspicatus duos vni resistere. Sed 7 iram differre non valens: sicut tenebat gladium ad speluncam venit. 7 clamore rabido serui increpans secordiam: prius a fera tentus est q̃ nostras latebras preteriret. Quis hoc vnq̃ crederet: vt ante os nostrum pro nobis bestia dimicaret? Sublato ergo illo metu: similis ante oculos nostros versabatur interitus: nisi q̃ tutius esset leonis rabiem q̃ iram hominum sustinere. Paquemus intrinsecus: 7 ne mouere q̃dem nos ausi: prestolamur euentum rei inter tanta pericula. pudicitie tm̃ conscientia pro muro septi. Leena insidiam cauens: 7 visam se esse sentiens apprehensum morditꝫ catulum: matutina effert: nobisq̃ cedit hospitio. Neq̃ tamen satis crediduli: statim erupimus. sed expectantes diu 7 egredi cogitantes: illius nobis sp figurabam⁹ occursum. Sub tali ergo terrore 7 illa trãsacta die: exiuimus ad vesperã. vidimusq̃ camelos: q̃s ob nimiã velocitatem dromedarios vocãt: preteritos cibos in ore voluere: 7 in aluũ missos iterũ retrahere. Quibꝫ ascensis: 7 noua sistantia refocillati: decimo tandem die ad romana per desertum castra peruenimus. oblatiq̃

tribuno rei ordinē pandimus. Inde ad sabinianuz mesopotamie ducem transmissi: camelorumz accepimus precium. Et quia iam abbas ille meus dormierat in dño. ad hec delatus loca: me monachis reddo. hanc trado virginibus. diligens eaz vt sororem nō tamen me ei credens vt sorori. Hec michi senex malchus adolescentulo retulit. Hec ego vobis narraui senex. castis hystoriaz castitatis expono. virginibus virginitatez custodire exhortor. vos narrate posteris. vt sciant inter gladios z deserta et bestias pudicitiam nunqz esse captiuaz. z hominē xpo deditum. posse mori: nō posse superari. ¶ Finit vita beati Malchi monachi captiui.

¶ Incipit vita sancti Pauli simplicis. S. Pablo

me peccatrice orare deū. quoniam in hoc vocatus es tamen ꝓpter ꝓceptū tuū obedire cū oñi virtute debeo: ⁊ orabo deū sicut petisti licet peccatrix. Et eleuans oculos ad orientē. manusq; erexit in celū. cepitq; silenter orare: ita vt tm̄ labia mouerent. ⁊ vox eius penitus nō audiret. Unde senex nullum verbū orationis intelligere potuit. sed hoc sibi testē deum adhibens dicebat: q; dum prolixam mulier faceret oronē vidit eam in loco in quo stabat orans suspensā a terra in aere: quasi vnius cubiti mēsura. Qua visiōe magno ꝓhensus timore: ⁊ cadēs cepit sudoribꝫ inūdare. stupore ꝓhendi. admiratoibꝫ estuare. nihilq; aliud dicere poterat nisi tantūmodo kyrie eleyson. Dum hec agerent. cepit senex magna dubietate anhelare. ne forte spūs esset fantasie. fingens orationez. Moxq; ꝓuersa mulier: confortauit eū dicēs. Quid te abba cogitatōes tue pturbant. scandalizare in me quia spūs sum. ⁊ fictam facio orōez. Satisfactus esto peccatricē me esse mulierculam. que tm̄ sacro sum circundata baptismate. ⁊ spūs fantasie nō suz. sed fauilla ⁊ cinis ⁊ totū caro: ⁊ nihil spiritalis fantasie aliqm̄ l' ad mentē reducens. Hec dicēs. signo crucis signat frontē suam oculos ⁊ labia. simulq; pectori vexillum crucis infigēs: ita dixit. Abba zozima deus de aduersario ⁊ de immissionibꝫ eius liberet nos: qm̄ sup nos multa est inuidia eius. ¶ Hec audiēs senex pstrauit se: ⁊ apprehēdit pedes eius. dicens cū lacrimis. Obsecro te per dñm nostrum ihm̄ christum vez deum et hoiez: qui de ꝛgine maria nasci dignat⁹ est. pro quo nuditatē sustines istā: pro quo bas quoq; carnes affligens expēdisti: vt nihil abscondas a me: q̄ sis. ⁊ vnde vel q̄n. ⁊ ob quam occasionē solitudinem hāc inhabitasti. sed oīa que circa te sūt edicito mihi: vt dei magnalia facias manifesta. Sapia em̄ abscondita ⁊ thesaurus occultus. q̄ vtilitas in vtrisq; ? Dic mihi oīa ꝓpter deum. nec em̄ pro gloriatione aliquid dicis aut oñsione: sed vt mihi satisfacias peccatori ⁊ indigno. Credo em̄ deo cui vivis: ⁊ cū quo conuersarl q̄m ob huiuscemodi rem. directus sū in hanc solitudinē: vt ea que circa te sūt deus faciet manifesta. Nō em̄ nostre virtutis est. iudiciꝫ resistere dei. Nisi fuisset acceptabile xp̄o deo nostro manifestare te ⁊ qualit' decertasti: nec teipz pmiserat videri ab aliq̄. nec me ꝓfortaret tantā ꝓperare viam. nusq; valentem pgredi aut de cellula mea ꝓcedere. Hec eo dicente. ꝑ et alia plura: eleuās eum mulier dixit. Vere abba erubesco dicere tibi actū meoꝛ turpitudinem. tm̄ quia vidisti nudū corpus meuz. denudabo tibi ⁊ opa actuum meorum. vt cognoscas quante turpitudinis atq; luxurie ꝓfusione ⁊ obꝓbrio repleta est aīa mea. Nō em̄ vt tuipse cōsiderasti ꝓpter aliquā gloriā meam que circa me sunt: pnuncio. Quid ei potero gloriari q̄ d'yaboli vas fui electionis aūt effecta ? Scio aūt quia si cepero narrare ea que sūt de me. fugies a me quēadmodū quis fugiat a facie serpētis: auribus nō sustinēs audire ob inexpedibilia q̄ suz opata. Dicam tm̄ nihil negans. sed verius referā: supplicans te pri⁹ vt nō deficias orare ꝓ me. vt misericordiā inuenire merear in die iudicij. Et senex suffusus lacrimis flebat. ¶ Tunc cepit narrare ea q̄ de se erāt: ita dicens: Ego p̄ patriam habui egiptū. parentibꝫ aūt meis viuentibꝫ. duodecimum etatis gerens annū: affectū illorum spernēs in alexandriam veni. Et quō virginitatem meam ī primis violauerim. ⁊ qualiter indesinēter ⁊ insatiabiliter vicio libidinis subiugata iacuerim erubesco ꝓsiderare hoc em̄ non breue est dicere: cicius tm̄ dicam. vt cognoscere possis insatiabilem vicij mei ardorē: quē in amorem stupri habui. Decem et septē ⁊ eo amplius ānis publico astans loco. pessimū mei corporis exercebā negocium. tradēs volentibus irrecusabiliter carnis mee pudorem: repellans a me oīe acquisitionis lucrū. Unū tm̄ mihi erat lucrum. luxuriosam acquirere vitam. Naz ludus ⁊ ebrietatū nimietas: mihi pro thesauris videbant. Multotiēs oblata recusabam vt amplius acquirerē pessimi mei desiderij amicos. ⁊ hoc nō quasi locuples faciebam. sed egestatem ꝓ diuitijs reputabam. Unus ꝓ mihi ⁊ magnus erat desiderij ardor pro celatis ꝓuisibꝫ atq; iocis insistere: ⁊ diebus ⁊ noctibꝫ pessimaz corporali nature iniuriam irrogare. huiusmodi ei obscenis ⁊ maculosis operibꝫ. mee iuuentutl expendidi vitam. Hoc mō mihi viuēti. vidi aliquando libiorū ⁊ egiptior multitudinem: concurrentē quasi ad mare. reperiq; aliquez ⁊ interrogaui dicēs. Ubi putas festinant viri isti qui curūt: Dixit aūt mihi. In hierosolimam oīes ascendunt ob sancte crucis exaltationē: que post aliquot dies solito celebrat'. Dixi ait ei ⁊ ego. Putas suscipiēt me: si voluero abire cū ipsis: Et ille dixit. Si habueris naulum nullus te ꝓhibebit. Dixi ei. Vere frater naulū vel sumptum non habeo. vadam aūt ⁊ ascendam in vnaz nauium quā cōduxerunt. ⁊ licet nolnerint: enutriēt me. memetipsam eis tradā. nam corpus meum in potestate habētes. pro naulo accipiant. Propterea aūt cum eis volui ambulare abba ignosce: vt multos haberē coopatores in libidinis passiōe. Dixi tibi mi senex ⁊ mi abba. ignosce mihi: nec me cōfusionem meam dicere cōpellas Contremisco deniq;: maculant em̄ ⁊ te. ⁊ ipm̄ erem isti sermōes mei. zozimas aūt terram lacrimis infundēs: respondit ei. Dic o mater mea ꝓpter deum dic: ⁊ ne ptermittas sequētia salutifere narrationis. Illa aūt adiungens priori narratōni: addidit hec. Ille aūt adolescens sermonum meorū audiens scurrilitatē: ridens discessit. Ego aūt fusum quem manu tenebam proiiciens hūc enim post tempus conueniebat me tenere: cucurri ad mare vbi illos pspexi currētes. ⁊ vidi iuuenes aliquos stātes in litore: numero q̄ si decem: satis corpore acerrimos. ⁊ ad id quod mihi erat placabile optimos visos. Erant aūt ⁊ alij qui iā in naues ascenderāt. Impudenter aūt (vt mihi consuetudo erat) ⁊ irreuerenter in medio eorū me dedi dicens. Accipite ⁊ me vobiscum quo pergitis. nō ei ero vobis implacabilis. Sed ⁊ alios sordidiores, proferens sermones: oīes ad ridendū commoui. Illi autem inerubescentez motum meum Videtes: accipientes me in nauiculam portauerūt. Exinde aūt nauigationem cepimus. ¶ Que aūt post hec acta sunt. q̄modo tibi enarrare potero pater: Que lingua dicere potest. aut auris audire ea que nauigio vel in itinere facta sunt. quomodo etiam nolentes ad peccandū miseros compellebam: Non est enarrabilis nequissima species: cuius magistra sum infelicibus effecta

celeribus. Ergo nunc satisfactus esto: qz stupeo quo modo meas iniquitatum luxurias mare illud sustinuit: quomodo nō aperuit terra os suum. 7 in infernum me viuentem demersit. que tantas in laqueum duxi aīmas. Sed profecto deus qui neminem vult pire. sed oēs saluos fieri: expectauit penitentiā mea. Nō enim vult mortem peccatoris sed longanimiter expectat: sustinēs conuersionem. Sic nanqz cū magna festinatione ascendim⁹ hierosolimam. 7 quātos quidem dies ante sancte crucis festuitatem in ciuitate commorata sum. similiby vacaui nequissimis operibus. magisqz prioriby. Non eī sufficiens fui inuenibus mecum in naui luxuriantiby 7 in itinere. sed 7 alios multos peregrinos 7 ciues ī opus sceleris mei congregans coinquinaui seducens. ¶ Quando autem venit sancte exaltationis preciose crucis festiuitas: ego quidem sicut 7 prius preibam iuuenum illaqueans 7 capiens animas. Vidi aūt primo diluculo omnes ad ecclesiam vnanimiter concurrentes. abij 7 ego curens cum properantibus 7 veni cum illis in atrium templi. Et cum venisset hora exaltationis dominice crucis: impingebam 7 impingebar repellebar qz quodammodo festinans ingredi cum populo conanter vsqz ad ianuam templi. cum his qui ingrediebant': tamen cum magna laboris tribulatione. appropinquabam 7 ego infelix. Qñ autem ianuaz ingredi volebam. illi quidem oēs sine impedimēto ingrediebant' me aūt diuina aliqua virtus prohibebat. nō indulgens introitum. Mox igit' repulsa ejciebar foras. 7 ejecta sola inueniebar in atrio stans. Considerans aūt per mulieb̄rem impotentiam mihi hoc euenire: itez me alijs miscēdo vim mihi quodammodo faciendo introeundi: sed nimirum laborabam in vacuum. Ut eī limina vestigio contingebam. oēs interius recipiebant'. nullum impedimentū habentes me aūt sola non recipiebant. sed quasi multitudo militaris effecta. vt ingrediēti mihi aditū clauderet: ita me repentina virtus quedā prohibebat. 7 iterum inueniebar in atrio. Hec ter 7 quater passa 7 facere conas 7 nihil proficiens. desperans decetero 7 amplius nusqz progredi valens: factum quippe fuit corp⁹ meum a vi cōpumentium valde confractū. Recedens itaqz inde. in angulo atrij constiti. 7 vix aliqñ quā ob causam, phibebar videre viuificum lignum in cogitationez reduxi. Tetigit eī mentē 7 oculos cordis mei intellectus salutis: recogitans qz squalida actuū meoz scelera mihi introeundi aditū obserabant. ¶ Cepi igit' flens nimium ꝑturbari 7 pectus meum tundere atqz suspiria de pfundo cordis proferens. gemēs 7 eiulans. pspexi in loco in quo stabam. sursum imaginez sancte dei genitricis stantem: 7 aio ad eā intende 7 indeclinanter intendēs. Dña virgo sancta maria: que deum verum ẏm carnem genuisti. scio enim: quia nō est condecens nec opportunū. sic horridā me 7 peccatricem adorare sacram imaginē tuam. vel cōtemplari oculis tantis sordiby pollutis: que semp virgo esse dinosceris. 7 casta. que corpore 7 anīma munda existis: 7 immaculata. ¶ Justum est eī luxuriosā me a purissima castitatis tue mundicia. abominari 7 proijci. Tamen quoniam vt audiui. ob hoc deus homo factus est: quem ipsa digna genuisti vt peccatores vocaret ad penitentiam: adiuua me solitariam. 7 nullum habentem adiutoriū. precipe 7 mihi licentiam tribue. ecclesie patefactum ingredi aditum. Non efficiar aliena a visione precios̄issimi ligni. in quo affixus deus homo quem virgo cōcipiens ipa virgo peperisti: qui proprium sanguinem pro mea dedit liberatione. Jube domina: 7 mihi indigne. ob diuine crucis salutationem. ianuam templi patefieri: 7 te ex te genito xpo dignissimam da fideiussorez. quia nunqz vltra meaz carnem coinquinabo. per horrenda commixtionum ludibria: sed mox vt filij tui virgo sancta videro lignum. seculo 7 actibus eius cum oīby que in eo sunt. statim renuncio: 7 continuo egrediar. vbicunqz ipsa vt fideiussor me direxeris. Hec dicens et quasi aliquam satisfactionem recipiens. fidei succensa caloze: 7 de pietatis visceribus dei genitricis presumens. moui me de eodem loco in quo stans feci oratione 7 veniens iterum ingredientibus me miscui et vltra nō erat qui me repelleret. vl' qui prohiberet appropinquare me ianuis templi. Accepit ergo me tremor validus 7 extasis: 7 tota ex oīmbus tremebūda turbabar. Itaqz coniūgentem me ad ianuam. cuius mihi aditus primo claudebat': quasi omnis virtus q̄ prius ingredi me prohibebat. post aūt viam ingrediendi p̄pararet: ita absqz impedimenti molestia introiui. 7 sic intra sancta sanctorum recepta sum: 7 precios̄i ac viuifici crucis ligni adorare misteriuz digna habita sum: 7 tunc vidi dei sacramēta. 7 qualiter est patus suscipere penitentes. Tunc pjciens me pronaz in terram 7 sanctum illud osculans pauimentū exiebam. Curens aūt ad illam que me fide duxit: vēi restans. ¶ Coniuxi me igitur in illū locum vbi fide ditionis conscriptum est cyrographum: 7 genu curuans coram imagine sancte virginis dei genitricis. his precata sum verbis. Tu quidez semp o benignissima dña tuam ostendisti pietatis misericordiā. tu indignam supplicationem non proiecisti: vidi gloriam quā peccatores merito non videmus. Gloria omnipotenti deo: qui per te suscipit peccatoz penitentiā. Quid ampli⁹ peccatrix 7 misera: valeo r̄cordari aut enarrare. Tempus est iam implere quam fidem dixi ditioni tue placitam. Nunc vbi tibi complacet dirige me. Esto mihi salutis ducatrix. 7 veritatis magistra precedens me in viam que ducit ad penitentiaz Et hec dicens: audiui vocem alicuius alonge clamātis 7 dicentis. Jordanē si transieris: bonaz inueies requiem. Ego aūt hanc vocez audiens 7 pro me factā credens. lacrimans exclamaui: 7 ad dei genitricis imaginem prospiciens sic vociferata sum. Domina domina 7 regina totius orbis. per quam humano generi salus aduenit: noli me derelinquere. ¶ Et hec dicens de atrio templi sum egressa: 7 festinanter ambulabam. Exeunte autem me vidit me quis. 7 dedit mihi tres nummos dicens. Accipe hos nummos. Ego autem accipiens: tres ex eis panes comparaui. 7 hos accepi benedictioni mei itineris congruos. Interrogaui autem eum qui panes vendebat. vnde 7 qualis via esse noscitur que ducit ad iordanem. Et cognoscens portam ciuitatis que in illa parte pergit: curens iter agebam plorans. Interrogationi autez interrogationem annectens: reliquum diei consumpsi

iter prosperans. Erat enī hora diei iam tercia: quando preciosam ⁊ sanctam crucem videre merui. Et sole iam ad occasum declinante. ecclesiam beati Joannis baptiste positam iuxta iordanē conspexi: ⁊ in eodem templo ingressa adorans. continuo in iordanez descendi: ⁊ ex illa sācta aqua. manus ⁊ faciez laui. Cōmunicaui aūt vinifica ⁊ intemerata xpi domini sacramenta. in eadem sancta precursoris ⁊ baptiste Joannis basilica: ⁊ tunc vnius panis medietatem comedi. ⁊ ex aqua bibi noctu in terra quiescens. Lucescente crastino in partem aliam transiui: ⁊ iterum pecij ductricem meam virginem mariam: vt mihi dirigeret vbi ei placitum esset. Deueni autem in hanc solitudinem: ⁊ a tunc vsqz hodie elongaui fugiens. expectās deum meum. qui saluos facit a pusillo animo ⁊ procella eos qui conuertuntur ad ipsum. ¶ Zozimas autem dixit. Quot anni sunt o domina ex quib⁹ hāc inhabitas solitudinem: Respondit mulier. Quadragintaseptem anni sunt (vt considero) exquo de sancta ciuitate egressa sum. Dixit aūt zozimas. Et quid inuenire ad esum potuisti o mi domina. Respondit mulier. Duos semis quidem panes deportans. iordanem transmeaui: qui post modicum arefacti quasi lapides obdurauerunt. ex quibus modicum quidquid usqz ad aliquos annos comedens transegi. Dixit autem zozimas. Et sic absqz dolore transisti tanti temporis longitudinem. nihil repentine immutatiōis cōturbantis te sentiens calorem. Et illa dixit. Rez nūc me interrogas quam dicens valde contremisco. Si ad narrationem venero tantorum que sustinui periculorum. ⁊ cogitationum que inique conturbauerūt me: ⁊ timeo ne iterum ab eisdem tribulationem patiar. Dixit zozimas. Nihil relinquas o domina quod non indices. Semel enim in hoc te manifestam cognouimus ordine: omnia te indiminute oportet nos edocere. Illa aūt dixit ei. Crede abba decem ⁊ septē annis feris inmansuetis ⁊ irrationabilibus reluctans desideriis: dum cibum initiabam desiderio mihi erāt carnes concupiebam pisces quos egiptus habebat. desiderabā etiam vinum delectabile mihi. Multum enī delectabar in vino. ⁊ superabundantius vsqz ad ebrietatem bibebam. ⁊ nunc mihi erat valde in desiderio. eo ꝙ multum vterer dum esseꝫ in seculo. Hic aūt inquā omino gustandi non habens vsum vehementissime vrebar: ⁊ sustinebam necessitatis periculum. Fiebat aūt mihi ⁊ de luxuriosis canticis nimiuz desiderium pturbans ⁊ reducens ad memoriā demoniorum cantica decantare que in seculo didiceram. Mor aūt lacrimans ⁊ pectus meum manu pcutiens meipam ad memoriam deducebam de cōuenienti fide dictionis quam fecerā. egrediens contra hāc solitudinem. Veniebam aūt per cogitationez ante imaginez dei genitricis marie. que me in fide sua suscepit: ⁊ ante illam plorabam vt effugaret a me cogitatiōes que miserrimam meam animam affligebant. Quando aūt superflue dolenterqz lacrimabar. ⁊ virilit pectus meum tundebam: tunc videbam lumen vndiqz circumfulgens me. ⁊ serenitas mihi quedam stabilis mox fiebat. Cogitationes autem que ad fornicationē iterum iterumqz compellebant me. quomodo tibi enarrare possum. Abba ignosce. Ignis intus infelix corpus meum nimius succendebat. ⁊ totam me per omnia exurebat: ⁊ ad desiderium commixtionis trahebat. Dum mihi ergo talis ascenderet cogitatio: prosternebam meipsam in terram. ⁊ lacrimis terram infundens. ipsam mihi veraciter astantem videbam. q̄ me in fide direxerat: minantem mihi compellatione quasi prevaricanti: ⁊ penas prevaricationis imminētes ira mucronis contra me agentem. Non autem ante surgebam de terra. nisi prius. illa dulcissima lux illuminaret me solito: ⁊ cogitationes perturbātes me effugaret. Semper itaqz cordis mei oculos ad illam fideiussorem meam sine cessatione erigebam. deprecans eam auxiliari mihi in hac solitudine: ⁊ penitentie habui adiutricem ⁊ coadiutricem ipam que genuit: castitatis auctorem. ⁊ sic decem ⁊ septem annorum curriculum piculis multis (vt dixi) reluctās. usqz hodie adiutorium meum dei genitrix mihi astitit virgo benedicta. per oīa ⁊ in omnibus me dirigens. Dixit aūt zozimas. Non exhibuisti cibum aut vestimentum: Et illa dixit. Panes quidem illos (sicut dixi) expendens per decem ⁊ septem annos: deinceps nutriebar herbis que inueniebantur per solitudinem. Indumentum aūt quod habui transmeato iordane nimia vetustate scissum ⁊ consumptum est. Multam aūt glaciali frigore estuqz ardore necessitatem sustinui. concremata estus incendio ⁊ nimio frigoris gelu rigescens corpore. ⁊ tremens. multotiens ⁊ in terram cadens. pene absqz spiritu iacebam immobilis: multis ⁊ diuersis necessitatibus ⁊ temptationib⁹ immensis eluctās. ⁊ ab illo die usqz ad hanc: virtus dei multis modis animaz ⁊ corpus meum custodiuit. Recordans enī de qualibus malis liberauit me dominus. esca enutrior incōsumabili: ⁊ sacietatis possideo eruditas spem salutis mee. Nutrior aūt ⁊ cooperior tegmine verbi dei. qui continet oīa. Nō in solo pane viuit homo. ⁊ non habentes operimentū petre circumdate sunt tegmine. hi qui se peccati expoliauerunt tunicam. Audiens aūt zozimas quoniam scripturarū testimonia proferebat ex libris Moysi vicz ⁊ beati iob siue psalmoruz: dixit ad eam. Psalmos o mr̄ didicisti vel alios libros sacre scripture legisti. Illa aūt hoc audiēs subridens dixit ad eum. Crede mihi pr̄ non vidi hominem ex quo iordanē transiui. nisi te hodie: sed neqz feram aut aliud animal qualecunqz. ex quo in hanc deueni solitudinē. Literas aūt nunqz alicubi didici: sed neqz psallentē neqz legentē aliquē auscultaui. Sermo aūt dei viuus ⁊ efficax est: intellectū intrinsecus docēs humanū. ¶ Hucusqz finis eorū: q̄ in ea sunt. Nunc aūt obsecrans queso te per incarnationem verbi dei: vt ores p me luxuriosa. Et cuz hec dixisset cucurrit senex ⁊ genuflexo se in terram prosternens cum lacrimis: exclamauit dicens. Benedictus deus qui facit mirabilia magn⁹ solus gloriosa ⁊ vehementer stupenda: quōrum nō est numer⁹. Benedictus es domine deus. qui ostendisti mihi quanta largiris timentibus te. Vere enī: non derelinquis querentes te domine. Illa autem apprehendens senem non pmisit in terram pfecte prosterni: sed dixit ei. Hec que audisti hō obtestor te p dn̄m nostrū hie sum xp̄m saluatorem nr̄m. nemini dixeris: q̄adusqz deus de vinculo carnis absoluat me. His omnibus

acceptis vade in pace. z iterum hoc eodē tpe transeunte anno apparebo tibi: z videbis me dei nos gubernante gra. Fac aūt propter dñm quod nunc tibi iniungo. In sacris ieiunijs recurrentib⁹ anni futuri nō trāscas iordanē: vt consuetudinem habetis agere in monasterio. Stupebat aūt zozimas audientē quoniam z canonē siue regulam monasterij edicebat: nihil qz aliud clamabat. nisi gloriā deo. qui maiora qz petitur diligentib⁹ se largit. illa aūt dixit. Sustine (vt dixi) abba in monasterio neqz eīm z si volueris. exire q̄cqz valebis. Uespere aūt sacratissime dominice cene. accipe diuini corpis z viuifice sanguinis portionem in vase sacro. dignoqz tāti misterij: z afferens sustine me in pte iordanis que coniungit seculo. z veniēs viuifica accipiā dona. Et q̄ eīm in eccia beatissimi p̄curſor⁹ priusqz trāsirē iordanē p̄mūicaui: deiceps vsqz nūc nūqz p̄mūicaui vsqz nūc sc̄ificatōis hui⁹ vsa suz sacramētis: z ideo dēpcor dēprecationē meam nō negligas. sed affer (vt dixi) viuifica atqz diuina misteria: ea hora qua dñs discipulos diuine cene pticipes fecit. Joanni aūt abbati monasterij in quo habitas: dicito. Attende tibiip̄i z gregi tuo. aliqua eī fiunt ibi digna emendatione: sed nunc nolo te ea sibi edicere. sed quādo tibi preceperit dñs. Hec dicens z oronē a sene p ostulās: ad interiorem solitudinē velociꝰ festinauit. zozimas aūt ꝓsternens se osculabat terre locum in quo eiꝰ vestigia steterant: dansqz gl'iam deo. z immensas gras agens. reuersus est laudans z bene dicens dñm nostrum hiesum xp̄m. Iterum ergo remeans p viam solitudinis. coniunxit se frib⁹ in mōasterio. eo tempore quo reuerti ꝓsueuerant. bi qui ibi dem morabant. Et totum quidē annum illuz tacuit nihil audens ex his que viderat enarrare. In seipso aūt deprecabat deum vt iterum ei ostenderet desiderabilem vultum. Suspirabat autez annualis cursus cosiderans tarditatem. Quando ergo aduenit sacra ieiuniorum initiata dominica mox post solitam orationem alij quidem psallentes exierūt. ipse aūt modica febris infirmitate detentus. mansit intus in monasterio. Recordatus est aūt zozimas sancte illius p̄dictum sibi sermonem: qz neqz volēs exire valebis. Alij quantis aūt elapsis diebꝫ. ab infirmitate subleuat⁹. i monasterio conuersabat. Quando aūt monachi sūt reuersi z coniuncti vespere sacrate cene dñice. fec qđ ei iussum fuerat: z mittens in modico calice intemerati corporis xp̄i portionē. z precios⁹ sanguinis dñi nostri hiesu xp̄i. posuit in canistro caricas modicas: et palmarum fructus id est dactilos. z parum lenticule aquis infuse: z venit tarde hora iā vespera. z ad lit⁹ iordanis sedebat: aduentū prestolans sancte mulier⁊ Beatissima aūt illa tardante: zozimas nō dormitauit. sed solicite attendebat solitudinē sustinēs quod videre desiderauit. Dicebat aūt senex in semetipso. Nūquid veniens nō me inuenit z reuersa est: Hec dicens flebat. z oculos eleuans in celū supplicite deum deprecabat. Dicens non me alienes domine videre iterum quā me videre tribuisti: nō vadam vacuus peccata mea portans in increpatione. Hec orans cum lacrimis alia in eum cogitatio incidit. Quid inquit. z si venerit faciet: Quomodo transiet iordanē quia nauicula nō est: Qualiter autez ad me indignū perueniet: Heu me infelicem. heu quis me tamiuste speciei alienauit: Hec sene cogitante. z ecce illa sancta aduenit. z in parte alia fluminis stetit. zozimas aūt videns eam: surrexit gaudens z exultans nimis: glorificans deum. Luctamen aūt certaminis in eius fluctuabat cogitationis intentione: quia nō potest iordanis transire fluenta. Et respiciens senex: vidit eaz vexillo crucis aquas iordanis signantez. Totius tūc noctis tenebras splendor illuminabat lune: quia tempus recursus illius tunc erat. Statim aūt vt signum crucis impressit ascendit super aquas: z ambulās super liquidum equoris fluctuz. veniebat quasi per solidum iter. zozimas autē stupens z genua flectere nitens: clamans desuper aquas mulier prohibuit euz: dicens. Quid facis abba. quia sacerdos dei es z diuina portas misteria: Qui statim obediuit dicenti. Illa aūt descendens de aquis dixit seni. Benedic pater benedic. Ille aūt cum magna festinatione respondit. Stupor eīm nimius inuaserat eum. in tam glorioso miraculo z dixit. Uere non mentit deus: qui polliticus est sibi similes esse eos qui semetipos purificāt. Gloria tibi dñe hiesu christe deus noster: qui ostendisti mihi per hanc ancillam tuam. quantū mee considerationis inferior sum mensura vere perfectionis. Hec dicente. postulauit mulier sanctum dicere symbolum: z sic dominicam inchoare orationem. Et expleto pater noster qui es in celis (sicut mos est) pacis osculum obtulit seniori: z sic viuifica misteriorum sanctorum suscipiens dona. extensis in celuz manibus z ingemiscēs cum lacrimis. ita clamauit dicens. Nunc dimittis ancillam tuam dñe: ꝑm verbū tuum. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Et dixit seni. Ig̃sce abba: z aliud petitionis mee imple mandatū. Ua de nunc ad monasterium dei pace gubernatus. Pꝰ recursum aūt anni aduenientis. iterum veni in illum torrentem in quo tecum prius sum locuta. prorsus nō omittas quin venias: z videbis me iterum qualit deus voluerit. Ille aūt respondit ad eam. Utinam esset possibile nunc tua sequi vestigia: z tui preciosissimi vultꝰ visione perfrui. Oro mater. vt vnā senis peticiunculā facias: z modicum cibi ex eo quod huc attuli. digneris accipere. Et hec dicens: ostendit ei qđ secum detulerat canistrum. Illa autem extremis digitis lenticulaz contigit. z tria tollens grana. proprio intulit ori: sufficere dicens gratiā spiritus vt custodiret anime substantiam immaculatam. Tunc dicit seni. Ora pro me propter dñm: z mee infelicitatis memor esto. Ille pedes eius sanctos contingens. cuz lacrimis deprecabatur vt oraret pro ecclesia z imperio z pro se: z dimisit abire flens z eiulans. nō eīm audebat eam multuz detinere: que nec si vellet poterat detineri. Illa aūt iterum crucis impressione iordanen signās ascendit ambulansqz super liquidum iordanis elementum: transiuit sicut antea veniens fecerat. Senex aūt reuersus est gaudio z tremore nimio repletus. semetip̄m reprehendebat penitens. quia nomen sancte vt cognosceret nō inquisiuit: sperabat tn hoc aduenīte ꝓsequi anno. Trāsacto aūt eodem anni curso: venit itez in vastā deserti solitudinē. Expletis oīb⁹ ꝑm ꝓsuetudinem festinās ad illā gloriosā visionē intuendā: pambulansqz solitudinis iter. z in-

ueniens aliqua cupiti loci indicantia signa. dextra leuaq; aspiciēs intuitumq; oculoz dducens: lustrabat vbiq; sicut sciētissimꝰ venatoz. sicubi suauissimaz reptam comprehenderet feram. Cum ꝯo nullo mō aliquid quaqua versum conspiceret: cepit seipm lugēs infundere lacrimis. Tunc eleuās oculos. orando dicebat. Ostende mihi dñe in corpe angelum: cui totus compari non dignus est mundus. hoc orādo venit ad locum qui in similitudinē fuerat designatꝰ torrentis: 7 in extremo eius stās vidit in parte superiori splendentē solem. 7 aspiciens vidit corpus sācte mortuū iacens: 7 manus ac pedes vt optet compositas. ipm ꝯo corpus ad orientem aspiciēs. Currens igit lacrimis lauit beatissime pedes: non em̄ aliud corporis eius membrum audebat contingere. lacrimās autem aliq̄diu 7 psalmos dicens. tpi 7 rei congruētes: fec̄ sepulture ozonem 7 dicebat sibipi. Forsitan non complacet sancte hec fieri. Hec eo cogitāte designata scriptura erat ī terra: vbi hec legabant. Sepeli abba zozima. misere marie corpusculū: 7 redde terre qd suuz est. 7 pluerē adīce pluueri. Ora tñ pro me ad dñm. Transeunte mense parmenothi ꝑm egyptios. qui est scdm romanos aprilis: die nona nocte. i. quinto idus aprilis salutifere passionis. post diuine 7 sacre cene cōmunionem. Has literas senex cū legisset. cogitabat quidam prius. quisnam esset qui scripsit: illa em̄ vt dixerat literas ignorabat. ī hoc tñ valde exultans gaudebat. quia eius sanctum didicerat nomē Cognouit ꝯo quia mox vt diuina mysteria in iorda ne participauit: eadem hora in locum illuz venit. vbi mox de hoc mundo trāslit: 7 idem iter qd zozimas p viginti dies ambulans vix consūmauit laborās. vnius hore cursum maria consumpsit. 7 statim migrauit ad dñm. Glorificās aūt dñm zozimas 7 lacrimis corpus eius infundēs: tempus est inquit miser zozima: quod iussum est pfice. Sed quid faciam infelix. quia vnde fodere valeam nō habeo. Deest sarculus. non est rastr: nibilq; ex oīmbus pre manibus habetur. Hec eo in corde suo dicēte secrete. modicum conspexit lignum iacens: quod assumens cepit fodere. Tal de aūt dura erat terra 7 valde fortissima. 7 nequaq; valebat senex fodere illam: qz 7 ieiunio confectus. et longe itineris fatigatōe nimis erat defectus. Laborabat em̄ 7 suspirijs nimis vigebat: 7 sudoribꝫ madefactus ingemuit grauiter: ex ipo cordis sui pfūdo. Et respiciens vidit ingētis forme leonē. iuxta corpus sācte stantē: 7 eius plantas lābentem. Videns aūt pauore ptremuit p pauore grandissime fere illius. preciput qz audierat sanctam dicentē: quia nunq; aliquā ibi ferā viderat. Signo aūt se crucis ꝑfirmauit vndiq;: credens qz illesum cū custodire valet. xtus iacentis. Leo aūt cepit ānuere seni: blandis eū motibꝫ salutans. zozimas aūt dixit. Qm̄ a deo missus venisti o maxime feraz. vt huius dei famule corpus terre cōmendet: opus exple officij. Et iussit leonē sepelire eꝰ corpus. Ego em̄ inquit senectute cōfectus nō valeo fodere. sed nec congruū quid habeo ad hoc opꝰ exercendū: 7 itez itineris tanti longitudinē ꝓperare non valeo vt aferā. tu diuino iussu hoc opus cū vngulis facito. vt cōmendet terre hoc sanctū corpusculū. Cōtinuo aūt iuxta senis sermonem. leo cū brachijs 7 vngulis suis fecit foueā: quantum ad sepeliendū sancte corpusculū posset sufficē. Senex ꝯo lacrimis pedes eius abluens 7 multipliciter effusa prece exorans ꝑ oīmbus eam nūc amplius exorare: operuit terra corpusculum astante leone. sicut repperat nudum. 7 nibil aliud habens. nisi illud scissum vestimentum qd ei iam antea ꝓiecerat zozimas ex quo vestimento necessaria corporis mēbra contexerat. Tūc recedūt pariter 7 leo quidem in interiora solitudinis quasi ouis mansueta discessit. Zozimas aūt reuersus est in monasterium suum benedicēs 7 sanctificans deū. 7 hymnum laudis decantās: christo dño nostro. Veniens aūt in cenobium. fratribꝫ ab initio cuncta retulit: nibil abscondēs ex oībꝫ que vidit 7 audiuit. ita vt oēs audientes magnalia dei. nimio stupore admirarent: 7 cum timore 7 amore magnaq; fide. celebrarēt beatissime huius transitꝰ diem. Joannes aūt abbas inuenit quosdam emendandos iuxta sancte illiꝰ sermonē 7 hos miserante deo conuertit. Zozimas aūt in eodem degens monasterio. impleuit annos centū: 7 tūc migrauit ad dñm in pace. gratia dñi nostri ihu xpi: cui est cum equali patri gl'ia 7 bonor 7 imperiū. vna cum scō 7 viuificatore 7 adorando spū. nūc 7 semp: 7 ī secula seculoz. Amen. Finit vita beate marie egyptiace.

¶ Incipit vita sancte Marine virginis.

FVit frater quidam secularis. habens vnicā filiam paruulā. Ipe vero conuerti cupiēs cōmendauit eam cuidaz parēti suo 7 in monasterium. quod longe erat a ciuitate ꝑ miliaria trigintaduo: 7 ingressus perficiebat opus monasterij. ita vt abbas eius plusq; ceteros qui in monasterio erant eū diligeret. eoq; fidelis esset 7 obediens. Contigit aūt post aliquod tempus vt recordaret' caritatis filie sue: 7 cepit cōtristari atq; affligi intra se. Et cum ꝑ multos dies hoc faceret. vidit euz abbas eius tribulatū 7 dixit ei. Quid habes fr ꝙ sic tristis ambulas? Dic mihi: 7 deus qui cōsolatur oīes dabit tibi auxiliū. Tunc ille procidēs cum lacrimis ad pedes eiꝰ ait. Habeo vnum filiū in ciuitate quem reliqui paruulū: 7 recordatus affligor. ꝓpter eū. Et noluit abbati indicare eoq; puella eēt. Abbas ꝯo eius hec ignorās 7 nolens eum amittere. qz necessarius erat in monasterio: dixit ei. Si diligis eū. vad 7 adduc eū huc: 7 sit tecū. Et abbiens: adduxit eā dicebat' aūt marina: 7 mutauit ei nomē. 7 vocauit eam marinū. 7 dedit eā ad discendas lras intra monasteriū. 7 erat cū ea. Et nullus ꝙgnouit de fratribꝫ q; puella eēt: sed vocabant eā oīs marinum. Et dum eēt annoz quatuordecim cepit eā docere pat' suus viam dñi: 7 dicebat ei. Vide filia vt null? ꝙgnoscat mysteriū tuum. vsq; in finē tuū 7 solicita sis ab īsidijs dyaboli. ne seducaris ab eo: 7 istud sanctū monasteriū ꝑ nos solui videat'. 7 in ꝙspectu xpi 7 coram sanctis angelis eius: cū impijs eternā damnationē accipiam?. Et alia multa docebat eaz ꝑ singulos dies: de regno dei. Cum aūt facta esset annoz decem 7 septem: defūctus est pr eius. Remansit aūt sola in cella patris sui 7 erat obediens oīb in monasterio: ita vt ab abbate

suo 7 ab oīb⁹ diligeret. ¶ Habebat aūt monasteriū par boum 7 carrum aut bigaz. qz vicinū habebat mare vbi erat empoziū ad tria miliaria: 7 ibāt monachi 7 afferebant q̄ necessaria erāt monasterio. Una ergo die dicit abbas ad marinū. Fr̄ marine. quare 7 tu nō vadis cum fr̄ib⁹. 7 adiuuas eos: Que respondit. vt iubes p̄. Erat aūt iuxta viam hō manens nomīe pandox: p quem fratres ibant 7 reuertebant. Et cepit fr̄ marinus frequenter p̄gere cum carro. ad opus sibi iniunctū: 7 vbi tardior eueniebat hora ad reuertendū. manebat in domo ip̄ius pandocij cū ceteris monachis. Pandox aūt habebat filiam virginē. ad q̄m ingressus miles p insidias dyaboli concubuit cū ea: 7 cōcepit de illo milite. 7 dū cognitum fuisset a parētib⁹ eius: ceperunt affligere filiaz dicētes. Dic nobis a quo cōcepisti: Respondit eis. De illo monacho q̄ dicit⁹ frater Marinus. qui hic frequent⁹ cū carro mās sit: ip̄e me opp̄ressit. 7 cōcepi. Statim aūt parentes e⁹ p̄rexerunt ad monasteriū: 7 dicunt abbati ei⁹. Ecce dñe abba: quid fecit monach⁹ tuus marin⁹: quō decepit filiam nostrā. Dixit eis abbas. Quid dicitis: Et iussit eū vocare. Et veniente eo: dicit ei abbas suus. Fr̄ marine tu hoc scelus opatus es ī filiam eorū: Stans ꝓ diutius 7 cogitās intra se: ingemiscēsq̄ dixit. Peccaui p̄ mi: penitentiā ago p hoc peccato. sed queso te. intercede p me ad dēū: vt hanc p̄ficere possim. Abbas ꝓ ad iracundiā cōmotus iussit eam contundi 7 affligi: 7 ait. In veritate dico tibi. q̄ hoc malū opatus es: hic nobiscū nō manebis in hoc monasterio. Et p̄iecit eam foras. Ip̄a ꝓ nulli vnq̄ cōfessa est misterium suū. sed abiens iactauit se añ fores monasterij: 7 iacebat sup̄ terram in penitētia affligēs se. tanq̄ si ip̄a peccasset. 7 ingredientib⁹ fr̄ibus postulabat: vt vna bucella panis ei dar̄. Hoc faciēs p quatuor ānos: nō recessit de foris monasterij. ¶ Dā docis ꝓ filia pepit filium masculū: 7 ablactauit eū: 7 adduxit eum mr̄ puelle secū. 7 posuit euz ibi añ monasteriū. 7 dicebat ei. Ecce fr̄ marine: quō nosti nutri filiuz tuū. Et reliquit eū ibi: 7 abijt. Sancta ꝓgo marina. suscipiēs eum tanq̄ p̄prium filium: de ip̄a bucella panis quā accipiebat ab introeuntib⁹ mōasteriū. nutriebat filiū alienum. Factum est aūt hoc: p duos alios annos. Postmodū ꝓ videtes fr̄es. miserecordia cōpuncti: ingressi ad abbatē rogare ceperunt. vt eum recipet in monasterium dicētes. Abba indulge: 7 suscipe fr̄ez marinū. Ecce quinq̄ āni sunt q̄ ī pn̄a ante ianuam monasterij iacet: 7 nō recessit vnq̄ hinc Suscipe eum in pn̄a: sicut p̄cepit dñs nr̄ ihs xp̄c Qui aūt coegerunt euz. 7 iussit ingredi: 7 vocauit eū ad se 7 ait. P̄ tuus fuit vir sanct⁹ qđ tu nosti. 7 parvulum introduxit te in hoc sanctū monasteriū: 7 nō est operatus aliquid mali. quod tu cogitasti 7 fecisti. nec aliquis in hoc sācto monasterio. Nūc aūt ingressus es tu cum filio tuo. quem de adulterio habes: vñ oportet te multū penitere. Grande em̄ peccatū fecisti. 7 hoc tibi iubeo. vt oēs immundicias monasterij tu solus facias 7 aquā ad necessaria purgāda tu portes. 7 calciarium oīm̄ibus per singulos dies tu perficias 7 oīm̄ibus seruias. In hoc em̄ habebis gratiam meam. Sancta virgo libentissimo aīmo hec suscipiens oīe opus quod ei iussum fuerat: p̄ficiebat. Lō tigit autem eam intra paucos dies dormire in dño. euntes autez fratres nunciauerunt abbati dicentes. Frater marinus defunctus est. dicit eis Abbas. Uidete fratres quale peccatum fuit: q̄ nec penitentiam meruit implere. Sed tamen ite 7 lauate eum: 7 sepelite longe a monasterio. Euntes aūt lauarent eam. cognouerunt quia mulier esset: ceperunt oīes emittere voces 7 contundentes se clamabant: quia tal⁹ cōuersatio 7 patientia sancta inuenta est in ea. cuius misterium nullus agnouit. cum sic ab eis afflicta fuisset 7 venientes cum lacrimis dicunt abbati. Abba veni 7 vide fratrem marinum. dicit eis. Quid est hoc fratres: Dicunt ei iterum. Ueni 7 vide mirabilia dei: et quid de te agas. Ille territ⁹ p̄rexit 7 venit vsq̄ ad corpus: 7 leuantes pallium. vnde cooperta erat. 7 vidit quia mulier esset. Et mox cecidit 7 caput suuz p̄cuciebat in terra. 7 vociferabatur dicens. Coniuro te per dominum nostrum ihesum christum. ne me contemnes ante conspectum dei. coq̄ afflixerim te: quia ignorans feci. Tu domina non dixisti misterium tuū: 7 ego non cognoui in veritate sanctam conuersationem tuam. Si enim cognouissem: te nunq̄ afflixissē Et iussit sanctum corpus eius. intra monasterium in oratorio reponi. ¶ Eadem aūt die puella illa cuius filius erat arrepta a demonio. venit ad monasteriuz: 7 confitebat⁹ crimen qđ admiserat. 7 de quo viro cōcepisset. 7 septima die repausationis eius in domino ibi intra oratoriuz liberata est a demonio. Audiētes autem qui erant in ipso empoziō. 7 vicina monasteria. mirabilia que facta fuerant: accipientes cruces 7 cereos. cuz hymnis 7 canticis. 7 psalmodia benedicētes deum. venerunt in eodem monasterio: 7 ingressi oratorium vbi corpus eius requiescebat benedixer̄t deum. vbi vsq̄modo deus oratiōib⁹ sancte virginis multa facit mirabilia. ad laudem 7 gloriam nominis dñi: qui cum eterno patre 7 spiritusancto viuit 7 regnat in secula seculorum amen. ¶ Explicit vita sanctissime marine virginis.

¶ Incipit prologus in vitam sancte Eufrosine virginis: 7 primo de interp̄retatione nominis eius.

EUfrosina dicitur quasi effra et syna. Effra dicitur videns: vel fructifera vel fertilis. Syna dicitur mensura vel mandatum: vel rubus. Ipsa enim fuit videns in contemplatione. fructifera 7 fertilis in bonorum operatione: mensura in temporalium necessitatum perceptione. mandatum scilicet seruans ī obedientie obseruatione: rubus in castitatis germinatione. Uel dicitur Eufrosina quasi eufrosia. Eufrosia autem est herba medicinalis. 7 valet contra caliginē oculorum. Sic Eufrosina verbis vita 7 exemplo docendo illuminat oculos cordis nostri. scd̄m nomē ei⁹ est smaragdus. Smaragdus aūt est lapis nobilis et viridis perspicuus. 7 in frigidis regionib⁹ inuenitur. Uiriditas significat eufrosine virginitatem. perspicuitas vite animositatē: regio frigida. ꝯ libidinis incentiuum castitatem. Hic lapis flores marcidos ad recentiam p̄ristinam reducit: et recentes conservat

Sic eufrosina virgo vnica marcidos peccatores oño nibus suis pristine gre restituit: z bonos ac devotos boies in gratia pristina cõservat. Finit plogus siue interpretatio nominis ei⁹. ¶ Qdiligenter notandũ q̃ in ista hystoria sequenti habet de pafnucio layco tantem effecto monacho pie beate Eufrosine. Sed supra .xv. d. z infra in hystoria scti Onuffrij .lxxxiij. habetur de Paphuncio anachorite.

¶ Incipit vita sancte Eufrosine.



Vit vir in alexã

dria nomine pafnuci⁹. honorabilis oĩb: z custodiens mãdata dei. Hic accepit ꝓiugem dignã generis sui. z ipa honestis moribꝫ plena: sed sterilis. nõ pariebat. Vir aũt eius nimis fluctuabat. eo q̃ nõ haberet filiũ. cui oẽs facultates suas relinqueret: vt post obitũ suum bene z ꝓgruenter. suam substãtiam gubernaret. Coniunx ꝙo indigentiꝫ non cessabat ministrare. nocte z die ecclijs dei adherẽs: z obsecrationibꝫ orans z petẽs a deo dari sibi filiũ. maxime videns suum vir nimium fluctuantẽ. Multam etiam pecuniã erogans pauperiꝫ z oratoribus: poscebat impleri desiderũ suum. Similiter aũt z vir eius circuiens. querebat inuenire aliquem hoĩm dignum deo. qui posset ꝓ eis suis effectum desiderij eius pficere: z ita ambulauit ad quoddã monasteriũ q̃ eius dẽ monasterij pr̃: magnus apud deum esse dicebat. Illicq̃ ingressus: z multã pecuniam offerens. multã etiã ab abbate fiduciã: z ab vniuersis fratriꝫ consecutus est. Post multũ ꝙo tpis: indicauit abbati causam desiderij sui. Qui ꝓpatiens illi postulauit a dño dari illi fructũ ventris z amboꝝ orationes exaudiẽs deus. largitus est illi filiã vnã. Videns aũt pafnuci⁹ abbatis ꝓuersationẽ: nunq̃ a monasterio recedebat vñ cõiugẽ suã introduxit. vt bñdiceret ab abbate et a frib⁹. Tollentes aũt infantulã a lacte. z facta ãnoꝝ septem baptizata est: imposuerũtq̃ illi nomẽ Eufrosina. Gaudebãt aũt super illam parentes ei⁹. q̃ erat accepta deo: z pulchra facie. Facta igit ãnoꝝ .xij. mr̃ eius migrauit ex hoc scło. Remansit aũt pr̃ eius eruditẽ eam literis z lectionibꝫ: ceterãq̃ huius mũdi sapientiã. Puella ꝙo tantã excipiebat disciplinam: vt miraret pr̃ illius prudentiã. Opinio aũt eius ꝓgrauit totã ciuitatẽ seu z de sapia eius z doctrina: z q̃ nimis pulchra erat. z ꝓposita vultu z aio. Multis aũt decertantiꝫ cum pie eius de ea. ad finẽ puenire non poterãt: sed ipe pater tñ dixit. dñi volũtas fiat. vn⁹ aũt exuperans oẽs in honore z diuitijs. accersiuit patrẽ eius: z postulauit ab eo dari filiã eius. filio suo in mr̃imoniũ. Et concedẽs fieri ꝓsuete: desponsauit eã illi. ¶ Post nõ multum ꝙo tpis. accipiens eã pafnucius. dũ esset annoꝝ decem z octo. abijt in monasterium cũ ea: in quo ꝓsueuerat venire. Multãq̃ itez pecuniã largitus est. ad necessaria fratrꝫ: dixitq̃ abbati Fructum oĩonum tuaꝝ adduxi tibi. vt ores ꝓ ea: qa iã ad nuptias eam tradere volo. Jussit aũt abbas introduci eã in xenodochiũ monasterij. z locutus ẽ cuz ea: bñdicensq̃ exhortat⁹ est eã de castitate z patiẽtia timoris dei. Faciẽs aũt ibi tres dies. aurem q̃tidie ponebat ad psalmos: z videns singlꝝ conuersationẽ. z spiritale ꝓpositum mirabat eorum vitam: dicẽs. Beati sunt viri isti. qui z in hoc scło similes sũt angelis: z post hoc vitam eternã consequunt. Er cepit cor e⁹ solicitas esse: in zelo timoris dei. post tres aũt dies: dixit pafnucius ad abbatẽ. Veni pr̃. vt salutet te ancilla tua: z ora ꝓ ea: q̃ ambulare volumus in ciuitatẽ Cunq̃ veniss̃et abbas. piecit se ad pedes ei⁹: dicẽs. Obsecro pr̃. ora ꝓ me: vt lucret deus aiam meã. Extenditq̃ manum z bñdixit eam: dicẽs. Deus qui cognoscis hoĩem anteq̃ nascatur tu istius ancille curã hr̃e dignare vt mereat portionez z ꝓsortiũ in regno celoꝝ. Et cõmendantes se seni: abierunt in ciuitatez Pater vero illius si aliquãdo inueniebat monachũ aliquem adducebat in domũ suam. petẽs vt oraret ꝓ ea. Una aũt die anniuersaria qua ordinatus ẽ abbas. vnum ex fratriꝫ misit ad pafnucium: vt inuitaret eũ ad solẽnitatez abbatis. Qui abiẽs in domũ ei⁹ requisiuit eũ. Pueri autez dixerũt. Processit. ¶ Audiens aũt Eufrosina. z aduocãs illum fratrẽ cepit interrogare eum. Dic mihi frater ꝓ caritate. Quanti fratres estis in monasterio. At ille frater dixit. Trecẽtiquiquagintaduo. Dicit ei puella. Qui voluerit illuc venire ad cõuersationem vestrã sanctam suscipiet ne illũ abbas vester. Respõdit ei. Etiam cum gaudio magno suscipit illum: maxime ꝓpter vocem dñi. qua dicit. Qui venit ad me: nõ ejciam eum foras. Dic ei eufrosina. Oẽs ne in vna eccia psallit z eq̃lit ieiunat. Dic ei mõach⁹ ille. Cõmunit qdẽ psallim⁹ vnusquisq̃ ꝙo ieiunat quomodo vult. aut q̃tuz valet. vt nõ fiat conuersatio cõtumax voluntatis. sed ꝓ prij arbitrij spõtanea voluntate. Oẽm ergo perscrutãs monachoꝝ conuersationem: dixit ad monachum. Volebam abire z pernire ad bui⁹ inenarrabilis vite normitatem sed timeo inobediẽs esse patri meo: quia ꝓ vana z caduca huius seculi substãtia. cupit me tradere viro. Dicit ei monach⁹. Soror nõ permittas vt polluat homo corp⁹ tuum z vt tradas talẽ pulcritudinem pati obprobriũ: sed desponsare xp̃o. qui tibi potest pro oĩbus istis trãseuntiꝫ dare regna celoꝝ. z cum angelis cõsortium. Occulte autẽ exiens vade in monasterium. mutato habitu seculari indutaq̃ veste monachica: vt possis evadere. Que cum audisset. placuit ei z dixit. Et quis me habet tõdere. Nolebat eñ a layco tõdi: quia non seruat fidẽ. Dicit ei monachus. Ecce pater tu⁹ vẽiet mecum ad monasterium: z faciet ibi tres dies aut quatuor. Tu aũt adduc vnum ꝺ monachis. z quomodo voles occurret tibi cũ gaudio magno. Hec z his similia illo dicẽte ad eufrosinam: venit pafnuci⁹. z videns monachum: interrogauit eum dicẽs. Quid ad nos fastidium sumpsisti domĩe: Et dixit ad eum. Anniuersarius dies ẽ monasterij: misitq̃ abbas vt vẽias z accipias bñdictionem. Bauisus aũt pafnuci⁹ pater eufrosine. z ingressus cum monacho in nauiculam abierunt in monasterium. ¶ Cum aũt ibi esset. misit Eufrosina vnum fidelissimum seruulum dicens. Vade in monasteriuz theodosij: ingressusq̃ ecclesiã. monachum quem ibi inueneris. adduc tecum. Misericordia aũt dei. ecce quidam monachus veniebat de monasterio: vendẽs que secũ hẽbat. Et videns eũ puer. rogabat vt vẽiret ad eufrosinã. Qui cũ venisset vi-

tens eum puella. salutauit eum dicens. Ora p me pr̃ 7 orans benedixit eã. 7 sedit. Dixit aũt ei eufrosina. Dñe mi ego habeo patrem xp̃ianum 7 seruum dei. diuitiarum possessorẽ substantiosũ nimis. habuitq; vxorem ex qua me genuit: que transiuit de hac vita. vult aũt pater meus pro oĩbus rebus suis tradere me seculo huic iniquo. 7 ego nolo inquinari in eo: 7 quid faciam penitus ignoro: Totam eĩ noctem sine somno pertransiui. postulans deus. vt ostenderet misere anime mee misericordiam suam. Et mane facto. placuit mihi mittere in ecclesiam 7 adducere vnũ ex fratrib: vt ab ipso audirem verbum dei. 7 quid facere debeam. Postulo aũt te pater pro mercede anime tue. sciens quia a deo missus es: doce me que dei sunt. Dicit ei senex ille. Dominus dicit. si quis nõ abrenunciauerit patrem 7 matrez 7 filios insup 7 animã ppriam non potest meus esse discipulus. Et quid tibi possim plus dicere bis ignoro. tamen si potes fere temptamenta carnis relinque oĩa 7 fuge. Facultates ei patris tui multos inueniũt heredes. Ecce tapecia. 7 lerochomia. xenodochia monasteria. vidue. pupilli. infirmi. captiui. si voluerit 7 placuerit patri tuo. His relinquat: tu aũt sola ne pdas animam tuam. Dicit ei puella. Confido in deũ. 7 in orãonibus tuis: qr ad laborandum habeo pro aĩma mea deo auxiliante. Dicit ei senex. Talia desideria a firmitate non declinent: scit eĩ tempus penitentiam agere. Dicit ei Eufrosina. Et ideo te fatigaui vt impleas desideriũ meum. 7 facta orãone benedicas me: 7 abscidas comam capitis mei. Et surgens senex facta orãone. abscidit comam capitis ei9: 7 induit eam tunica scematis 7 orans p ea dixit. Deus qui liberauit oĩes sanctos suos: ipe te custodiat ab oĩ malo: Et hec dicens. senex discessit ab ea: gaudẽs 7 glorificans deũ. Eufrosina aũt cogitãs in semetipa dixit. Si ambulauero in monasteriũ puellarz. pater meus requirens inueiet me: 7 violenter trahet me inde ppter sponsũ meũ proinde pgam ad monasterium virorz: vbi nullus suspicet me esse. Et hec dicẽs. piecit vestem muliebrẽ. 7 induit virilẽ. Et sero exiuit de domo sua. accipiens secũ quingentos solidos: 7 abscondit se in quodã loco p totam noctem. Mane aũt facto venit pr̃ eius in ciuitatẽ. volente aũt deo. statim in eccl'iam ambulauit. Eufrosina igit' puenit ad monasteriũ illud vbi pr̃ eius notissimus erat: 7 nunciauit abbati postiariũ dicẽs. Eunuchus quidã de palacio veniens añ ostium stat: cupiens loqui tecũ. Egressus aũt abbas. piecit se in terzam 7 facta orãone sederunt. Dicit ei senex. Quid est qd̃ venisti fili: Dicit ei eufrosina. Ego quidez de palacio fui eunuchus. 7 desiderium habui sp conuersationẽ agere monachorz. 7 ciuitas nr̃a non valde hoc habet studiũ conuersatiõis. Notum aũt factum est mihi de bona vita conuersatione: 7 cupio habitare vobiscũ. si placuerit vobis. Habeo eĩ possessiones multas. 7 si dederit mihi deus requiem: adducã eas huc. Dicit ei senex. Beneuenisti fili. ecce monasterium: si tibi placet. habita nobiscũ. Dicit ei abbas. Quod est nomen tuum: Dicit ei. Smaragdus. Dicit ei senex. Juuenis es. nõ potes sol9 sedere opus est tibi habere magistrum. vt doceat te regulam: 7 conuersationem monachorz. Dicit abbati. Sicuti iubes dñe mi pater. sic faciam. 7 ptulit quingentos solidos dedit q; in manu abbatis dicẽs. Accipe pater interim istos. si videro qr possum sufferre h̃ veniãt 7 illa reliqua. Vocauit aũt abbas vnum frez agapitum nomine. viz. sanctum 7 cõpassibilem: 7 tradidit in manu ei9 smaragdum: 7 dicit ei. ecce mõ hic erit filius tuus 7 discipulus tales eũ consigna. vt exupet magistrum. Et flexis genib: facta orãone cõsignauit eum. Et respondentes oĩes dixerunt amen. Suscepit eum agapitus in cellam suã. Et qr habebat vultum decorum smaragdus. dum veniebat i ecclesiam ad deprecandum dñm: multos illoz dyabolus excitabat aduersus decorẽ vultus eius. p malas cogitationes. ita vt oĩes molesti essent abbati: qui talem pulcritudinẽ duxisset in monasteriũ. Hec audiens abbas: vocauit smaragdũ. 7 dicit ei. Fili pulcra est facies tua. timeo ne sit ruina infirmis fratrib. Placeat nobis vt sedeas solus in cella tua. 7 ibi cõuenit tibi manducare 7 psallere: 7 nõ inde te egressurũ alicubi. Et pcepit agapito vt ppararet cellam solitariam: vt in ea solus degeret smaragd9. Fecit aũt agapitus oĩa que a patre monasterij fuerant impata. 7 introduxit smaragdum in cellam solitariam: 7 erat ibi orationib vacans. ieiunijs 7 vigilijs nocte ac die opam dabat: seruiens dño in simplicitate cordis. ita vt miraret' predictus frater. qui eum susceperat: 7 oĩb fratribus intulit eius constantiam 7 oĩes collaudabant deum: qui in infirma etate talia opabatur. Pafnucius aũt pater eius cum reuersus fuisset de monasterio ad domũ proprias. festinãs ingressus est cubiculum. ĩ quo filia ei9 manere solita erat. 7 nõ inuenta. tristis tremensq; effect9: cepit exquirere anxius seruos 7 ãcillas. quid d̃ eufrosina filia ei9 actũ esset. Pueris aũt dicentibus quia nocte vidimus eã mane autem facto non comparuit: putauimus enim q; pater illi9 qui eam desponsauit. venisset 7 tulisz eã Misit igit' seruos suos ad domum illi9: 7 non inuenerunt eam. Audiens aũt sponsus 7 pater: cõtristat' sũt valde. Et veniẽtes ad pafnucium. inuenerunt illum vehementer afflictum iacentem ĩ terra: 7 dixerũt ei. forsitan aliquis seduxit eam: 7 fugit cũ illa. Statimq; seruum cum equis p totam alexandriam 7 egiptũ. missi sunt. Erant aũt ibi 7 naues. intrãtesq; in eas requirebant p viam: 7 scrutãtes monasteria puellarum heremum speluncas. per domosq; amicorum 7 vicinorũ 7 nusq; reptam. lugebant eam quasi mortuam. Socer nurum. sponsus sponsam flebat: pater lugebat filiam: dicens. Heu heu filia dulcissima. Heu me lumen oculorum meorum: consolatio vite mee. Quis meam inuasit facultatem: Quis meam possessionez sparsit: Quis meam venam exiccauit: Quis lucernam meam extinxit: Quis meam spem fraudauit: Quis pulcritudinem filie mee violauit: Quis putas lupus agnam meaz dissipauit: Qualis locus talem vultũ tegit: Quale pelagus. captiuã ducit illã imperialem faciem: Illa generositatis constitutio. illa male habentium consolatrix. illa laborantium requies: gementiuz portus erat. Terra ne celes sanguinem meum: donec videam quid Eufrosine filie mee contigerit. Hec et his similia Pafnucio prosequente. Eleuauerunt omnes qui aderant vocem suam

dicēs. Mihi aūt adherē deo bonū est: ponere ī dño deo spem meā. ¶ Cūq; hec solicitus excogitarē. nocte silenter ꝓcitus surrexi. puuz panem mecū detuli cū exiguis legumīby. vt vix vsq; in quartā diē sufficerēt: sicq; ꝑm dei dispensatōez. z eius pietatē ꝓfectus sum. vt mihi ostēderet mee habitatōnis locum Egrediēte aūt me de monasterio. in mōtana veni: in desertū cogitaui vt manerē ibi. Continuo lumē splē didum ante me. quasi obuians mihi vidi. Quo viso valde timui. Idcirco q; putaui. me debere ad monasteriū regredi vnde exiui. Extimplo nempe de radio p̄clari lumīs. vir aspectu pulcerrimus accessit ad me z dixit mihi. Noli pauescē ego eē sum dei angelus. tibi ad custodiendū ab ortu tuo ꝓuidētia diuina destinatus: vt iubēte deo tecū manerē. z te in hāc heremum ducerē. Perfectus esto. humilis incede corazꝫ dño: cū gaudio labora. cor tuū in omni custodia cōserua. viue sine q̄rela: in bono ope ꝓseuera. Ego ꝑo te nō derelinquā: donec aīam tuā in p̄mīaz sūme maiestatis offerā. Hec etenī locut⁹ est mihi angel⁹: iter inceptū mecū comitat⁹. ¶ Pergebam⁹ ita simł sex miliaria vel septē: z ad quādā venimus spelunca nimis decorā. Appropiaui volēs scisitari: si forte quispiam intus maneret. Scdm ꝓsuetudinē monachorum clamare cepi: bñdictōem humilime petij. Inde virū sanctissimū exire vidi: quem ꝓstratus hūoten⁹ adoraui. Ille ꝑo man⁹ suas mihi porrexit. de t̄ra me eleuauit. osculū mihi pacis tribuit: atq; dixit. Tu es eē frater me⁹ heremitice cooperator vite: o fili ingredere. Deus tibi ꝓcedat. vt timor eius in te p̄maneat opus tuū in illi⁹ ꝓspectu ꝓplaceat. Statim cū eo spe cum introiui. dieq; plures apud illū pausaui: opera eius cupiēs discere. z solitariā habitatōem curiosius inuestigare. Ipse q̄z vt meū desideriū agnouit. ꝓsilū honorabile mihi p̄buit: ac qualiter insidias dyaboli superare deberem. ꝑbis caritatiuis gratāter patefecit Transactis itaq; q̄busdā dieby: talib⁹ admonuit me verbis dicens. Fili surge. mecū pge. interiora deserti debes intrare. z in alia spelunca solus habitare: ibi si viriliter dimicas. oīa demonior⁹ temptamēta superas Idcirco ꝑo de⁹ in hoc deserto vult te ꝓbare: si mandatis ei⁹ fidelit velis obedire. Fidelia oīa mādata e⁹ ꝓfirmata in seculū seculi: facta in veritate z equitate Vir etenī sanct⁹ hec dicens. surrexit: mecū in interiora deserti iter quatuor dier⁹ p̄rexit. Quīta nāq; die deuenim⁹ in locū qui Calidiomea dicit: ibi palme. p̄pinque erāt. Tūc vir dei inquit. Ecce fili. vide locū: quē dñs tibi ꝓpauit ad manēdū. Fuit aūt ille mecū spaciū triginta dier⁹. edocēs me seruare cautā dignitatē: doctrinā dei mādator⁹. Quib⁹ itaq; pactis oz̄one sua sancta dño me cōmēdauit: z sepatus a me ad ꝓpria remeauit. Per singulos ꝑo annos solitus erat me visitare. ac q̄li industria z simplicitate deberez viuē: diuīs alloquijs nō cessabat admonē. Quodam aūt tpe iuxta ꝓsuetudinē ad me veniēs. int̄ ꝑba salutatōis ꝓstratus. in terrā corruit: dñoq; remittens aīam obdormiuit. Q̄ cū videre nimis sum cōtristat⁹: z deuolut⁹ humi lacrimis aborsis vberrime fleui. Corp⁹ eius mox accepi: z secus calidiomeā terre cōmēdaui. ¶ Dum aūt ego paphunci⁹ a viro sanctissimo Onuffrio. ratōis hui⁹ loquelā audirē inquā ad eū. Pater sancte laborē esse nō modicū iā sentio: quē ꝓ noie dñi toleraſti ī hac heremo. Vir sanctus rndit. Mihi frat̄ crede dilectissime. in deserto sustinui: vt sepius putarē me morte superari. Abs spe erā multotiēs vite: vt vix alitū in corpe sentirē remanere Per diē estu z igne solis ardētis vrebar. rore z ꝓtui na infect⁹: fame z siti defect⁹. O quāta z q̄lia passus sum: q̄lia exptus suz. Nō sufficit. neq; quēpiā decet plagas ac labores enarrare: q̄s homo morior⁹ ꝓ dei viuētis amore debet tolerare. Reddet deus mercedē laborū sanctor⁹ suor⁹. cui⁹ diuitie sicut nō augēt ita nequaq; minuent. Per quē eē famē. sitim z trigus z estū. atq; multigenar⁹ cruciamēta molestiarū sustinui. potēs est cū diuitys celestib⁹ inter angelor⁹ cateruas me cōsolari: alimēta ꝑo spreui corpalia. vt dign⁹ acciperē spiritalia. Sanct⁹ eē angelus quotidie panē mihi offerebat. z aquā ꝓ mēsura ministrabat: vt corpus meū ꝓfortaret ne deficeret. z iugiter in laude dei pseueraret. Arbores palmar⁹ ibidē constitute erāt: que duodecies in anno dactilor⁹ fruct⁹ germinabāt. Quos p singulos dies colligēs. p pane edebā. mixtos herbar⁹ foliis: z erāt in ore meo tanq; fauus mellis. Sicut in euāgelio legit. non in solo pane viuet homo: sed in omni verbo q̄d ꝓcedit de ore dei. Frater paphunci. si implere studes voluntatem dei: omnia tibi necessaria ꝓparant⁹ ab eo. Unde ipa veritas admonet dicens. Ne soliciti sitis aīe vr̄e quid manducetis. aut quid bibatis. neq; corpi vr̄o quid induamini: scit eē pater vester q̄ his omnib⁹ indigetis. Querite primū regnū dei z iusticiā eius: z hec oīa adijcient⁹ vobis. ¶ Cunq; hoc a beato viro Onuffrio intēti⁹ auscultarē. mirās in ꝑmonib⁹ z actibus ac laborib⁹ illi⁹. dixi. Pater benigne die dñico vel sabbato cōmunionē ꝓcipiebas ab aliq̄: At ille respondēs ait. Oīi die dñico z sabbato angelum dñi paratu⁹ inuenio sacrosc̄m corp⁹ z sanguinē dñi nr̄i ih̄u xp̄i secū referētē: de cui⁹ manu mihi ꝓciosissima donant⁹ munera. viteq; mee sal⁹ ꝓpetua. Verūetiaz oēs qui vitā spiritalē ducūt in heremo monachi: tali ꝓticipant⁹ gaudio. Hi ꝑo sancti heremite q̄ hanc solitudinē habitans. si fortasse aliq̄n videre hoiem desiderāt. ilico in celū ab āgelo deportāt⁹. visionem illic aīe iustor⁹ fulgētiū sicut sol in regno p̄r̄is eor⁹: ibi mł titudinē ꝓtēplant⁹ āgelor⁹. suasq; aīas cetib⁹ mixtas beator⁹. Quare oēs qui ī agone ꝓtendūt. tota mēte. toto corde. totis viribus in bono ope feruent: quatenꝰ gloriā celestis p̄rie cū xp̄o z cū sāctis mereāt⁹ possidē. Ista deniq; oīa venerādo Onuffrio narrāte: ꝓgnoui iuxta summitatē ip̄ius mōticelli vbi obuiauit mihi. Ita videlicet gaudiū meū impletū est. vt omnem aduersitatem quā in itinere tolerā: traderem obliuioni. Credo inquā pater. inter felices me deputari: q̄ videre te z opera tua egregia promerui. Verba tua nimis pulcra. omni dulcedine mellita. ita mei penetrant cordis intima: vt possim dicere cum psalmista Q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua sup mel z fauū ori meo. ¶ Qui ait. fili mecum vade. locū mee habitatōnis ꝓspice: pcam⁹ paululū verbis. Cōtinuo surrexit. p̄uit: secut⁹ suz. Duxit me secū q̄si triū miliariorum iter: venimus calidiomeā in spiritalē locū. arboribus palmar⁹ gratāter ornatū. Ibi p̄ces domino fun-

dimus.eiscꝫ ꝓpletis in terꝝ sedimus:in diuinis alꝯcantes eloquijs.Sole iam iãcꝫ ad occasum ꝟerso:vidi panẽ posĩtum cũ aqua exigua.Vir eteni dei sentiẽs me fatigari.dixit mihi.Profecto fili cerno te pclitari nisi cibũ capias.Surge ḡ ꝫmede.Cui inq̃m Viuit dñs.ꝫ bñdictus deus meus in cuius ꝓspectu erimus.nõ manduco necꝫ bibo:donec caritate pura pariter cibũ sumimus.Igit᷑ vix eu coegi:vt faceret qd̃ volui.Uerũtñ vt meũ agnouit desiderĩ.panez fregit.tribuit mihi:mãducauim⁹ꝫ saturati sum⁹.nobiscꝫ fragmẽta fuerunt edentiby.Noctẽ illã in somnem pene duximus.diuiniscꝫ laudiby ĩmorati sum⁹.Mane facto post horã oratõnis videbã vultũ eius ita in pallore mutatũ.quid ei acciderit:quesiui ab eo Qui ait.Nõ expauescas frater Papbũci.quomõ oĩpotẽs de⁹recto itinere in bãc solitudinẽ direxit te: vt honorifice sepelias me.atcꝫ corp⁹ meũ ꝓmendes terre.Hac eteni hora aĩa carnis vinculis absolui᷑: atcꝫ ad creatorẽ suũ ĩ celeste regnũ deportat᷑.¶Frater amãtissime scio nãcꝫ desiderĩ tuĩ.quãdo redieris in egiptũ memorare mei in pñtia fratꝝ tuoꝝ:ꝫ in ꝓspectu omniũ xp̃m colentiũ.Hec ẽ postulatõ mea quã impetraui a dño deo.Si quis oblatõz ob amorem nois mei ante ꝓspectũ dñi nostri ihu xp̃i ĩmolat ab omni temptatõe dyaboli.ꝫ a vinculo prauitatis humane liber existit: atcꝫ cũ sanctis angelis ĩ regno celoꝝ eterno hereditatis capax fiet.Siqs oblatõez nõ valet offerre vel p̃ inopia redimere.ille ꝓ amore meo in nomĩe dñi elemosinam pauꝑi tribuat:ꝫ ego orabo ꝓ eo in ꝓspectu dei.vt dignus in celestiby vita supna perfrui valeat.Siquis necꝫ oblatõez nec elemosinaz potest offerre.ꝓ caritate mea incẽsum dño deo nostro in odorẽ suauitatis accendat:ꝫ ego rogo ꝓ eo vt gaudiũ pbenne possideat.Cui inq̃m.Pat᷑ mi ne iraſcaris si loquar.si incensum nec quis habet.nec facultatis aliq̃d:vnde te placare potest.vt tamẽ tua bñdictõne nõ careat in quacũcꝫ tribulatõe te inuocat:Tũc ille rñdit.Siquis pauꝑ in deserto vel in aliquo alio loco oblatõnem aut elemosinã seu incensum nõ habet ad ĩmolandum.surgat ꝫ manus suas ad dñm extendat.ter dominicã oratõez id est p̃ nostꝝ ꝓ me.cũ intenta mente ꝫ in noĩe sancte trinitatis psallat.Ego vero ꝓ ipso ad dñm intercedo.vt vite celestis mereat᷑ ꝙticeps fieri cum omniby sanctis dei Itꝝ dixi ad eum.Dñe si dignus essem.aut si donis gratie tue mihi liceret.post obitũ tuũ locum istũ libẽtissime obtinerẽ.At ille ait.Nequaqꝫ tibi fili ꝯcedit᷑ nec idcirco misit te deus in pegrinatõez istius solitudinis.vt hic obtineres locũ habitatõis:sed vt cũ iustis qui in deserto sunt ꝯtuleris.ꝫ intimare ea studes mũdo que ꝓgnouisti in heremo.In egiptꝝ pge.ibi esto vsqꝫ ad finẽ vite tue:opus bonũ pfice.ꝫ accipiens coronã ꝑpetue glorie.¶Hec cũ homo dei loq̃ret᷑:aduolut⁹ꝫ sũ pediby illius dicẽs.Pater care.scio eñ qꝝ quicq̃d petieris a deo dabit tibi de⁹.ꝓpter immensuz laborẽ certamis longissimi quo corp⁹ tuũ afflixisti.lxx.annis ꝓ noĩe dñi.prebe ḡ mihi mũera tue sancte bñdictõnis:q̃tenus tibi in ꝟtute efficiar similis.ꝫ tua inuentõne spũs meus dirigat᷑.ꝫ in futuro tecũ ꝙticipari merear.Qui mox ecõtra rñdens ꝓtulit ista.Papbunci ne ꝓtristeris.petitio tua tribuẽte dño erit stabilis.Sta in fide.viriliter age.oculos cũ mente ad deũ erige.in mãdatis corroborare:bonum facere impiger ꝓtẽde.ꝫ vitã eternã apprehẽde.Pro tegant te angeli dei.ꝫ ꝓseruent te ab omni ꝓsilio prauitatis:vt purus ante deũ ꝫ ĩmaculatus in die sui examĩs inueniaris.¶Post hec surrexit.ꝫ ad dñm lacrimãs orauit:genua flexit.atcꝫ subito dixit.In manus tuas deus ꝓmẽdo spm̃ meũ.Cũcꝫ hec dixisset.lumẽ splendidũ corpus eius obũbrauit.ꝫ in ipi⁹ claritate lumĩs aĩa sancta carne soluta est.Repẽte ꝟo vocem angeloꝝ multoꝝ audiui laudãtiuꝝ deum.vt in discessu sanctissime aie sancti Onuffrij.ethera scꝫ angelicis canticis resonãtia.gaudiũ ineffabile astris intulerũt:ꝑ que celestes exercitus aĩam militis incliti celis inuexerũt.Mox oculi mei fletu ꝓfluũt.interiora gemitus ꝓducũt.lacrimaꝝ riui manarunt.planctus mei miseri Papbuncij exuberant:illud flebilis planxi.quia quẽ vix inueni.diuti⁹ habere non potui Deinde tunicã meã ꝑ dimidiũ scidi.vna ꝑte indut⁹ sum.in alterã collocaui corpus beatũ:ꝫ sepeliui illud in sepulcro qd̃ excisuz erat de petra.Tunc videꝫ me solũ remanere:iteruz cepi lugere.Ita merẽs surrexi: specuscꝫ illius habitaculũ intrare volui.Deniqꝫ me astante.ipa spelunca cecidit.cũ magna ruina:ꝫ palme radicitus erute simul ꝓcubuerũt.Cognoui itacꝫ ego Papbuncius.q̃ nõ esset voluntas dñi.me in illo loco habitare:secessi inde in egiptũ redij.ibicꝫ ecclesie retuli.que vidi ꝫ audiui.Sanctus igit᷑ Onuffrius obijt mense Junio.die.xj.id est tercio id⁹ eiusdem mensis.Ibi beneficia eius p̃stantur vsqꝫ in pñtem diem:ad laudem ꝫ gloriã dñi nostri ihu xp̃i.cui est honoꝝ ꝫ potestas in secula seculoꝝ Amẽ.Explicit vita sancti Onuffrij.

¶Incipit vita beati Abrahe heremite.

FRatres mei cupio vobis enarrare cõuersationem bonã pfectiꝫ atcꝫ admirabilis viri Abrahe.quaz sic inchoauit.vt in ꝓfectõne eius gloriã ꝑpetuã mereret᷑:sed paueo admirandã luculentã de eo historiam retexere.cũ ymaginẽ virtutũ eius ꝓsidero.Ecce eñ conuersatõ quidẽ viri pfecta est ꝫ optima:ego ꝟo infirm⁹ ac rusticus.Equidẽ ymago ꝟtutis ei⁹ admiranda ac splẽdida:colores aũt verboꝝ quiby depingenda ẽ.admodũ tristes ac tetri sunt.Attñ licet imperit⁹.vel ex ꝑte tẽptabo.q̃cꝫ ꝓhendẽ pfecte non valeã:enarrabo tñ inquãtũ sufficõ.de eodẽ viro disserẽ.qñ qui sc̃us Abrahã meruit nũcupari: nõ facile hũmano ore põt referri.Extitit eñ nr̃is tpibus angelicã vitã in terris agẽs.Acquisiuit nãcꝫ celestez gloriã.adipisci ꝓmeruit.Et quia a iuuẽtute.castitatis pudicitiã ꝓseruauit.templũ sanctispũs factus est tancꝫ sanctificatũ vas.ꝫ ita semetip̃m exhibuit deo: vt eum habitatorez in mentis sue hospitio haberet.Hic itaqꝫ.b Abrahã habuit parentes valde locupletes qui eũ tenere ac supra modũ diligerent:ita vt etiã affectũ humanũ eoꝝ dilectõ trãscẽderet.despõsauerũt ei puellam adhuc in puericia ꝓstituto:expectantes ac desiderãtes in aliqua eũ dignitate secularĩ ꝓficẽ.Sꝫ hic longe aliꝯ sentiẽs.in ipo primo ado-

lescentie gradu ecclesiaꝝ iugiter ꝙuenticula frequentabat:et quecūqꝫ ibi ex diuinis scripturis recitabantur.aurem libenter accomodans audiebat. ⁊ in cordis sui memoriā ita recōdebat:vt etiam cum absens esset.ea que didicerat meditatōne intentissima ruminaret. Cunqꝫ memorati parentes eius tempus nuptiarum ꝓpinquabile iudicarent:ꝙpellebant euꝫ matrimonij vinculis obligari. Sed cum hec ille primo renueret. postmodum molestiā eoꝝ ingem sedulāqꝫ non ferens:pudoris verecūdia supatus. acquiescere ꝙrgetur. Cū itaqꝫ celebratis nuptijs.sponsa in thalamo resideret. repente quasi lux quedā in corde eiꝰ diuina gratia refulsit quā veluti ducem quēdam sui voti inueniens ilico exiliuit ⁊ secutus est.atqꝫ ab vrbe egreditur. Duoby autez fere milibus procul a domo sua cellulam vacantē repperit. vbi se constituens ⁊ glorificans deum:cum ingenti leticia permanebat. Stupozem vero maximū.tam parentiby suis qꝫ vicinis de hoc facto incusserat. Qui exeuntes in diuersa dispsi.vbiqꝫ dei hominē requirebāt:post dies autē. xvij.in memorata cellula eū orantē reperiunt. Beatus autē vir.cuꝫ eos stupore ꝓculsos aspiceret:quid me inquit vos admirātes aspicitis. Glorificate potius misericordissimū deū:qui me ex sceno iniquitatuꝫ mearuꝫ eripuit. ⁊ orate ꝓ me. vt iuguꝫ hoc suauissimum sub quo me indignū suscipe dignatus est dñs vsqꝫ in finem valeā baiulare.ꝙuersationēqꝫ meā beneplacitā ꝑm voluntatem eius possim in omniby coaptare. Qui cuꝫ omnes eū audientes.omnes respōdissent amē. ꝙpcatus est eos:ne ei vellēt crebro molestiā obtentu visitatōnis inferre. Quiby recedētiby aditū cellule sue obstruxit. ⁊ ꝙcludens semetipm intrinsecus:paruissimū fenestre foramen reliquit.ꝑ qđ alimenta recipet. Itaqꝫ mentē eius remotam a turbulentis interpellationiby diuina gratia illustrabat. ꝓficienſqꝫ quotidie in optima ꝙuersatōne:primum quasi fundamentū vite sue ꝙtinentiā possidebat.nec nō vigilijs ⁊ orationiby. cum fletu ⁊ humilitate atqꝫ caritate studebat. Cunqꝫ ꝑ omnē locuꝫ de eo sancta opinio diuulgaret.cuncti audientes ad videndū eū. ⁊ vt edificarent ab eo:vndiqꝫ ꝙfluebant. Sermo qꝫ ei sapientie ac scientie ⁊ ꝙsolationis a deo effluenter datus est:qui in mētes audientes quasi luminare lucidissimū radiabat. ¶ Contigit aūt ānο. xij. renūciationis eius.vt parētes eius ex hac vita recedētes:aurum ei copiosuꝫ ꝑdiqꝫ magna relinquerēt. Qui rogans amicū quēdaꝫ admodū sibi caruꝫ.ad distribuēda vniuersa indigētiby ac pupillis:officiū religiosuꝫ illi iniūgit.ne ipius oratōniby impedimētum.huiꝰ rei gratia gigneret. Et cū hoc fecisset:securꝰ aīo.⁊ mēte quieta ꝑmansit. Hoc em̄ bono viro maximū studiū erat. vt cor eius nullis terrenis negocijs vinceret: et idcirco sup terrā nihil aliud possidebat.excepto vno sago. vnaqꝫ nihilominus tunica cilicina qua vtebatur.Latinū quoqꝫ permodicū.in quo edere seu bibere solitus erat habebat:necnō ⁊ vnuꝫ psiaciū.in quo cubitare consueuerat. Cum his autē omniby.humilitatem supra modum.⁊ caritatem ad omnes equaliter possidebat:nec ꝑponebat in honore locupletem pauperi.nec principē subiecto.vel nobilem ignobili ꝑferebat:sed omnes similiter diligens honorabat. Sine cuiusqꝫ acceptōne psone. Nec aliquādo quenqꝫ ꝓcaciter increpabat:sed erat sermo eiꝰ caritatis sua uitate ꝙditus. Quis audiēs eius eloquiū. satiari potuit aliquādo de his que aliqñ ex sermonis eiꝰ dulcedine ꝓferebāt:vel quis vultū illius sanctitatis ymaginem ꝑferentē respiciēs.nō magis videndi eū sepius desideriū sumpsit. In omni tpe abstinētie sue:regulam quā semel arripuit.nō mutauit. Quinquagīta annos institutū ꝓprium omni alacritate cōpleuit. ⁊ ob nimiū amorē ac desideriū quod habebat ihū̄. omne euū tpe illius.quasi dies paucissimos reputabat.⁊ totus rigor acerrimus conuersatōis eius.apd eum pro nihilo videbat. ¶ Erat autē haud procul ab vrbe illa.vicus quodāmodo spaciosus ac magnꝰ in quo vniuersi pariter a minimo eoꝝ vsqꝫ ad maximum pagani crudelissimi existebant:quos ab ydolorum cultu nullus oīno valebat auertere. Nōnulli q̄dem pbiteri ⁊ dyaconi.in hoc ipsum illic ordinati atqꝫ directi ab epo.sine vllo salutis eoꝝ fructu recedebant.nequaqꝫ afflictōnis ferentes laborez:quia non solum suaderi ⁊ ad consensuꝫ animus eoꝝ feroxnon poterat flecti.verūetiam psecutōnis in eos qui monebant.ac seditōnes vehementissimas ꝙcitabāt. Sꝫ turba nihilominus monachoꝝ. semel atqꝫ iterū adire nitentes:nihil penitus ꝑ conuersatōne eoꝝ agere potuerunt. Porro vna die residēs cū clericis suis epus.beatissimi huiꝰ viri habuit mentōz: dixitqꝫ ad eos. Ego talē virū tpis meis videre nō potui.ita in omni ope bonitatis ꝑfectuꝫ.⁊ sic cunctis virtutibus adornatū:in quiby elegit deꝰ habitare.vt habeāt nūc sanctissimus abrahā. Rñdentes aūt clerici:verū euꝫ affirmabāt. Et epus. Volo inquit eū in vico illo gētiliū ordinare:pōt em̄ eos patia sua ac nimia caritate ad deū ꝙuertere. Et ꝙsurgēs ꝓtinus ad cellulā scti viri cū sanctis ꝓficiscit clericis. Cūqꝫ salutasset euꝫ. statiqꝫ de gētiliby vici illiꝰ insinuat vt ad eos ob salutem eoꝝ ꝑgeret rogat. Qui cū audisset.tristis vehemēter effectꝰ est:⁊ ait ad epm. Queso inq̄t patꝫ sanctissime.ꝓmitte mihi. vt meas iniq̄tates defleā:neqꝫ hmōi negociū infirmo ⁊ exiguo existēti iniūgas. Ad quē rursus epus dixit. Per dei gratiā inq̄t potēs es ne velis g̃ī hac bona obediētia fieri cūctabūdꝰ. Cui vir beatꝰ itez rñdens:dixit. Obsecro sanctitatē tuā: vt me mala mea plāgere ꝓmittas. Et ait ad eū epus. Ecce totū mūdū ⁊ que in eo sunt reliq̄sti.⁊ vitā crucifixā āplexatꝰ es:attū cū hec vnuꝰ sa ꝙpleueris.agsce te obediētiā q̄ cūctis ꝓtutiby eminet nō habē. Hec ille cū audisset.cepit flere amare:dicēs ad eū. Quid suꝫ ego.canis mortuꝰ:⁊ q̄ ē vita mea.qm̄ talia de me o sctissime pr̄ iudicasti. Cui ait epus. Ecce hic residēs tuā solūmō salutē acq̄ris:ibi aūt plimi ꝑ te(diuina g̃tia opante)saluādi sūt. q̄scūqꝫ ad dñm deū ꝙuertis. Cōsidera itaqꝫ vñ āpliorē mercedē habeas.vtꝫ teipm saluaueris solū.aut si plimos tecū ad salutē adduxerī. Tūc bēs vir di.flēs ait. Fiat volūtas dñi vrūtñ ꝓpt obediētiā q̄cūqꝫ iusserī pgā. ¶ Educēs g̃ eū d cellula i ciuitatē ilico itroduxit:ibiqꝫ ꝑ ipositoꝝ manꝰ pbit ordīatꝰ.⁊ statī ad vicū paganoꝝ sīn mora dirigit. Quo dū scs abrahā pgēt:ꝓcabat dñm dicēs. Clemētissime ac benignissime deꝰ.respice infirmitatē meā.gr̃amqꝫ tuā celestē ad meū psidiū dirige

vt glorificet nomẽ tuũ sanctũ. Perueniẽs aũt ad vicum. videnscz eos insania ydolatrie esse detentos: ex imo pectore ingemiscẽs. grauiter fleuit. z eleuãs oculos suos ad celũ dixit. Tu sol⁹ qui sine peccato es deus. ne despicias opa manuũ tuaz. festinãtercz direxit nũciũ in ciuitatẽ. ad amicũ illũ carissimũ sibi: vt pecuniã ex reliquijs primonij sui deferret. Quã cũ accepisset: intra paucos dies ꝓstruxit ecclesiã. Et velut sponsaz optimã: multo eã mirificocz decorauit ornatu. Attñ dum edificaret. quotidie hõ dei p media simulacra gentiliũ trãsiens. nihil penit⁹ loquebat: nisi in corde suo orabat solũmõ. gemituscz cũ fletu mittebat ad dñm. Postcz vero ecclesiã ꝓsumatã quasi munus quoddam cũ lacrimis obtulit deo: ibi genibꝰ positis. has pces supplicit in sua oratõe ꝓfudit. Tu inquies omnipotẽs deus: qui totũ mũdũ erroris dẽpssum caligine. ad ꝓgnitõez lumis tui p tuã pntiam deduxisti: hunc quocz populũ tuũ dispsum ꝓgrega in sinũ ecclesie tue. z illumia oculos mẽtis eoz. vt respuẽtes simulacroz culturã: te solũ amatorẽ hominum ac benignũ deũ ꝓgnoscãt. ¶ Luncz hãc oratõnem finisset. ꝓtinuo egressus ab ecclesia. prexit ad tẽplum gentiliũ: arascz eoz z simulacra manibus suis euertit atcz destruxit. Qd factũ cum cerneret turba gentiliũ. quasi agrestes fere insiliũt: eũcz laceratũ mltis verberibꝰ fugauerũt. Ipe aũt clam nocte in ecclesia residẽs. plagarũ suaz maculas nõ curabat: ꝫ tñ modo cũ fletibꝰ ac gemitibꝰ: vt salui fierẽt. dñm pcabat. Facto aũ mane. aduenientes pagani inueniũt hominẽ dei orantẽ: z nimio stupore pculsi. quasi enei remãserũt. Unde z ad ecclesiã quotidie veniebãt: cernentes ornatũ ecclesie se delectarẽt. Cepit itacz quadam die vir. b Abrahã dẽpcari eos: vt agnoscerent deũ. Illi ꝺo seniores effecti. fustibꝰ eũ quasi lapidez quẽdaz atcz exanimẽ ceciderũt: z deinde pedibꝰ eius fune ligatus. extra vicũ traxerũt. lapidibꝰ obruẽtes: mortuũcz eũ arbitrãtes. seminecem reliquerũt. Media aũt nocte in semetipm reuersus. cepit flere vehemẽtissime. ac dicere: vt quid dñe despexisti humilitatem meã. z despexisti dñe opa manuũ tuaz: Et nũc dñe respice seruũ tuũ. z exaudi dẽpcatoez meã z corrobora me: z absolue seruos tuos a vinculis dyaboli. z psta eis: vt ꝓgnoscãt qm̃ tu es solus. z pter te nõ est alius de⁹. Deinde ꝓsurgẽs ab oratõe. intrauit in vicum: ingressuscz ecclesiam dño psalmos canebat. ¶ Rursus aũt facto diluculo eũtes viderũt eum. et stupefacti atcz in insaniã ꝓsi. nulla habẽtes viscera miscdie: acerrimis illũ tormẽtis crudelitercz ꝓficiunt z solito funibꝰ alligatũ. extra vicũ traxerũt. Hec aũt cum p triẽniũ pateret. quasi verus adamas tolerabiliter pdurabat. nec tot tãtiscz insectatõnũ tribulatõnibꝰ cessit: sed cũ cederet. cũ traheret. cuz pscutões pateret. cũ lapidaret. cũ fame z siti laboraret: in omnibꝰ his que ei acciderãt. nũcz ad iracũdiaz ꝓuocatus. nũcz ad indignatõez ꝓmotus est: nũcz pusillanimitate fractus. nũcz tedio fatigat⁹ est: sed cũ aspera omnia pateret. magis ac magis amor ei⁹ in eos z caritas augebat. modo admonebat. mõ blãdiebat. mõ blandimẽtis suauissimi eloquij lenebat. seniores veluti patres rogabat: iuuenes vt frẽs. adolescentes vt filios. cũ ecõtrario ab eis subsãnaret. irridet. atcz obprobria pateret. ¶ Quadã igit die habitatores vici illi⁹ ꝓgregati. nimiocz stupore mirãtes. ac pterriti adinuicẽ colloquẽtes: cernitis inquiũt tã magnã patientiã viri. z ineffabilẽ circa nos caritatẽ. qũo in tantis tribulatõnibꝰ qs ei intulim⁹: nequacz ex hoc loco discesserit necz alicui nostrũ malũ verbũ locutus sit: sed cũ gaudio magno sustinuerit vniuersa. Uñ nisi esset vt asserit deus viuus quẽ pdicat. z regnũ z paradisus. vltio quocz maloz: non hãc tribulatõnez pateret inaniter. Illud etiã consideraduz. quomõ deos nostros (cum esset solus) euertit: z in nullo eum lesere valuerunt. Uere seruus dei est homo hic: z cũcta vera sunt que de eo fama dispersit. Uenite itacz credamus in deuz quem predicat. Et hec inter se colloquẽtes: pariter omnes in ecclesiam pergũt. clamantes atcz dicentes. Gloria deo celesti: qui misit famulum suum. vt nos ab erroze saluaret. Tunc beatus homo dei hec videns: leticia ingenti repletus est z facies eius quasi ros matutinus mutata est. aperienscz os suum: ait ad eos. Patres mei fratres ac filij. venite demus gloriam deo: qui illuminare dignatus est oculos mentis vestre. vt eum possitis agnoscere: z percipite signaculuz vite. vt purificemini ab ũmundicia ydolorum. z credite ex toto corde z ãmo q vnus sit deus celi z terre. z omniũ que in eis sunt. sine initio. inenarrabilis z incõprehẽsibilis. dator luminis. z amator hominũ. terribilis ac suauis: z in filium eius vnigenitũ: qui est sapientia eius. z in spiritũ sanctum: qui viuificat omnia. vt celestes ex terrenis effecti: vitam celestem possitis adipisci. Respondentes autem vniuersi dixerunt. Ita pater. ita dux vite nostre: quemadmoduz denũcians nobis z doces. ita credimus z faciemus. Et confestim sanctus Abraham assumens sacrum baptisma. baptizauit eos in noĩe patris z filij et spiritus sancti: a minimo vscz ad maximũ. Erãt aũt omnes vscz ad mille aias. Deinde p singulos dies diuinas scripturas eis legebat. docebat eos de regno dei. de paradiso delicijs. de phenne supplicijs: de iustitia. de fide z caritate. Illi vero sicut bona terra pcipit semẽ bonũ. z affert fructũ aliud cẽtesimũ aliud sexagesimũ aliud tricesimum: ita verba eius libẽtissime audiẽtes. atcz in timore dñi pfitentes. fructus largissimos afferebãt. In ꝓspectu autez eoz quasi angelus dei videbat: z quasi quedã edifitij ligatura. Sic em̃ caritas illoruz erat circa ip̃m. p doctrinã ꝫmonis dulcissimi: vt hoc de eo merito crederet videre. ¶ Cõpleto igit anno postcz crediderunt: vir. b Abraham nõ cessabat diebꝰ ac noctibus verbũ eis domini pdicare. At vbi eoz studium circa deum fidemcz firmissimam vidit. et q erga eum nimia essent caritate cõnexi. z bonorem sibi maximum exhiberent: verens ne obtentu eoz abstinentie sue regulam destruere cogeret. ꝓsurgens in medio noctis hanc oratõnem fudisse fert. ad dominũ. Tu sol⁹ sine peccato deus: qui cum sis sanctus. requiescis in sanctis: qui sol⁹ amator es hoim ac misericors domin⁹. qui mẽtes occultate hui⁹ multitudinis illuminasti: q eos ab aduersarij vinculis absoluisti. z tue cognitionis eis scientiã tribuisti. queso dñe: vt vscz in finem regere eos et conseruare digneris. z auxilium tuum gregi huic optimo quem possidere voluisti. perpe-

tuū copiosumq; clemēter impcias: ⁊ quasi muro validissimo eos gratia bonitatis tue circūdes. ⁊ cor eor semp illumīes: vt ea que sunt tibi placita pficientes. eternā vitam pcipe mereant'. mihi quoq; infirmissimo adminiculū tribuas. neq; reputes in peccatū. qđ ab eis festino discedere. Tu em̄ nosti vniuersor cogmtor. q̄ te solum desidero: ⁊ te mihi dominū esse cognosco. Consūmataq; oratōne discedens. tercō cōsignauit vicū xpi signaculo: abytq; latenter ī aliū locum. ⁊ quibus potuit latebris occultauit. ¶ Mane autem solito more ad ecclesiā turbe ꝓueniunt. Cūq; eū mīme reppissent. maximo stupore pcussi. ⁊ quasi errantes oues diuersis locis pastorem ꝓprium pquirebant: nomēq; vlulantes cum lacrimis inclamant. Cum autē diutissime pquirendo eum inuenire non possent. nimio merore dēiecti: ꝓfestim qđ eis acciderat pgentes. episcopo nunciauerunt. Qui cum hoc agnouisset ipse quoq; admodum tristis effectus. statimq; plurimos ad requirēdum dei hominē destinauit: maxime ob consolatōnem gregis eius. eoq; cerneret eos flebiliter cōtristari. Cūq; ab omnib; tanq̄ lapis p̄cioſissimus quereret'. et prorsus inueniri non posset: habito consilio. cum clericis suis epūs memoratum vicum ingredit'. cepitq; ad eos consolatoriuz ꝓferre sermonē: ⁊ dolorem maximū quem de discessu hominis dei concepant. blanda p̄dicatōne lenire. Cernens autem in fide xpi eos firmissimos. elegit ex eis viros ꝓbabiles: quos p̄sbiteros ac dyaconos lectoresq; cōstituit. ¶ Audiens ꝙ hoc sanctissimus abraham. vehemēter gauisus est: et glorificās deum dixit. Quid retribuā tibi domine deus meus. benignissime pater atq; amator hominū suauissime. Fecit igit' alteram intrinsecus cellulam. ⁊ semetip̄m magna cum leticia ꝯclusit. O miraculum carissimi: laudibus plenū ⁊ gloria sempiterna. In tantis nāq; afflictionib; quas in sepedicto vico ppessus est. nunq̄ abstinentie sue regulam fregit: neq; in dexteram vel sinistram ab ea diuertit. Gloria ⁊ magnificentia deo qui ei talem tolerantiā tribuit: que ⁊ alios possit conuertere. ⁊ sui ꝓpositi gratiam custodire. ¶ Cernens aūt dyabolus bonor hominū emulus. q̄ tantas in eum tribulationū molestias excitans: non in insidias dei hominē trahere. nō in aliquo mentē viri dei valuisset a dño separe. ⁊ qđ magis est. sicut aurū in fornace pressuris fulgentior redderet'. atq; in maiorem patientiā ⁊ alacritatem caritatis pficeret: vehementer irritatus ⁊ acriter efferatus. aduersus eū cum magna fantasia aduenit: vt saltē sic ei pauorē incutiens decipe eū possz ac fallē. Jgit' cū staret ī medio noctis. ac psallēt repente lux copiosa veluti solis in cella ei⁹ refulsit: ⁊ vox quasi cuiusdā multitudinis audita est dicens. Beatus es abrahā. vere beatus es ⁊ fidelis. nulluſq; sicut tu in omni ꝓuersatōne inuentus est: q̄ omnes volūtates meas expleſti. Protin⁹ aūt vir sāctus dolū maligni ꝓgnoscēs. exaltauit vocē suam: ac dixit. obscuritas tua tecū sit in pditionē. o plene dolo atq; fallatia: ego em̄ homo peccator sum. habēs tñ spei p̄sidia. p gratiā dei in nullo tuas insidias ptimescam. Neq; em̄ plurime fantasie pauorē mihi incuciunt. Nomen siquidē dñi mei ⁊ saluatoris ihu xpi. quē dilexi ⁊ diligo. mihi validissim⁹ mur⁹ est: in quo te increpo īmunde canis. ac tetre ⁊ miserāde. Et dicē te eo hec: cōfestim vt fumus ab oculis eius euanuit. Sanctus aūt dei famulus: cū multa alacritate. tranquilloq; animo benedicebat dñm. ¶ Rursus vero post dies orante eo noctu: tenēs securim dyabolus. cellulā eius conabat' euertere. Et cū iam putaret' pforasse eam: voce magna clamauit ⁊ dixit. Festinate amici mei festinate celeriter: atq; introeūtes vitā arripite. Aut aūt ꝓtra eum. b Abrahā. omnes gētes circūdederunt me: ⁊ in nomīe dñi vindicabor in eis. At ille ꝓtinus cuz hanc vocē audisset: euanuit. cella aūt beati viri integra atq; illesa pmānsit. ¶ Jtē post paucos dies cum media nocte psalleret. maculā eius sup quā ꝯsistebat. cepit vehemēs flama ꝯburere. Tunc ille intrepidus ignē ꝯculcans dicebat. Sup aspidez ⁊ regulū ambulabo. leonē ⁊ draconē ꝯculcabo: ⁊ omnem virtutem inimici in nomine dñi mei ihu xpi: qui mihi prebet auxiliū supabo. Diffugi ēs itaq; sathanas. voce magna ꝓclamabat: ego te ⁱnquiens malamorte deuincā. inueniāq; artes quib; te ꝯteram. qui me nūc quasi ꝯtemptibilē reputas. ¶ Quadaz die igit' cibum eo sumente. transfigurat⁹ demon in habitu adolescentis. cellulā eius ingredit'. ⁊ appropinq̄ns catinū eius nitebat' euertere. Vir aūt dei manu illud retinens. māducabat intrepidus. Tunc exiliens dyabolus. aliam fantasiā repente ꝯfingit: ⁊ ecce quasi cā delabrum statuēs ante eum. ⁊ lucernā desup ardentem. ore polluto ac fetido psalmos cātabat: voce magna beati inquiēs in via īmaculati qui ambulāt in lege dñi. Cūq; ex eodem psalmo verba plurima cecinisset. nullū ei sermonē sanctus ille rndit: donec cibuz solitū pcepisset. Postq̄ vero de mensa surrexit: cuz omni ꝯstantia ait ad eum. Canis īmunde ⁊ miserande. atq; īfirmissime ⁊ mēdacissime: si nosti qđ bti sūt cur eis molestus es: Nam beati sunt reuera. omnes qui ex toto corde diligunt deū. Rndens aūt dyabolus ait. Jdcirco illis infestus sum. vt ab omni ope bono ꝓpediti: meis facinoribus socient'. Cui vir beat⁹ ita rndit. Non tibi bene sit maledicte. vt quēpiā timentium deū supare vel impedire p̄ualeas: nisi forte eos qui tibi sīles existētes. a deo ꝓpria volūtate discedūt Illos vīcis ac fallis: qm̄ de⁹ nō ē in eis. Ab his aūt q̄ diligūt deuz. tāq̄ fumus a vento. ita facile euanescis ac deficis. Una siquidē cor ore sic te psequit'. ac de turbat: quēadmodū pulvis a vento insectat⁹ dispgitur. Viuit aūt de⁹ me⁹ q̄ ē benedict⁹ in secula: cuiq̄ ē gloria mea q̄ nō te ptimescā. etiā si omī tpe ibi ꝯstiteris. Sic aūt ꝓ nihilo te spernā. veluti si vn⁹ catul⁹ ꝯtritus ab aliquo ꝯtenat'. hec eo dicēte: cōfestim ille (vt solebat) euanuit. ¶ Rursus pt⁹ dies q̄nq̄ cum psalmodiā suā noctis tpe ꝯsumasset: aliō fantasie argumētū ab initō ꝯfingit'. Ecce ei q̄ turba p̄lima cernit' adueīsse. ⁊ veluti trahētes inuicē: cū clamoribus se mutuo coborant'. vt hō dei in foueā p̄jcēt'. Quos circūspiciēs vir beat⁹ circūdederūt me inq̄t sic apes. ⁊ exarserūt sic ignis ī spinis: ⁊ in nōie dñi vindicabor in eis. Tūc sathanas exclamās ait. heu heu me. q̄d tibi decetero faciā nescio: Ecce em̄ me in oīb victum ac supatū intelligo: ⁊ vniuersas vires meas cē despectas. ⁊ me vndiq̄ ꝯculcatū. Verūtū nec sic quidē a te aliq̄n discedā: donec supans hūilē mihiq̄ ſbiectū

faciam. Vir autem dei ait ad eum. Anathema tibi et omni xtuti tue pollutissime demon. gloria aũt et bonor dño soli sancto ac sapiẽti deo: qui nobis dilectoribꝫ suis te tradidit ꝓculcanduꝫ. ⁊ idcirco versuti as tuas subsannam⁹ atq; ꝓtemnimus. Agnosce itaq; infirmissime atq; infelicissime. qꝝ nos neq; te. neq; tuas ptinescimus fantasias. ¶ Per multũ aũt tempus. diuersis argumẽtis ac machinis. ꝓtra virũ fortissimũ dimicans: nõ quieuit cogitationibꝫ eius solidissimis. saltẽ pauorez certamĩs incutere: cui magis ꝑliando alacritatẽ. caritatem in deũ maxima sustentabat. Diligẽs nanq; deũ ex toto aĩmo. et ꝙuersatõnem suã ꝑm volũtatem eius instituẽs. affluent' gratiam diuinã ꝓmeruit: ⁊ ꝓpterea nõ valebat dyabolus ledere eũ. Perseuerant' nanq; pulsauerat vt ei thesauri diuine gr̃e panderent'. Cunq; patefactus fuisset ingressus. tres sibi inde ꝑcioſissimos lapides sumpsit: fidẽ. spem ⁊ caritatez: quibꝫ in eo ꝓfecte ac firmiter xtutes relique ornabant'. Terẽs itaq; ꝑcioſissimã coronã bonis opibus. regi reguꝫ domio. a q̃ munus accepat: offerebat. Quis em̃ sic ex toto corde. deuz ⁊ primũ tanq; seipm̃ dilexit: Aut q̃s ita laborantibꝫ ꝓpatiebat' ⁊ misericors existebat: Quez aliqñ monachũ audiens bene ꝙuersari. nõ ꝑ eo deꝑcatus est dñm. vt liber ab omnibꝫ dyaboli laqueis seruaret'. ⁊ cursuꝫ vite sue inculpabilit' ꝓsummaret. Aut quẽ peccatorẽ vel impiũ audiens ꝑ eo vt saluaret' cũ lacrimis diebus ac noctibꝫ dominũ nõ postulabat': Labia sua nõ soluebat facile in risum. corpusculũ eius aut facies vel etiã pedes: a die ꝙuersionis sue nunq; diluti sunt. ¶ Sic nanq; se exhibebat tã q; quotidie morituꝝ. O vere frẽs glorioſuꝫ miraculum. In tanta abstinẽtia iugibusq; vigilijs fletibus mixtis. cãmenijs quoq; ⁊ ꝓtritõe corꝑis nunq; animo lassatus est: nunq; infirmat⁹ segnicia obtorpuit nũq; tedio fatigat⁹ est: sed velut esuriẽs quisq; aut sitiẽs. sic ille auiditate q̃dam fustinens oĩa: nunq; sui ꝓpositi potuit dulcedie satiari. Erat aspectus eius quasi flos q̃dam ĩmarcessibil'. atq; in facie eius puritas animi noscebat'. vtpote: qui diuina gr̃a in omnibus frueret'. ⁊ iocũditate spiritalis leticie regebatur. In hora nanq; dormitõis sue ita splendidiſſimus vultu apparebat: q̃si qui nequaq; vite sue tẽpus in abstinẽtia pegisset. Sz ⁊ aliud in eo ꝑ dispẽsationẽ miraculũ gestũ est. In omnibꝫ siquidẽ q̃nquaginta annis abstinẽtie sue vestẽ cilicinã qua indut⁹ fuerat nõ mutauit. ¶ Volo aũt dilectissimi vnanimitatez vestrã. etiã aliud negociũ qd̃ in senectute sua vir beatus gessit instruẽ. Est em̃ sapiẽtibꝫ ac spiritalibus plenũ edificatõnis: necnõ hũilitatis atq; ꝓpunctionis exemplũ. Res xo gesta huiuscemõi ẽ. Habuit vir beatus Abrahã carnis ꝓpinquitate germanum quo defuncto: vnica filia eius annoꝝ septẽ relinquitur. Quã cum pntibꝫ orbatam noti amiciq; patris eius vidissent. auũculo eius sine mora ꝓducũt. Cũq; eam senior cerneret in cella sua exteriori iubet includi. Erat aũt in medio vtriusq; cellule fenestra ꝑmodica: ꝑ quam docebat eã psalterium. aliasq; scripturas: ⁊ cum eo in laudibꝫ domini vigilabat. ⁊ psalmos nihilominus ꝓcinebat. in omni atq; abstinẽtia emulari suũ auũculũ nitebat'. Alacrit' quoq; in arepto instituto ꝓficiens: vniũsas xtutes aĩmi festinabat' implẽ. Vir nanq; sanctissim⁹ incessant' ꝑ ea cuz lacrimis dñm deꝑcabat': ne mẽs eius cura ⁊ renoruz actuũ implicaret'. eo q; ei⁹ pater moriẽs. infinitas pecunias ei reliq̃sset: q̃s ꝓfestim famulus xpi distribui iussit egenis atz orphanis. Hec q̃z auũculũ suũ ꝑcabat' quotidie. vt ꝑ se dñm̃ oraret: q̃ten⁹ a cogitationibꝫ pessimis ⁊ diuersoꝝ laqueoꝝ dyaboli eriperet' insidijs. Constant' igit' instituti sui regulã obtinebat Exultabat aũt auũculus ei⁹. q; sic eam ꝓmptã sine vlla hesitatõne in cũctis xtutibꝫ cerneret ꝓmoueri in lacrimis scz. in hũilitate atq; modestia in quiete: ⁊ qd̃ his sublimi⁹ ẽ. erga deũ eximia caritate. Viginti siquidẽ ãnis cũ eo in abstinẽtia degẽs: velut agna pudicissima. atq; incõtamĩata colũba ꝙuixit. Quo tpe ãnoꝝ expleto seuiebat: adũsus eã dyabol⁹. et in sidias solitas ꝓtendebat. qũo eã posset suis casibus irretire: vt saltẽ sic molestiã solicitudinẽq; beato viro posset incutẽ. ⁊ q̃ntulũcunq; mentẽ ipi⁹ a dño separe. ¶ Erat itaq; q̃daz ꝓfessione tm̃modo monachus qui sub obtẽtu edificatõnis ad eũ sepi⁹ pgere simulabat. Sz illã beatã ꝑ fenestrã nihilomin⁹ cõtẽplando. luxurie stimulis agitat⁹. cũ ea colloqui cupiebat: amoꝝ nãq; libidinis cor ei⁹ q̃si ignis succẽderat. Insidiabat' itaq; multo tpis spacio. ita vt vni⁹ anni circul⁹ volueret': donec cogitatõez eius xboꝝ suoꝝ mollitie eneruaret. Deniq; apiens celle sue fenestrã. egredit' ad eum: q̃ eam ꝓtinus scelẽ iniquitatis atq; libidinis ꝓtamiauit. ac pdidit. Postq; vero tanti peccati facin⁹ ꝓpetrauit. expauit cor ei⁹: ꝙscindensq; eius ciliciũ quo erat induta: faciẽ suã manibꝫ xberabat. cupiẽs nimio meroꝝ se morti tradẽ: atq; anxietatis oppressa pondẽ. dum deliberatõnis portũ cerneret. i diuersis cogitationũ estibꝫ fluctuabat plangebatq; se nõ esse qd̃ fuerat ⁊ cũ eiulatu sepius ꝓferẽs. ego inq̃t iam me ex hoc mortuã sentio: pdidi dies meos in laboze abstinẽtie mee. Orationũ lacrime vigilarũq; opa ad nihilũ sunt deducta: deum meũ exacerbaui. meipsam interemi. Heu me miserã omni lacrimaꝝ fonte plangẽdaz. Sanctũ auũculuz meũ amantissimo meroze deꝑssi. obprobriũ ãime mee opuit me: illusio dyaboli facta sum. Quid mihi infelici iam vltra viuere: Heu me q̃d egi: Heu me q̃d factũ est mihi: Heu me quid mali ꝓpessa sũ: Heu me. vñ et qualit' corrui: Qũo obscurata ẽ mẽs mea Nõ intelleri qũo lapsa sum. nõ ꝓgnoui qũo cõtaminata suz. nescio qũo cor meũ nubes tenebroſa ꝓterit Qũo potui ignorare q̃d gerer̃: Vbi abscõdar vl' quo pergã. aut in quã foueã memetipsaz ꝓcipitem: Vbi est magisteriũ sanctissimi auũculi mei. vbi monita college eius effrem: qui me docebãt in mea xgnitate gratulantes. vt impollutaz animam ĩmortali sponso seruarem. Spõsus eteñ tuus dicebãt. sanctus ⁊ zelans est. Heu me q̃d agam: Nõ audeo iã celum aspicere. cũ apud deum ⁊ homies me mortuã esse ꝓgnoscam. Jam eniz ad fenestram illam ꝓpinq̃re nõ audebo. Quomodo ego peccatrix. ⁊ plena immũditie sordibus. rursum cũ sancto auũculo meo loqui temptabo. Quod etsi ausa fuero. nõne ignis ex fenestra exiliet qui me posset exurere. ¶ Mortuam itaq; se longo vlulatu ꝓtestans. nec vltra sibi spem

salutis esse relictam. desperatõnis ĩmersa caligine, p tinus pertexit in aliaz ciuitatẽ. atqz in stabulo se quo dam mutato pristino habitu collocauit. Veruz. cũ hec ruina pfate femine contigisset: huiusmodi visio beato viro ostenditur p sopozem. Vidit nanqz dza conem terribilem atqz immanẽ. aspectuqz ipso feti dissimũ. z in fortitudine sibilãtem: quasi exeuntez de quodam loco. z vsqz ad cellulam suã venientẽ z rep perisse ibi colũbam atqz glutisse eam: z rursus in su am foueã remeasse. Expgefactus aũt cõtristatusqz vehemẽter fleuit amare: existimãs sathane psecutõ nem aduersus dei eccl'iam cõcitari. z plerosqz a fide veritat' auerti. vel ne scisma aliquod in sancta eccl'ia gigneret. Prouolutus itaqz geniby: pcatus est do minũ dicẽs. Tu qui es pscius vniuersoz deus amato bominuz: tu nosti quid sibi velit hec visio. Rursum post hec duos dies. vidit eundẽ draconem sil'i modo cellam suam venisse. z posuisse caput sub pe diby eius. fuissez diruptũ: colũbam quoqz illã quã deuozauerat. viuã in ventre eius reptam. z extẽdisse manũ suam viuãqz eaz cepisse. Expergefactus aũt vocabat beatã illam semel atqz iterum: putans eam in cellula esse: z dicebat. Cur te piguit filia maria (sic etem fuit vocitata) iaz duoby diebus os tuuz in dei laudibus aprire: Sed cum rñsum ei nulluz daretur: et q eam p biduum psallentẽ solito moze nõ audi ret: animaduertit visionem suã ad illam certissime p tinere. Tunc ingemuit ac fleuit amare: z pfundẽs la crimas ait. Heu me. quia agnã meam lupus crude lissimus rapuit: z filia mea captiua effecta est. Exal tans quoqz vocez suã cum lacrimis dixit. Saluato mundi xpe. cõuerte ad me agnã meam mariam. atqz in ouile tuũ eam restitue: vt nõ senectus mea cũ me roze de hoc mũdo recedat. Ne despicias depcatio nem meã domĩe: sed mitte velocius gram tuã. vt ei cias eã de oze draconis icolumẽ. Itaqz duo dies q ei p visionẽ reuelati sunt. duoz annoz curriculis fi niunt': quiby lubzicam vitã neptis eius. qsi in ventre atrocissimi draconis exegit: sed sanct' Abzahã vir dei. p omne tpus die noctuqz. nunqz p ea dñm dep cando animũ relaxauit. Post duos vero ãnos. cum vbi esset z quẽadmodũ se gerẽt: compisset. rogabat quendã sibi notissimũ vt vsqz ad eã pgeret: z cũcta cognoscere diligent'. Pergens itaqz ille quẽ mise rat z omĩa sub veritate. z quia ipaz quoqz vidisz re nũcians: rogatus a sancto viro. habitũ ei detulit mi litarẽ. z equum, pculdubio ad sedendũ. Ostio itaqz patefacto egredit'. statimqz habitu militari ĩduitur. palamãcum. i. pilleum quoqz longũ capiti suo vt fa cies eius velaret' imposuit: sed z solitũ viuum secum portans. ascẽdensqz equũ pcitus pperabat. Tanqz quispiã patriam cuiuslibet vel ciuitatẽ cupiẽs explo rare. habitũ loci illius. ne facile agnoscatur: assumit. sic beatus iste Abzaham inimici habitu (vt eum in fugam verteret) vtebatur. ¶ Venite igit' admira mini dilectissimi fratres hunc scdm Abzahaz. Pri mus itaqz Abzaham egressus ad preliuz regum. p cutiensqz eos. Loth nepotem suũ reduxit. Hic ẏo secundus Abzaham contra dyabolum, pfectus est ad bellum: vt eo deuicto neptem suaz cũ maioꝛi triũ pho reuocaret. Itaqz cuz peuenisset ad locum. diuer tit in stabulum. ac solicitis oculis huc atqz illuc circũ spiciens: vt eaz videret pquirebat. Deinde cuz mul ta boza pterisset. z videndi eam minime tribueretur occasio: subridens ait ad stabularium. Amice audi ui q habeas puellam optimã. quã si inberes liben tissime quiderem. Qui cum etatis eius intueret' ca niciem. senectute iam fessam. ad opus luxurie desperauit: deinde hoc ei responsum dedit. Est inquit vt tibi compertũ est etiã supza modum specioſa. Erat siquidem maria hec pene supraqz natura exigit foz me pulchritudine decoza. Cunqz senioz nomẽ eius requireret Mariam vocari ille respondit. Tunc hy lari vultu. queso inquit vt in psentia eius exhibeas. vt possim cum ea bodie epulari: multuz nanqz ex au ditu comperi laudari puellaz. Que cum vocata ad esset. atqz in habitu meretricum sanctus eam anũcu lus eius quidisset. pene totum coꝛpus eius p dolore solutum est. amaritudinẽqz animi leto vultu celauit z lacrimas erumpentes virili sexu retinuit: ne forte si eum femina cognouisset. fuge psidium flagitaret. ¶ Residentibus itaqz eis atqz bibentibus: cepit cũ ea vir mirabilis ludere. Que consurgens complexa ceruicem eius osculis demulcebat. Cunqz oscularet' eum. odozata eius coꝛpusculũ suauissimo odoze ab stinentie fragrare: z recozdata est dieruz quiby cum summa abstinentia vixerat. z quasi quodaz telo per cussa vehemẽter ingemuit. lacrimasqz pfudit: z tan qz vim cozdis non sufferens. in hec verba pzozupit. Ve ve mihi misere soli. Tunc stabularius stupefa ctus ait. Quid est domina Maria: q subito in tam grauissima suspiria prupisti: Hodie duobus ãnis hic permanes. z nunqz ex te gemitus vel tristioz ser mo auditus est: nũc vero quod tibi cõtigerit nescio. Que respondit ad eum. Beata essem. si ante trien nium fuissem defuncta. Ad hec b. senioz ne agnosce retur: veluti cum quadaz serenitate ait ad eam. Mo do cum leticie nos interfumus: tu peccata tua, me mozare venisti: O admiranda clemẽtie tue dispen satio: deus altissime. Putasne puella nõ dixit in coꝛ de suo. Quomodo aspectus viri hui'. anũculi mei aspectum similat: Sed solus tu amatoꝛ hominum a quo est omĩs bona sapiẽtia. ita dispensasti ne eum posset agnoscere z fortasse confusione turbata effu geret. Hoc autem nõ ob aliud est credendũ. nisi q lacrime famuli tui anunculi eius huiuscemodi ap d te obtinuere locum: vt ex impossibiliby possibilia fa cere dignareris. Proferẽs itaqz sanctus vir solidu quẽ attulerat stabulario dedit: dixitqz ei. Fac nobis queso amice optimam cenã. vt cũ hac puella epula ri possim': longi nanqz itineris ex int'uallo amoze ei' aduenio. O vera sapia fm deum: o vere intellect' spi rital'. o vera pdicãda salutis discretõ. Quĩquagita ãnis abstinẽtie sue neqqz panẽ gustauerat: nũc car nes sine hesitatõe vt saluarz aiaz pditã mãducauit Sctoꝛ ãgeloꝛ choꝛos sup discretõe bti hui' mira tos eẽ nõ dubito: qño ĩdubitãt', p salute cũcta pfece rit. Venite igit' frẽs z admirami. sup hac picia sctis simi viri. z discite abstinẽtie ẏtutẽ discernẽ. vt ex oze dracõis absoꝛbtã aiaz sic libare possit'. Igit' postqz ep'lati sẽ, puocabat eã puella vt ĩ cubicl'z itroirẽt. at ille: eam' iqt. Cũqz itroisset. cnit lcm ĩ sblime stratũ

in quo statim resedit alacrit. Quo te appellem pfectissime athleta xpi. vehement ignoro: Cotinentem te asserã. an incotinentẽ: Sapientẽ an insipientẽ. discretorẽ an indiscretorẽ. Quinqginta ãnos psuersationis tue sup humi spaciũ cubitaueras: 7 quo sup huiuscemõi lectũ pstant ascẽdis. Sz hec vniũsa fecisti et mansionũ iter longissimũ arripiẽdo. 7 carnes comedendo. 7 vinũ bibẽdo. 7 in stabulũ diuertendo vt saluares aiam pditã. ad laudẽ et gliam xpi. Nos aũt si saltẽ verbũ vtilitatis loqui cũ primo volum? cũcta imptune discernim?. ¶ Sedẽte eo itaqꝫ sup lectũ: ait puella. Veni dñe: vt calciamẽta de pedib tuis auferã. At ille ait ad eã. Obsera inqt ostium diligent. Volebat ꝓ puella ꝓmo discalciare eũ: sed cuz ille nõ pateret. obseratis ostijs venit ad eũ. Cui Senior. Dña igit maria. appropinqua mihi. Cũqꝫ appropinqsset. tenuit firmit manũ eius: qi qui putaret osclare eã. Aufert qz calamãcũ. i. pilleũ a capite suo: 7 erũpens voce in fletũ ait ad eã. Filia mea Maria. ñ me agnoscis. Nõne ego sũ q te nutriui. Quid tibi factũ est o filia mea. Quis te interfecit. Ubi est ille habitus angelic? quẽ babebat filia mea. Ubi ẽ ptinẽtia. vbi fletus. vigilie. vbi ptinentie. A celsitudine celi in bãc foueaz qũo deuoluta es filia mea. Cur qñ peccasti. nõ mihi indicasti. nõ mihi ilico retulisti. Et ego certe ꝓ te pniam agerez cũ dilectissimo meo Effrem. Quare sic feci sti. Aut quare me deseruisti. et in hãc molestiã intolerabilẽ deduxisti. Quis eniz sine pcto est. nisi solus deus. Cunqꝫ hec aliaqꝫ multa dixisset. tanqꝫ lapis imobilis in manib eius remãsit: timore parit et ꝓfusione supleta. Rursus autez beatissimus vir cũ lacrimis adiecit dicens. Nõ loqris mihi o filia mea Maria. Nõ loqueris mihi pars visceruz meoꝝ. Sup me sit hoc peccatũ. ego in die iudicij ꝓ te reddam rõnez dño: ego ꝓ peccato hoc satisfaciã deo. Usqꝫ ad mediũ itaqꝫ noctis: huiuscemõi verbis ꝓsolabatur eaz. Cunqꝫ parumꝑ fiduciã ꝓcepisset. talit flens ad eum locuta est. Nõ valeo te inquies ꝓpter confusionẽ vultus mei attendere. Et qũo possum oꝛonez deo ꝓfundere. qñ sic imundicia sceni huius polluta suz: 7 sanctus vir ad eã. sup me inqt sit iniquitas tua o filia mea. ex manib meis peccatuz hoc deus req̃rat: solũmodo audi me 7 veni eamus in locũ nostꝝ. Ecce eñ carissimus Effrem ꝓ te nimiũ dolet: tuiqꝫ cã sedule dominũ deꝓcatur. Noli diffidere filia de clemẽtia dñi (licet tua sint peccata velut mõtes) sed illius miscdia omnẽ supeminet creaturã. Sic legim? accessit mulier imunda ad mũdum. 7 nõ euz inq̃nauit: sed ab eo poti? ipsa mũdata ẽ. lacrimis pedes dñi lauit capillis extersit. Si potest scintilla pelag? inflamare. pñt et peccata tua ei? mũdiciaz inq̃nare. Nõ est nouũ cadere in luctamĩe sed malũ est iacere dejectum. Reuoca vñ ettuleras pedẽ. fortiter te cadẽte risit inimicus: sed fortiorez te sentiat resurgẽtem. Miserere q̃so senectuti mee. doleat tibi ꝓ caniciei mee labore obsecro: 7 exurgẽs veni ad cellulã mecũ. Noli timere. lubricũ eñ est gen? mortalium: sed sicut citius cadit. sic itez velocius ꝑ dei adiutoꝛium surgit: qui peccãtes nõ vult mori: ꝫ viuere. Illa vero ait ad eũ. Si scis quia pniaz agere possum. 7 satisfactõez meã suscipiat deus. ecce vt iubes: veniã precede 7 ego sequar sanctitatẽ tuã. 7 exosculoꝛ vestigia tua: q? sic sup me voluisti. vt ex voragine imundicie hui? educẽs me. Et ponẽs caput suũ ad pedes eius: tota nocte flebat dicens. Quid tibi dñe deus meus ꝓ omnib his retribuã. Diluculo aũt facta ait ad eam. b Abrahã. Surge filia. 7 eamus hinc ad cellulã nostram. Que respondẽs dixit ad eum. Habeo hic modicũ auri 7 aliqd vestimentoꝛ. quid de his iubes fieri. Rñdens aũt b. Abrahã dixit. Relinque hic oĩa hec: que ex pte maligni questa sunt. Et surgẽtes exierunt statimqꝫ ponẽs eam super equũ trahebat pgens quẽadmodũ pastoꝛ cũ inuenit ouem pditã. cuz gaudio sup humeꝛos suos tollit ita b. abrahã gaudens in coꝛde suo. iter cum nepte faciebat. Cunqꝫ venisset ad ꝓprium locum illã quidem vbi ipsa fuerat ¡in cella reclusit. ipse vero in cella exteriꝛi pmãsit. Hec itaqꝫ induta cilicõ. in humilitate coꝛdis atqꝫ oculoꝝ fletibus pdurabat. vigilijs quoqꝫ atqꝫ artissimis abstinentie laboribꝫ semet ipsam confitiens 7 cũ modestia 7 quiete ad dominũ indesinẽter ꝓclamans. facinus ꝓprium spe firmissima venie plangebat: tam sapiẽter iugiter obsecratõnibus vacãs. vt nullus q̃uis sine visceribus nõ compungeret: cuz voces fletus eius audiret. Quis eñ sic imisericorꝫ est inuẽtus: qui lamẽtantẽ eam agnoscens. ipse quoqꝫ nõ fleret. Aut quis de ei? vera coꝛdis ꝓpunctione nõ egit gratias deo nostro. Penitẽtia siquidẽ eius. si nostris supplicationib cõparetur: omnẽ mensurã doloꝛis excedit. Sic eniz impensius dominuz ꝓcabatur. vt sibi ignoscere? quod gesserat vt etiã signum (si suscepta fuisset eius pnia) diuinitus postularet. Clemẽtissimus itaqꝫ deus: qui neminẽ vult perire: sed oms ad pniam reuerti. ita condignam satisfactõem ei? recepit: vt oratonib ei? post triennij plenitudinẽ. sanitas plurimis redderet. Impensius nanqꝫ ad eaz turba populi ꝓfluebat: que ꝓ illoꝝ salute dñm efficacit ꝓcabat. B. aũt Abrahaz postea decem ãnis in hac vita pdurauit. 7 cernẽs optimam penitẽtiam. ꝓuersionemqꝫ eius neptis deum glorificauit sup omib: ac septuagesimo vite sue anno quieuit in pace. Beata autẽ Maria quinqginta sue ꝓuersionis annos: cum magna deuotione ac humilitate coꝛdis. 7 caritate erga deum 7 primũ. sincera institutõe spiritaliter compleuit: ita migrauit ad dominũ. ¶ Finit vita. s. Abrahe heremite.

¶ Incipit ꝓlogus in vitã scti Pachomij abbatis.

DOmine venerãde 7 in xpo quoqꝫ magficetissime Dyonisius exiguus. pio veneratonis vestre ꝓposito. qua potui facultate rñdi. s. Pachomij vitam. sicut in greco est repta: fide translatoꝛis exoluens. In qua re. cum diu mẽoꝛante. vestra cõpulisset autoritas. integrum nõ erat: vt qui querens iaz sponsionis extiteram ꝓmissa nõ deferre. ꝑsertim vobis qui votum potiusqꝫ vires attendere consueuistis. Plura nanqꝫ ꝓ xpi gratia releganda atqꝫ imitanda pagentes instituta ꝓgnoscere. quatenus eoꝝ studijs facta ꝓpria ꝓponentes: futuris seculis documentũ diuini muneris singulare ꝓstetis. Fatemini quippe mariaz vos operaz dare virtutibus. quas diligitis in ꝓuer-

¶ Igit cū ista in aīo epi voluerent: accessit ad eū eutropius. cū quo fuerat locuta eugenia. 7 dixit ei. Tres pueri frēs vnanimit culturā simulacroz relinquentes: xp̄o b̄uētium numero in isto monasterio se sociari desiderantes. 7 hodie vestigia tua, psequētes. huc ingressi sunt. poscēteq̄z me cū lacrimis postulauerūt. vt mereant noticie tue beatitudinis revelari. Tunc beatus elenus dixit. Gratias tibi ib̄u bone refero. qui me puenire fecisti huius rei noticiā. Tunc conuocari ad se precepit pueros: 7 apprehēdens manū eugenie fudit oz̄onē. Quā cū coplesset. tulit sequestratiz eos: 7 gratissimo vultu q̄dnā dicerent: interrogat. vel cuius natōis eēnt credidit inq̄rendū. Ad hec eugenia rñdit. ciues inq̄t romani sumus vnus ex his duob frib meis pthus dī. alius iacinctus. Ego xp̄o eugenius nuncupor. Cui beat⁹ elenus dixit. Recte te eugenium vocas virtutit. n. agis: 7 cōfortet cor tuū, p fide xp̄i. Ergo recte vocaris eugenius. Nam 7 b̄ scias. q̄ spūlancto nos et te eugeniam corpe ante puidimus: 7 qualit huc veneris. 7 qd isti tui sint. nō me passus est pterire. Sz hoc mihi dñs revelare dignatus est. q̄ gratissimuz ei habitaculū in corpe tuo pparasti. custodiēdo virginitatis premiū: 7 pūtis tpis blandimenta fallacia respuendo. Scito aūt te, p castitate multa passurā: ꝫ non te deserit ille. cui te ex integro tradidisti. Ad pthum aūt 7 iacinctum puersus est. In corpe seruitutis positi. ingenuā dignitatē animi. tenuistis fortiter 7 tenetis. Uñ vobis me tacēte: xp̄c dñs loqui t dicens. Amen amē dico vobis. iam nō dicā vos b̄nos sed amicos. Unde 7 vos beatos annunci o. q̄ pcordastis ip̄ūsancto: q̄ vnanimit cōsensistis monitis salutarib. simul ad gloriā pueniet pcepturi. Hec beatus elenus nullo alio teste pter deum locutus ē ī medio 7 iussit eam sic in virili habitu pmanere. 7 nō eum deseruerunt. quousq̄ baptismatis sanctificatione instructi. monasterio ad qd festiuā erāt sociarēt. ¶ Redeamus aūt ad illud tempus. q̄ pthus 7 iacinctus auferentes eugeniā abierunt. Basterna igit iumētis ambulantib 7 pueris qui pībāt. vacua uenit ad matrē. Uidentes aūt eminus pperantes pueros. 7 basternā uenientē occurrerūt cum gaudio vniuersi 7 inuenientes vectoruū vacuū. oēs simul mugitū reddiderunt. fit q̄z repente totius ciuitatis strepitus. Quis. n. audire poterat: p̄fectum filiā chanssimam pdidisse: Erat itaq̄z planctus inestimabilis. fletus imensus: lugebant vniuersi confusi. parentes filiam sororē fratres. Fuit dominam: et tenebat vniuersos merorz infinita animi tribulatō. Fitq̄z p totā puinciam inq̄sitio. Interrogāt aruspices. inq̄runt pbitones: sacrificijs q̄z 7 sceleratis superstitionib demonia interrogant: vt vbi uenisset eugenia indicarent. Hoc solum omēs dicebant: q̄ eam dij de celo rapuissent. Credidit factū pater. et fletum ad consolationem reuocans. dat festa respōsis 7 deorum illam numero consecrans. ex auro puro eius fecit fieri simulacruz. Qd ita cepit excoli: vt non minorem honorē q̄z dys suis exhiberent. Mater tñ eius claudia. 7 fratres auitus 7 sergius. nulla poterāt rōne consolationem accipe: sed erant intolerabiliter lugentes eam. ¶ Beata autem eugenia virili habitu 7 animo. in predicto virorum monasterio pmanebat: atq̄z ita in diuinis eruditionib p̄fec. vt intra scām annū omēs scripturas dñicas memoria retineret. Tanta in ea erat animi tranquillitas. vt vnam illaz omēs dicerent ex numero esse angeloz. Quis. n. deprehenderet q̄ esset femina. quā virtus xp̄i 7 virginitas imaculata, ptegebat: vt mirabilis eēt 7 viris: Sermo. n. eius erat humilis in caritate. clarus ī mediocritate. vicijs carens 7 facundiam fugiēs: oēs in būilitate supabat. Nullus illa ad oz̄onē inueniebat anterior. efficiebat aūt omib oia. tristē p̄solabat. leto gaudebat. irascentē vno p̄mone suo mitigabat. supbiētē ita suo edificabat exemplo. vt ouē subito e lupo factam se credere delectaret. Tāta a deo ē gr̄a psecuta: vt quēcūq̄z ī dolore positū visitasset. statim omis dolor recederet. 7 omnis salubritas aduenīret. Comites aūt eius iacinct⁹ 7 pth⁹ comitabant eā: 7 erāt ī oib obtempantes ei.

¶ Tercio igr̄ āno puersioīs ei⁹. abbas q̄ erat frib ī monasterio: migrauit ad dñm. Post cui⁹ abcessum oib visum est: vt sibi beatā eugeniā eligerent abbatē. Tūc beata eugenia metuēs se femīam p̄ regulā viris p̄poni. Itē timēs ne oēs vnanimit despcātes spnēt: ait ad eos. obsecro vos: vt euāgeliū ī p̄ti adhibeat. Qd cū fuisz allatū. dixit. Quotiēscūq̄z xp̄ianis aliq̄d eligēdū ē: xp̄c ē ante omia auscultā-

dus: Videamus ergo ī hac electione vr̄a. quid ip̄e p̄cipiat: vt ꝛ vr̄is iussis ꝛ ip̄ius monitis intendam⁹. Et reuoluēs codicē venit ad locū ꝛ cepit legere dicēs. Dixit aūt ibs discipulis suis. Scitis qz p̄ncipes gentium. maiores sunt his quib⁹ dominant: et p̄ncipatū eox gerūt. Apud vos aūt nō ē sic: ꝑ si q̄s in vobis vult primus eē. sit vester vltim⁹. ꝛ si q̄s int' vos voluerit eē dn̄s sit vester ꝺu⁹. Et his dictis adiecit. Ecce inq̄t ꝛ vr̄is iussis obtēperās. decreui primatū suscipe. ꝛ dn̄i iussiōib⁹ obediē: vltimū me vr̄e caritati ꝓstituo. Exhylarat' oim cā ī ꝓsensu ei⁹. ipa tn̄ añ oēs op⁹ monasteriꝝ. qđ infirma solebat exercē p̄sona suscepit: in oīb⁹ aquā portare. ligna ꝓcidere. mūdicias adhibere. Jn eo deniq; loco habitaculū sibi elegit. vbi ostiarius monasteriꝝ manebat: ne vel ipo se supiozē onderet. Sane refectiōz frm̄ solicite curabat. ꝛ psallendo deo ordinē fortit' custodiebat: ꝛ terciā. sextā. nonā. vesptinis vel nocturnis. atq; matutinis horis. tā cautissime insistebat: vt videret' iaz perisse deo. si horaꝝ vel q̄ppiā spaciꝝ. absq; diuinis laudib⁹ aliq̄ pteriss̄et. Jta deniq; in ꝺ ope esse deo cariox cepit: vt ꝺemones ex obsessis corpib⁹ pelleret ꝛ cecox oculos aperiret. Sꝫ qz multa singillatim narrare intendo ꝑ ordinē quātū ꝑmittit breuitas accedam⁹. ¶ Matrona q̄dam alexandrina ceteris matronis pstātior. noīe melantia: audiēs opinionē ei⁹. venit ad eam. qz quartano tipo grauissime ꝛ iā p annū. ꝛ eo ampli⁹ vexabat'. Quā cū beata eugenia. oleo punxisset. ꝛ oēm ꝓtinus violentiā fell' euomuit. ꝛ sanissima reddita pedib⁹ ad suū diuersoziū ꝑrequit. qđ ī vicino monasteriꝝ possidebat. Ordinat interea munera ciphos argēteos tres. īplet solidis ꝛ hos salutatōnis sue gr̄a. mittit ad beatā eugeniā. Cui graciter remittens q̄ miserat ait: abūdam⁹ ꝛ supabūdamus omnib⁹ bonis. Unde te parens carissima melācia: vt ista egentib⁹ magis ac necessitatē patiētib⁹ diuidas: hortoꝝ ꝛ moneo. Audiēs melācia ꝓtristata ē: ꝛ veniēs cepit rogare ꝛ ampliora ꝑmittē. Fit assidua circa bt̄aꝝ eugeniā. ꝛ ī nullo deprehēdēs q̄ eēt femia: elegātia decipit' inuētutis. Uidēs ea iuuenē ꝑ veritatē putabat eē terrenū: se aūt nō sanctitate eius. ꝑ aliq̄ arte existimās fuisse saluatā. Jn ꝓcupiscētia ei⁹ elabit'. ꝛ putās āplioris pecūie cupidiorē: cepit infinita offerre ꝛ āplioza ꝑmittere. Cūq; se pius eadē p̄careť. ꝛ grato aīo oblata sibi ab eugenia cerneret reddi: declinat ad maiozē interitū. egritudinē simulās. ¶ Quā cū beata eugenia rogata visitaret: sedēti añ lectū suū sancte eugenie talia cepit ꝑducere. Jntolerabilis circa te amoz pect⁹ meū exagitat. nec vllū remediū fatigatōni mee repire potui: nisi vt te omniū rex meaꝝ dn̄m instituā. Quid teip̄m vanis ꝛ inanib⁹ abstinētijs crucias: Ecce possessionū locupletatio infinita. ꝛ ecce auri pōdus ūmē sum. ꝛ argentū mīsteriū copiosum. ꝛ famulie infinit⁹ ē numer⁹. dignitas generositatis ē mihi. ꝺ āno absq; filijs viduata sum: succede ꝑ eodē in facultatib⁹ meis. ꝛ nō solū rex meaꝝ. ꝑ meus esto iā dn̄s. ¶ Cū q; hec ꝛ his silia loqueret': dixit ad eā eugenia. Recte nomē tuū nigredinis testat' pfidiā: magnū. n. te dyabolo habitaculū ꝑparasti. discede a ꝺuis dei deceptrix. ꝛ illecebroſa melācia: nos. n. aliter militam⁹. Habeant opes tue tui siles dn̄os: nos delectat mē dicare cū xp̄o. Affatim diues ē. q̄ cū xp̄o paup est. Fugiant a te imagines ꝓcupiscētie: non ē. n. salutis tue ista q̄ te inualit insania. Draconis habitaculuz facta venenū effundis. ꝑ nos xp̄i inuocato noīe. venenoꝝ tuoꝝ virus euadimus. ꝛ miscdiam dn̄i inuenimus. ¶ Tunc illa deceptiōi sue pudorē nō ferēs. sperās se detegi. nisi p̄ioz ip̄a detegeret. reūsa alexādriā. adire pfectū statuit hoc ordine dicēs. Scelestē iuuenē limlantē xp̄ianā religionē īcurri. ꝛ ad me arte dn̄ medēdi gr̄a q̄ dī posse infirmantib⁹ ꝓdesse venire ꝑmitterē. vnam me ex illis estimās. de quaꝝ pudore bachat': ausus ē ipudēter alloqui. ꝛ verbis ꝓcacib⁹ ad crimē hortari. ꝛ nisi dissez vocē ī pñti ancille mee fuissem liberata solatō. more barbarico sue me libidini captiuasset. audiēs ꝺ pfectus nimio furore inflamat'. ꝛ iubet ad loca monasteriꝝ destinari: q̄ eum vinctū ferre cū oīb⁹ ꝓmorantib⁹ deponerent. Deponunt' itaq; oēs ī vinculis. ꝛ qz vnius carceris eos non ferebat loc⁹: ꝑ diuersas custodias diuidunt'. ¶ Post hec statuit' dies funeris: in q̄ alij ad bestias. alij xpo ad ignes. alij ad diuersa supplicia dānarent'. Fit rumoz imensus: ipudēs q̄z fama cūctam egypti pagrat ꝑuinciā. Omēs credunt. omēs ꝺemnāt. ꝛ oīb⁹ verisile videt': melantiā illustrē feminā mētiri nō posse. Quid multa: Uenit dies funerū ꝓstituta. ꝛ ī qua vniuerse ciuitates in vicino posite ꝓueniūt. vt viderent ferarū tradi morsib⁹. corruptores introducunt' in cathenis. ꝛ a collaris ferreis cū beata eugenia: ꝛ nullo agnoscente q̄ eēt femina clamoz ꝑ uli diuersis sententijs ingruebat. Tunc iubet' adduci ꝓpinquius. vt nō ꝑ internūcios eaz pfectus audiret: sed ex oze eius addisceret veritatē. Aptant' aculei. ꝛ verbera. flame. tortores: ꝛ cetera que solent abscondita cordis exsculpere: ꝑparant'. Tē pfectus philippus dixit. Dic sceleratissime xp̄ianorum. Hoc vobis xp̄c vester tradidit in mādatis. vt opam corruptōnib⁹ detis. ꝛ pudorē atq; verecundiam matronalē fraudulenta astutia capiatis: Dic nunc fortifer. q̄ te temeritas coegit vt illustrē feminam melantiā appeteres. ꝛ ingressus sub spē me dici castitatē generosissimam ad lupanarū ignominiam ꝓuocares: Audiēs hec bt̄a eugeia. capite demisso ne posset agnosci: taliter dedit pfecto rn̄sum. Dominus meus ihs xp̄c cui ego seruio. castitatē do cuit: ꝛ integritatē corpis custodientib⁹ vitā ꝑmittit et'nā. Hanc aūt melantiā falsam testem nūc possum⁹ declarare: ꝑ melius ē vt nos patiamur mala q̄z illa. dū cōuicta fuerit aliquid patiat'. ne ꝛ fructus patientie nostre depereat: ꝑ tn̄. si ꝑ victoziam p̄ncipū testet' vr̄a sublimitas: q̄ nō in eam ꝑ retoꝛqueatis sentētiam. ꝛ hec fallax testis nihil patiat' mali: nūc ꝓbabimus crimē quod nobis obijcit. redūdare in eam. ¶ At vbi testatus est ꝑ p̄ncipum salutem pfect⁹. ꝑmittens ad omnia que postulabat effectum: dixit eugenia. O melantia nigredinis nomē. ꝛ tenebroſa melantia: applicari feciſti aculeos. suspēdi p̄cipis xp̄ianos. Damna. pcute. incendi: bene nos accipis. nō tn̄ tales hz famulos xp̄o qualis tu testaris. Tamen adduci p̄cipe ancillam. quā testē nostri crimis eē dixisti. vt ex oze possit denudari mendaciū. Cūq;

applicata fuisset ī conspectu iudicꝭ: cepit dicē. Jstū iuuenē ipudicissimū. frequenter quidem circa viles psonas detectum ī adulteriis. ipa impunitas ad hūc pduxit. vt etiam dñe mee circa primaz horam diei cubiculum impudenter ingressus. primo quidē sermone quasi pro salute eiꝰ veniret: indicaret. Secūdo p sua ꝓcupiscentia. z tercio etiam ad violētiā si cūrsim ego egressa. familiam non vocassem q̄ hodiē huius criminis testis est. Tunc p̄fectus ex familia adesse iubet aliquos. q̄ ita gestū esse suo testimonio ꝓfirmarent. Cunqz applicarent singuli: ita esse vt illa dixerat testabant. ¶ Tunc iudex vehemēt cōmotus ait. Quid ad hec fauste dicturus es. quē tot reuincunt testes. z tantaqz indicia manifestant. Ad hec beata eugenia ait. Tempus loquendi ē: qz tps tacendi transijt. Optaueram quidem crimē obiectum ī futuro iudicio denudari. z castitatē meam illi soli oñdere cuius amore seruāda ē. Tamē ne glorietur in seruos xpi fallax audacia. z paucis pandaz verbis veritatē. non ad iactantiam humane declamatōnis: sed ad gl̄am nominis xpi. Tanta. n. est virtus nomini eius vt etiā femine in timore eius posite. virilem obtineant dignitatē: z neqz ei sexus diuersitas fide pōt inueniri supior. cū beatꝰ paul⁹ apl̄s magister omnium xpianoz dicat. q̄ apud dominū nō sit discretio masculi z femine. omnes. n. in xpo vnuz sumus. Huius ergo normam animo feruēte suscepi z ex confidētia quā ī xpo habui. nolui eē femina: sed virginitatē immaculatam tota animi intētione conseruans. virum gessi constanter ī xpo. Non enī inunitam honestatis simulationē assumpsi. vt vir feminam simularem: sed femina viriliter agendo. viruz gessi. virginitatem que in xpo est. fortiter amplectā do. Et dicens. scidit a capite tunicam q̄ erat induta z apparuit femina. Et statim ad p̄fectuz ait. Tu mihi quidem fm carnem pat̄ claudia mater est: z frēs hi duo qui tecum sedent. anitus z sergius. Ego aūt eugenia filia tua: que p amore xpi. mundū omnem cum delitijs suis respui. tanqz stercus. Ecce protho⁹ z iacinctus eunuchi mei. cum quibus scolam xpi ingressa sum: xpc aūt tam ydoneus ibi extitit. vt victricē libidinū omnis pollutōis me faceret p miseri cordiam suam. cui credo vsqz in finem iugiter pmā suram. ¶ Agnoscentes itaqz pater filiā. z sororem fratres. serui dñam: currunt statim ad eam: z effundentes lacrimas in conspectu pp̄li. amplexibus eius incūbunt. Nunciatur factum claudie matri: z statiz cursu concito ad spectaculum venit. Deferunt vestimenta auro texta. z lz inuita induit. atqz in excelso tribūali posita in sublime attollit. z ab omni pp̄lo clamat: vnus christus vnus z verus deus christianoz. Sane sacerdotes z epi qui multo pp̄lo xpiano amphiteatrꝫ erant. vt dum fuissent interfecti hi qui accusabantur ab eisdem sepelirent ingrediunt: deo hymnū dicentes atqz omnes vna voce clamantes. Dextera domini glorificata est in virtute: dextera manus tua dñe ꝓfregit inimicos. Tollit ergo ī triū pho eugenia. ne tāto gaudio pp̄li: eius defuissz pbatio castitatis. Visus est ignis de celo descendēs. qui ita circūdedit domū melancie: vt nec vestigium alicuius rei que ad eam ptinebat remanserit. Fit gaudium pp̄li. cū timore dei: ecclesia que iaz q̄si vidu ata octauo anno clausa fuerat reserat. Reuocat xpianoz pp̄s. baptizatur p̄fectus ī fasciby constitut⁹: baptizant filij eius. baptizatur mater eius claudia. Restituit priuilegia xpianis. z mittit relationem ad seuerum impatorez de xpianis: z memorat satis rei publice xpianos pdesse. ideo debere eos absqz pse cutione aliqua ī vrbibus habitare. Consentit relatōibz impator: z fit tota alexādria ciuitas. quasi vna eccia. Eratqz omnib⁹ ciuitatib⁹ gaudiū: z dignitas xpiani nois florescebat. ¶ Sed qz sp sanctitatem emulatio sequitur inimici. z contra bonitatem pugnat malicia: ꝓsilio d̄yaboli aliqui ex honoratis alexandrie. cultores ydoloz accipientes egre. q̄ xpianis priuilegia tribuisset. venientes ad regem dixerunt. statum reipublice cōturbatum a philippo qui cū nono anno in fasciby irreprehensibiliter administrauerit. nunc decimo anno pdidit omnia. Deniqz deoz īmortalium deseruit ceremonias: z omnem ciuitatez ad culturam cuiusdā homis. quē iudei occiderunt conuertit. Non est legibus vestris nulla reuerentia. Passim quisqz vt voluerit templa reuerēda ingreditur. non vt colendi benivolentiam p̄tendat. z non vt deos esse quos colimus sed (vt dicat) infinitas blasphemias saxa aut metalla. potiusqz diuini nominis signa. hec z similia multa dicta sunt seuero. z antonio augustis. Qui cōmoti direxer̄t ad eum huiuscemodi decreta. Diuus parens noster. cōmodus quondam augustus. non vt p̄fectum: sed vt regem te alexandrie ordinauit. atz cōstituit: vt dum in vita maneres successorem nullum susciperes. Unde his beneficijs eius supaddere cupientes statuimus. vt dijs omnipotentibus solitam culturam exhibeas. z deposita dignitate. etiam pp̄rijs facultatib⁹ cedas. Accepta igit̄ hac augusti auctoritate. simulat egritudinē quousqz vniuersa distraheret: z donaret p omnem puinciaz ecclesijs z paupib⁹. Jpe aūt p̄fectus in timore dei z ī cultura xpi: etiam alios confortabat in xpo. Interea ois alexandria conspirat in episcopatū eius. z cepit eū respublica habere p̄fectum: qz successor ei nōdū venerat. z eccia habere epm. qz merito fidei sibi eum elegerat sacerdotem. Durauit aūt in episcopatu: vnum ānū z mēsib⁹ trib⁹. Post h̄ at̄ spacia tēpoz. veniēs perēnius p̄fectus. dū alexādrie querēt pcutere eū z nō posset. qz ois ciuitas ī amore eius durabat: immisit ei q̄ se fingerent xpianos. z ingredientes pcusserūt eū ī oratione dñica ꝓstitutū. Post tradūt pcussores p̄fecto pennio. Jlle at̄ ꝓscius iussionis sue. z q̄si audiēdos custodie mācipauit: p⁹ paucos aūt dies pncipū idulgētia relaxatos dimisit. ¶ Btissim⁹ at̄ philippus. p⁹ pcussurā trib⁹ diebz ī corpe eē pmiss⁹ ē: nō ad aliud. nisi ad corda dubia ꝓfirmāda naz vt migraret ad dñm. martyriū se noluit corona fraudari. z ipe hāc vt recipet: orauit. Nā qui ī corpe posit⁹ demoīa fugabat. z illumiabat orōne cecos: quā tomagis se noluisse palma priuari: Poterat vtiqz q̄d volebat ipetrare sine dubio. z ita recepit vt pticeps noīs philippi. eēt pticeps z corone: z suscipent martires collegā. quē merito eccia suscepat sacerdotē. Jux̄ atria ita qz ibi. scta eugenia filia eiꝰ mōsterū

xpi virginibus colocauerat. illic suum iussit colloca ri corpusculum. in quo loco beatissima claudia xe nodochium fabricabat. 7 pstituit predia que susce ptionib peregrinantium deseruirent. ipa autem cũ auito 7 sergio filijs 7 cum beata eugenia regressa ẽ romam. ¶ Igitur filius philippi cum omni gaudio senatus recepit romanorum: 7 vnum proconsulem carthaginem. alium vicarium affrice dirigunt. Ad beatam autem eugeniam cum multe matrone con uenirent. 7 pene omnes virgines quascunq potuis set. notas aut amicas. faceret etiam xpo credere. 7 in virginitate dominica pmanere quedam ex regio ge nere virgo basilla. cupiebat eam attingere. Sed qr causa nominis xpiani ad eam ire non poterat: roga bat p internuncium fidelem. vt eã de religione xpia na instrueret. Tunc beata eugenia conuocat ad se. beatissimos comites suos pthum 7 iacinctum: 7 di cit eis. Accingimini militia ad quam vos conuocat xpc. quo vos basille offeram sub specie muneris: vt vos eam in xpo faciatis ancillam. Fit itaq hui⁹ mu neris gratia. 7 suscipit basilla quasi fam'los qua nos quasi ap'los honorabat. Vacabat autem cum eis omni hora. 7 quasi eunuchos seruitio habens. non dieb non noctib a colloquijs dei 7 orationib cessa bat. Igitur cornelius cum esset in vrbe roma. sacre legis antistes: puenit ad eam latenter. 7 baptizauit eam. Confirmata autem beata basilla in timore dei pcurante misericordia xpi. pene omib noctib mu tuis se fruebantur aspectibus: ipa 7 beata eugenia. Omnibus itaq viduis xpianis conuentus erat ad beatam claudiam: 7 omnib virginib conuẽt⁹ erat ad beatam eugeniam. Sanctus autem corneli⁹ pa pa vrbis rome omni vespe sabbati que lucescit i do minico die. dabat eis noctem hymnis peruigilem. 7 pullorum canorib noctis quiete agebat eius sa crosancta misteria: 7 ita confirmabat eas sabbato rum. Eugenia autem 7 basilla vt memorani. omib se p ene noctib fruebantur in xpo 7 alterno se elo quio renouabant. O quãtas p eugeniam virgines saluator inuenit. quãtas etiam p basillam xpc spon sas obtinuit. quãte p claudiam viduitatem pmpta voluntate seruarunt: quãti iuuenes p pthum 7 ia cinctum xpo domino crediderũt. ¶ Valeriano ita q 7 galieno imperantib, orta seditio de xpianis ẽ: eo q cipr̃ianus carthaginem euerteret. 7 cornelius romam. Data est ergo auctoritas ad paternum p consulem. vt cipr̃ianum occideret. Cornelius autez quia a multis romanis etiam illustr ibus fouebatur erat in abditis. Tunc beata eugenia videns basillã ait. Reuelatum est mihi a domino. q p virginitate passura sis. Et basilla ad eugeniam rndit. Et mihi inquit dignatus est dominus demonstrare. q mar tirij coronam duplicem capias: vnam quam apud alexandriam p iustis laborib acquisisti. 7 aliaz quã in effusione tui sanguinis consecutura es. Tũc beata eugenia expandens manus suas: dixit. Domine ihu altissimi filius: qui ad salutem nostram venisti p virginitatem matris tu p virginitatis premiuz. oẽs quas mihi credidisti. pduc ad regnum glorie tue. ¶ Residentib autem sanctis virginibus xpi. que erant cuz eugenia 7 basilla: dixit ominb beata cu genia. Ecce vindemie tempus est. in quo succidunt botri. 7 pedib conculcantur: sed post hec regalib conuiuijs apponuntur. Absq eorum sanguine. nul la potestas imperij. nulla illustris dignitas decorat 7 vos palmites mei. 7 meoz viscerum botri. estote pate in domino. Virginitas enim est prime virtutis indicium. deo primum. similis angelis. parens vite amica sanctitatis. via securitatis. domina gaudij. dux virtutis fomentum 7 corona fidei: adminiculũ 7 sb sidium caritatis. Nihil ita nobis laborandum nihil ita est enitendum: nisi cum virginitate viuamus. aut quod est gloriosius p virginitate etiam moriamur. Que sunt huius blandimẽta fallacissima. 7 cũ gau dio temporali veniunt. 7 cum ppetuo dolore discedunt. Faciunt momentanium risuz vt eternũ fletũ infligant. tribuunt fugitiuos flores vt marcidiores pseuerantes aduectent: mentiuntur securitatẽ trãseuntis temporis. vt ppetui seculi cruciatib tradant Ideoq carissime virgines. que mecum in agone vir ginitatis nuncuscq accurristis: pmanete i amore do mini melius quem cepistis. Tempus flendi tpali ter sine fastidio 7 horrore sufferte: vt tpa gaudij eter ni cum omni possitis dilectione suscipere. Ego eniz cõmendaui vos spũisancto: 7 credo q vos mihi in tegras omnes illibatasq constituat. Nolite itaq faciem meam ex hoc corporalit querere: sed gesta 7 actus p spiritum contemplatiuum. Et his dictis osculata est vniuersas: 7 flentes fortissimo anio con solabatur. Dicentib autem sibi vale inuicem basil la 7 eugenia oratione facta discedũt. ¶ Ecce eodez die prexit vna ex ancillis ad pompeiũ sponsum ba sille. que 7 dixit. Qr te dominam nostram basillã no minus ab impatore meruisse. sextus 7 eo amplius ẽ annus. quam tu in tenero etatis anno. vt postea ac cipes: distuliisti. sed patruelem eius helenũ. scias eẽ xpianum. 7 hanc ita factam xpianam. vt tibi omi no non nubat. Nam 7 duos eunuchos pthum et iacinctum simulauit se illi donum offerre eugenia. quos illa quasi domin⁹ excolit. 7 quotidie pedes eo rum. ac si deorum immortalium osculatur: quia ipi autores sunt artis magice. quaz xpiani committũt. ¶ His auditis pompeius statim cucurrit ad hele num patruelez eius. qui 7 nutritor eius erat 7 tutor 7 dicit ei. Intra hoc tibi demum nuptias meas ce lebrare disposui. p q̃ re me fac videre sponsaz meã quam mihi domini rerum. inuictissimi principes fie ri coniugez pceperunt. Ille his auditis agnouit p ditum negociuz. ait ad eũ. Quousq anni transirẽt infantie eius. meam circa eam tutelam pro germani tate patris eius. 7 p ipo nutrimẽto exercui: nũc vo qr cepit sui esse arbitrij. in sua vult esse ptate. Unde si illam videre desideras: eius erit arbitrij. ñ mei im perij. Audiens hec pompeius. vehementius cepit ardere 7 pergens ad basille domum. vt nunciaret ianitoribus impabat. Cui ista sunt a basilla manda ta. Causante videndi penitus nullaz me habere co gnoscas: neq videndi neq salutandi. ¶ His au ditis turbatus est vehementius. 7 omni pene sena torum fauore usus pstrauit se coram impatore: di cens. Subueniant romanis vestris sacratissimi pr̃ cipes. 7 deos nonos quos eugenia secum adduxit.

ab egypto veniẽs:ab hac vrbe sepate. Diu est ei qđ hi qui xp̃iani dicunt.reipublice nocẽt:qui irridẽt legũ nostrax sacrosca ceremonia.z oĩpotentes deos nostros.ac si vana simulacra despiciũt. Jura quoq; ipius nature quertũt separãt ꝓiugiũ.gratiã sponsarum sibi associãt:z dicũt iniquũ esse.si sponsuz suum sponsa accipiat. Quid faciem⁹ pissimi impatores. Jnuẽti sunt dij qui homies ꝓhibeãt. z quib⁹ ista vi debunt.si nati nõ fuerint quib⁹ valeat impari. Ubi repatio romanax viriũ.vbi romani exercitus rediui ua certamĩa:Pro quib⁹ victrices dextre vestre hostium ceruices inclinabũt:si iam vxores habẽde non erunt.si sponsas amittim⁹ z tacem⁹. Hec z his similia dũ ꝓsequeret.z omnis senat⁹ eã flebili querela deꝓmeret. Decreuit galien⁹ augustus.vt aut spõsuz suũ basilla accipet.aut gladio interiret:eugeniã vero aut sacrificare dijs.aut crudelit interire.z dedit licẽtiam:vt quicũq; xp̃ianũ penes se absc̃oderet.puniret. Cõuenit basilla vt spõsuz recipiat.dicit se illa regem regũ habẽ sponsuz:qui est xp̃c filius dei. Et cuz hec dixisset: gladio trãsfossa est. Tenti statim ꝓth⁹ z iacinctus trahunt ad templũ:sed oꝛonẽ illis facientib⁹.simulacrũ iouis ad qđ ducebãt sacrificare.cecidit ad pedes eox.z ita ꝓminutũ est. vt vbi fuerit nõ parẽt. Nõ virtute diuine.sed magice arti hoc imputans:iubet eos decollari nicecius vbis p̃fect⁹. Qui etiã acquisitã ad se eugeniã: cepit de magicis artib⁹ ab ea flagitare sermonẽ. At illa ꝓstanter os suum apiens:dixit. Pollitior tibi q⁹ ars nostra vehemẽtior magis est:nã magister noster habet patrẽ sine vlla matre.z matrẽ absq; patre. Deniq; sic euz genuit pater.vt oĩno feminã nũq; sciret.sic eũ genuit mater vt masculũ oĩno nõ nosset:hic ipe habet vxorẽ ꝓginem.que illi quotidie filios creat.etiaz inumerabiles ei filios parit quotidie carnẽ ei⁹ carnib⁹ ꝓiũgit. Oscula ei⁹ circa eã sine int̃missione sociant.in amore suo iuicẽ oĩno pdurat.z tãta integritate subsistũt: vt oĩs virginitas.z oĩs caritas.z oĩs integritas ex eox ꝓiugio dirimat. Audiẽs hec nicecius obstupuit.z ne ad impatorẽ pueniret q⁹ eã libenter audiret: iussit eam ad templũ duci diane.z ita spiculator iminens dixit ei. Redime vitã tuaz.patrimoniũ tuũ eugenia:z sacrifica dee diane. Tũc beata eugenia expandẽs manus suas:cepit orare ac dicere. Deus qui cordis mei archana ꝓgnoscis.qui virginitatẽ meã sincerã.i tuo amore seruasti:qui me filio tuo dño meo ihu xp̃o sociare dignat⁹ est.qui spm̃sanctũ tuũ in me regnare fecisti:adesto mihi nũc in ꝓfessione nomis tui.vt ꝓfundant omnes q̃ adorant hoc ydolũ.z qui gloriant in simulacris suis. Et dũ orat.fit terremot⁹ in eodem loco.z ita templi ipius fundamẽta mersa sunt cũ ipo ydolo vt nihil aliud remanserit.nisi sola ara que fuit ante ianuã tẽpli.ad quã stabat sancta eugenia. Hec in insula licaonie gesta sunt corã omnib⁹ qui seq̃bantur agonem eugenie fit ꝓcursus pp̃li romani:z varia acclamatio. Alij dicũt innocẽtez.alij magã. Nũciat ista p̃fecto.p̃fectus impatori. Impator eã iubet ligari saxo.z p̃cipitari in tyberi:sed statim saxũ disruptũ est. Beata ꝓo eugenia ita sedẽs sup̃fluuiali aque ferebat. vt omnib⁹ xp̃ianis appareret illũ fuisse cum eugenia in flumĩe ne absorberet:qui fuerat cũ petro in mari ne mergeret. Jtẽ inde sublatã in thermaruz seuerianaruz fornacib⁹ mittit.que sic statim extincte sunt vt thermax calor refrigesceret. z oĩa incendia ignox ad nihilũ deuenirẽt. Sic deniq; chaos fecerit. vt vlteri⁹ exhiberi nõ possent. Mittit post hec in custodiã tenebrax.z p decẽ dies iubet nullũ cibũ accipere:z lumẽ penit⁹ nõ videre. Jbi aũt tant⁹ quotidie abundabat splẽdor. vt dũ egrederet beata eugenia quasi lumẽ aliqđ radiaret. Appuit autẽ illi saluator. ferẽs in manu panẽ niuei cãdoris. z ĩmẽse suauitatis z gratie:z dixit ei. Eugenia accipe cibũ d̃ manu mea ego sum saluator tuus:quẽ tota mẽtis animi intentõne dilexisti z diligis. Eodẽ die te in celis recipiã:quo ego descẽdi ad terrã. Et hec dicẽs abscessit. Ipo autem die natalis dñi missus est gladiator qui eã in custodia positã pcussit:z sublatuz est corp⁹ ab affinib⁹ xp̃ianis.z positũ est nõ longe ab vrbe via latina in p̃dio ei⁹ ꝓprio:vbi multox sanctox ipa sepelierat mẽbra. Claudia aũt mater eius.cũ ad eius sepulchꝝ fleret apparuit ei vigilãti in medio noctis silentio.auro texta cyclade induta:cũ multo ꝓlo virginũ.z dixit ei. Gaude z letare q̃ z me introduxit xp̃c in exultationẽ sanctox:z patrẽ meũ in patriarchax numerum. Ecce die dñico:z te suscipiet in gaudiũ sempiternũ. Cõmenda filijs tuis fratrib⁹ meis custodire signaculum crucis:z efficiant nostri ꝓtcipes. Ecce loquente ei facta est claritas quaz oculus sufferre non poterat:z angeli transeuntes hymnũ dicebant deo: inenarrabilib⁹ vocib⁹. Hoc solũ intelligebat. q⁹ nomen ihu xp̃i et spiritussancti in ipius laudibus resonabat. Gloria z honor patri z filio z spirituisancto:z nunc z semp:z in secula seculorum amen. Finit vita beate Eugenie.

Jncipit prefatõ amphilogij episcopi yconij:in vitam z conuersatõnem sancti patris nostri Basilij archicesaree capadocie episcopi.

Dilectissimi non erat indecorum filios fideles patris contristari defunctõne. z lacrimã ei dare iustum: quẽadmodũ vsq; nũc omnes cõpassibiliter tulimus. Postq; autẽ lamentationis caliginẽ. (sm quod scriptũ est) ãmouimus. z ad gratificã nos postulatõnem apud omniũ verũ deum nostrũ admouimus: necessariũ credimus memorabilia z vera ac magna miracula.ipius patris et magistri nostri basilij scripture tradere:vt nõ temporali pcussione obliuionis ꝓfunditati tradant. Tribus siquidẽ sacratissimis z mirabilib⁹ viris.gregorium dico in theologia decox. z gregoriuz mirabilem nysensis ciuitatis:sed z effrem beatissimũ.alijs aliter epytaficis sermonib⁹ virum infulgentib⁹: visum est z mihi tanq; abortiuo (vt apostolice loquar) in manibus habenti:ab eisdem venerabilibus viris editas narratones.que his defuerũt supplere: vt fideli filio patri debitũ reddenti. Si em̃ scit nubes occultare solem.multofacilius tempalis percussio bonis enarrationib⁹ obducere nouit obliuionẽ. Ergo quomodo magnus pastor noster z resonat⁹ in orbe celestiũ vir-

tutum collocutor.ac angelicoꝝ ordinũ ꝑmĩster: magniloquus ecclesie ꝓdicator.solida orthodoxoꝝ dogmatum columna: naturã rerũ existentium exprẽssit inimicũ trinitatis eiecit videlicet iulianũ apostatam: valentis os blasphemũ obstruxit.arrianoꝝ debellauit malam gloriam.xp̃ianoꝝ plane corroborauit rectam gloriaꝫ.pastor acquisitus ecclesie populi:regale sacerdotiũ.circũornatus ouium xp̃i aries.diuine fidei doctor glorioſus.ꝛviuẽs.ꝛ post transitũ magnis splenduit miraculis ꝛ oratõne eius (sicut dictuꝫ est) facta est iuliani dei odibilis. extollẽtes in altũ cornu. ꝛ loquẽtes aduersus deum iniusticiã.quõ valẽs ipi⁹ anũculus appẽhendens indigne impialẽ purpuram. ꝛ arrianoꝝ male glorie patronus: venit ad eaꝫ (que apud nos cesaris) illustrẽ ciuitatẽ ꝙquirẽs ꝛ ꝓ buiusmodi p̃sens tp̃s narrabo. Sed ad ꝓpositũ reuertamur:ex natiuitate eius vsqꝫ in finez ꝛtutes ipsius enarrãtes. Explicit p̃fatio.

¶ Incipit narratõ De tpe quo beat⁹ basili⁹ doctrine vacauit ꝛ quersione magistri sui Euboli.

BAsilius itaqꝫ solus (vt sic dicã) in terra equalẽ ꝛ decẽtẽ ostẽdit vitã opib ꝛ verbis diuĩa sapĩa vitaꝫ ꝙponẽs:oĩa xp̃o dans.sed ꝛ aĩam atq corp⁹.necnõ ꝑmonũ manus:quidẽ gentilẽ errorẽ.sicut araneę telam dirupit. Hic septennis factus.dat⁹ a genitoribꝫ lr̃is.vacãs aũt doctrinis ąnquẽnio fructũ acquisiuit multã philozophalẽ disciplinã.dulcedini nature.deinde relinquẽs patriã (capadot⁹ em̃ erat natõe) appẽhendit matrẽ verboꝝ athenas. Castitate ꝛ mlta abstinẽtia decoratus.adq̃t p̃ceptorẽ grecoꝝ sapĩe noĩe eubolũ:ꝛ sic seip̃m dedit doctrinis ãmirãdis.etiam et magistris.factiq sunt ip̃ius ꝙscolastici.gregor⁹ magnus nazanzi postea factus ep̃us.qui ꝛ apostolice sedis gubernacula in duo ꝛ decem annoꝝ ꝓgubernauit tpa:iulianus etiã a paruo xp̃ianus atq libanius. Js aũt ab omnib vir ãmirãdus.posuit in corde suo nihil sumere panis ꝛ vini:donec supna ꝓuidentia intellererit diuine sapientie archana. Dozans quoq in doctrinis quinq ꝛ decez annis: omnẽq grecalem phĩam ꝓcurrens.in fine astronomiã.ac optima queq colligens ꝛ nullatenus inuenire valens ꝑ ip̃a omnia creatorem.in vna noctium vigilante eo diuinus quidem splendor fidei accendit euꝫ plustrare totius religionis scripturam. ¶ Surgens ergo abiit in egiptum. Et accedens vni archimandritaꝝ porphirio nomine.supplicauit sibi dari libros sacros: ad ꝓprehensionem diuinoꝝ dogmatuꝫ. Quod consecutus mansit ibi delectans meditatõi diuinoꝝ sermonum ꝛ aqua ac herbis se enutriens. Annuali vero tempore ibidem ꝙmorans.ꝛ verbum veritatis fide considerans ꝑmansit: scrutans veritatis sermonem. Sicq postulauit dimitti se hierosolimã oratõnis gratia:et que ibi sunt videndi miracula. Jam aũt supradictũs illum:dimisit eum. Veniens nãq vbi grecoꝝ philosophiam didicit.cepit psuadere multis phis ꝛ multitudini gentilũ.atq afferre xp̃o: ostendens eis viam salutis.querebat nihilomin⁹ ꝛ suum p̃ceptorem eubolum qui erat opinatissim⁹ verbi:ad retributõnem in ipsum laborꝫ afferre ĩmaculate fidei.sicut se bene currentẽ ad eam. Omnes etiã eũ sicut magistrũ seq̃bant.qui philosophiã sectabant. Querẽs aũt illuꝫ ꝑ omnia eruditoria:inuenit illũ in suburbano.ꝙquirentẽ in p̃monẽ cũ ceteris p̃bis. Hoc em̃ erat apd illos:festinabat aut dici q̃d aut audiri.plus noui. Disputãte ergo eo reprehendit eũ supueniẽs basili⁹. Et hi qui cũ illo erant:reprehendit qs (inquiũt) te o philosophe:ipe autẽ ait. Aut de⁹ aut basilius. ¶ Recognoscens igit basiliũ.coessentes sibi dimisit eubolus ꝛ coherẽ basilio: tribusq diebꝫ incibati ꝑmanentes ꝙquirebant adinuicẽ. Interrogauit g̃ eubolus basilium:dicens. Que est diffinitõ phie:Qui ait. Prima diffinitõ phie:est meditatõ mortis. Ille admirãs dixit. Quid est mũdus:Qui ait. Qui est sup mundum. Et dulces quidẽ sunt mũdi sermones:amar⁹ aũt valde illi mũdus.qui eũ ꝙtinet vicioſe. Et altera est voluptas corꝑis.ꝛ altera incorꝑoree nature: ꝛ sit hec coesse cuidam nõ delicitis est. Nemo em̃ potest duobꝫ dominis seruire. Verũtamẽ vt virtus est.frãgimus esurientib panem scientie:ꝛ per maliciam intectos ꝓ virtute ducimus subtectum. Si autem ꝛ nudum videmus.circũamicimur: ꝛ vt ꝓximj seis non despicimus. Hec dicens.ꝛ exacuens eum ꝑabolice. saluatoris que erga nos est clemẽtia. ꝙ penitentiam tres cathinos menti ꝓposuit in vestibulum cogitatõnis. Superliminare quidẽ portaꝫ.virtutem adducentem prudentiã.virilitatem.iusticiam.castitatem:que aũt sinistra pte suasionẽ.in vtraq vero pte eius intemperantiã.libidinẽ.ebrietatẽ.impudicitiã.segniciez. criminatõnem.linguositatẽ.incantatõneꝫ.ꝛ quoddã talium examẽ penitentiã aũt decenter stantem.intrementem.subridentẽ.lenem. aduersarios quidẽ increpantem.ꝓximoꝝ aũt indigentez populoꝝ:iuxta eam vero abstinentiã.intellectum.lenitatem.venerabilitatem.timorem.clementiam.ꝛ multoruꝫ bonorum plebem:ipsius historie mens diuina cautela.audientib autem zelorum meliorum occasio. Hec egoipse videns benigne factus sum:ꝛ isto ductus sum o eubole. Sunt em̃ in nobis non ymagines neq enigmata sed ipsa plane veritas ducens ad salutem. Resurgemus em̃ omnes bi in vitam eternam.et bi in obprobrium ꝛ confusionẽ eternam:et astabimus tribunali xp̃i.sicut docẽt nos magni vocib ꝓphete.ysaias.hieremias.ezechiel.daniel.ꝛ dauid rex:atq diuin⁹ paulus post illos. Jpse em̃ penitentie dator.ꝛ ipsius retributõnis dñs:qui ouem quesiuit pditam.ꝛ apostatam puerũ ex patris sinu cũ multis diuitijs.ꝛ seipsuꝫ ꝓdige ꝙsumentẽ:ꝛ postea reuertẽtẽ. fame afflictum sincere ampleratus est ꝛ veste splendida ornauit: ac anulo induit p̃cioso:suadetq peccanti puero seuienti.sicut fratri indulgentiã dare. Jste in inuido dominus p̃ualens benignitate.qui equalez mercedẽ circa vndecimã horam venientib tribuit:ꝛ nobis penitẽtibus ac suscipientib ex aqua ꝛ spũsancto regeneratione.dabit em̃ q̃ ocul⁹ nõ vidit.ꝛ auris nõ audiuit. ꝛ cor hoĩs nõ ascẽderũt:q̃ ꝓmisit de⁹ diligẽtib eũ.

¶ His ex sensu factus:eubolus dixit. O basili celestis demõstrator trinitatis.ꝓ te credo in vnũ deũ patrem omnipotentẽ: ꝛ deinceps vsqꝫ expectãs resurrectionem mortuoꝝ.ꝛ vitã seculi futuri amẽ. Ego aũ in hoc q̃ in me est oñdi tibi. quia oĩa que mihi sũt in

manus tuas dans. reliquū tp̄us vite mee tecū ero: si placitū in ꝓspectu dñi fuerit suscipiens ex sancta aq̄ z spiritu regeneratōez. Basilius dixit. Benedictus dñs deus noster: āmodo z vsq̄ in seculū o eubole. q̄ splēduit lucē verā in mente tua: z transtulit te de multimodo errore. in agnitōz ipius miserie. Quia vero (vt dixisti) mihi coesse vis: ostendā tibi quomō saluti nostre ꝓuideamus. vinculis istius vite nos liberātes venundem⁹ oīa que nobis sunt. z demus indigentib⁹. z sic in sanctā ciuitatem abeamus: ipi visuri que sunt ibi miracul⁹ z apud deū acquiramus fiduciā: z sic vterq̄ que eor erant dispēsantes. ad sanctū baptisma indumenta tm̄ ex ipis ementes. hierosolimaz ibant: ꝓuertētes ad deū gētilū multitudinē magnā.

¶ Quomō Eubolus baptizat⁹ est ī iordane.

APprehēdētes autem hierosolimā. z omnē locuz sacrū fide z amore requirētes. z ipis locis qui ē sup omnia deū adorātes: manifesti fiūt epo ciuitatis nomine maximino. Et se ei ꝓsternētes: postulabāt cōsequi regeneratōz in iordanis fluuio diuinā. Quos videns idē vir sanct⁹. plenus cū esset benignitate. ad impleuit postulatōz eor: z simul cū fidelib⁹ viris venit ad iordanē. Basilius aūt iuxta ripaz fact⁹. ꝓiecit se in humū. z cū lacrimis z clamore forti. postulabat signū reuelari eius fidei. Resurgensq̄ cū tremore despoliauit se vestimētis suis z cū ipis vere vetusto homine: z descendēs in aquā orabat. Descendēs autē sacerdos baptizauit eum. Et ecce fulgur ignis venit sup eos. z colūba ex eodē fulgore venit in iordanez z turbans aquā reuolauit in celū. Astantes aūt in tremore facti: glorificauerūt deū. baptizatus vero basilius: exiuit de aqua. Admirans q̄z maximin⁹ epūs. basilij in deū dilectōez. orans vestiuit eū resurrectōnis xp̄i indumētis. baptizauit aūt z eubolū atq̄ vngens eos sancto crismate: tradidit illis viuificā ꝓmunionē Postulauitq̄ basilū dei sacerdos p oratōem sumē cibuz: qō z fecit dicens. Jbu xp̄e deus noster. credo euāgelice tue voci. z spero in tua benignitate: comedens z bibēs ptra egredientē nobis dyabolū. coopationem nobis sanctisp̄us fieri. Stupens vero sacerdos dei in fide eius: reuersus est cū ipis in sanctā ciuitatem. Annuali aūt tpe inibi ꝓmorātes. ꝓmū sentētia venerūt anthiochiā: z ibi gradū dyaconi suscepit

¶ Quomō basilius epūs fact⁹ missam ꝓposuit: z saluatorem nostrū cum aplis sanctis vidit.

OPnueniētes ergo cetus epor sanctisp̄us coopatōne. elegerunt basilū ad episcopat⁹ sedez. z ꝓsecratus gubernabat ecclesiā dei ꝓuidentia. Post qōdā aūt temp⁹ postulauit deū. vt daret illi gratiā z sapiētiam atq̄ intellectū: ppriis hmonib⁹ offerre in sāguineū sacrificiū illi z venire sup eū sanctisp̄us aduentū Post dies xo sex sicut in extasi fact⁹. ppter aduētū sanctisp̄us septima die appbendēte: cepit mīstrare deo p singulos dies. Et post aliquot tps. fide z ozone cepit ppria manu scribē mīstratōis misteria. atq̄ in vna nocte aduenies ei dñs in visione cū aplis: p positōez panis faciēs in sancto altari excitauit basilium dicēs ei. Scdm tuā postulatōez repleat⁹ os tuū laude: vt p ppr̄ios hmones offeras mihi sanguineū sacrificiū. Qui nō ferēs oculis visionē: surrexit cū tremore. Et accedēs ad sanctū altare. cepit dicere. scribens in cartha sic. Repleat⁹ os meum laude. vt hymnum dicat glorie tue. dñe deus qui creasti nos. z adduxisti in vitā hanc: z ceteras oīones sancti mīsterij. Et post finē oīonū. exaltauit panē sine intermissiōe orans z dicēs. Respice dñe ibu xp̄e de⁹ noster. ex sācto habitaculo tuo. z veni ad sacrificandū nos. q̄ sursum patri tuo ꝓsides. z hic nobis inuisibilit⁹ coes: dignare potēti manu tua tradē nobis. z p nos oīm populo tuo: sancta sanctis. pl's rndit. Un⁹ sanct⁹ un⁹ dñs noster ihs xp̄c. cuz sanctospū: in gloria dei p̄ris amen. Et diuidēs panē in tres ptes: vna quidem cōmunicauit timore multo. alterā aūt reseruauit cōsepelire secū. terciā vero imponēs colūbe auree que pendit sup altare. Eubolus siquidez z cleri p̄ncipes stantes ante portas templi: viderūt lucē intelligibilē in templo. z viros glorioslos cādidas vestes habētes z audiētes vocē populi glorificātis deum: basiliūq̄ cernētes altari astantē. stupefacti in visione cecidert in facies suas: glorificātes deū. Exeunte aūt basilio. pstrauerūt se ad pedes eius. Interrogauit aūt causam adoratōnis z pñtie eor: qui retulerunt ei āmirabilem visionē quā viderūt in templo. Tunc basilius gratias agens sine intermissione dño ppter ei⁹ admirabilia. vocauit aurifabz z fecit colūbaz ex auro puro: atq̄ in ipam deposuit (vt dixim⁹) portionē. pendens eā sup sanctā mēsaz: in figura illi⁹ sancte colūbe que appuit ei in iordane dño baptizato. Hoc autē facto exorsus est hmonē ꝓsolatōnis: dicē ad populū Et ꝓgregata ē multitudo infinita in ecclesia. int' qs erat z magn⁹ abbas effrem: de quo postea narrabimus. quō ex diuina ostēsione visor fact⁹ ē beatissimi patris nostri Basilij. ¶ De hebreo qui vidit infantem partiri in manib⁹ Basilij tempore sacrificij.

ODuino quidē ministerio illo agēte. hebre⁹ quidā se sīc xp̄ianus pp'o ꝓmiscuit. officij mīsterū z mūeris explorare volēs. vidit infantē ptiri in manib⁹ sc̄ti basilij. Et ꝓmūicātib⁹ oīb⁹. venit z ipe hebre⁹: dataq̄ ē ei hostia vera caro facta. Inde accessit ad calicē sanguīe repletū z ipius fact⁹ ē pticeps: atq̄ de vtriscq̄ seruās reliq̄as: abiēsq̄ in domū suam oīdit vrori sue ad ꝓfirmatōnez dictor. z narrauit q̄ ppr̄is oculis viderat. Credens ḡ vt vere. q̄ horribile z admirabile est xp̄ianor misteriū. in crastino venit ad basilium. postulans se sine dilatōne accipe qō in xp̄o est signaculū. basilius aūt sanctus nō deferens. sed consuetam eukaristiam volenti omnes saluare offerens: baptizauit eum cum omni domo sua. credente domino. ¶ De quodam negante xp̄m scripto suo ppr̄io cirographo.

GLadius autez ipsi⁹ sanctissime memorie visor et minister factus ab eo pfectiorum miraculor. z successor sedis post obitum iam dicte memorie apostolice basilij: vir mirabilis et omni virtute decoratus.

enarrauit mihi q; senato; quidã fidelis noĩe ptheri
us.abyt ad sancta ⁊ venerabilia loca:⁊ ibi filiã suam
ꝓsecrare.ac in vno te bene actõnalib⁹ domibus mo
nasterio ꝙ mittere:atq; sacrificiũ deo offerre volens.
Sed ab initio homicida dyabolus inuidens diuine
voluntati.mouit vnũ de seruis suis:⁊ incendit ad pu
elle amorẽ. Is aũt cum fuisset hmõi inchoatõnis in
dign⁹.⁊ nõ audens appropinquare ad ꝓpositum.al
loquitur vnũ abominandoꝝ incantatoꝝ ꝓmittens
se.si meruerit domiari ipius puelle:multam auri tri
buere ei quãtitatẽ. Maleficus vero dixit ad eũ. Ho
mo:ego in istud non ꝑualeo. Sed si vis mitto te ad
meum ꝓcuratorem dyabolũ.⁊ ipse ꝓficiet voluntа
tem tuam. Qui ait ad eum. Quecũq; dixeris mihi:
faciam. Et ait ad eum. Abrenuncias xp̃o in scripto.
Dixit ei. Etiam. Iniq̃tatis aũt opator dicit ei. Si ĩ
isto patus extiteris coopator tibi fiaz. Qui ait ad eũ
parat⁹ sum:tm̃ vt ꝓsequar meũ desideriũ. Et faciẽs
malignitatis magister epistolã ad dyabolũ. misit eã
ad illũ:habentẽ sensuz istũ. Q̃mquidẽ mi dñe ⁊ ꝑ
curator.oportet me a xp̃ianoꝝ religione abstrahere
⁊ tue adducere voluntati.vt multiplicet pars tua.ni
si tibi hunc qui pñtes meas defert lr̃as.cupiditate in
puellã exarsuz:⁊ postulo eũ actõnez istam ꝓsequi.vt
⁊ in isto glorier.⁊ cũ multa alacritate ꝓgregem placi
tores tuos. Et dans ei epl̃am dixit.vade ꝑm talẽ ho
ram noctis sta sup monumẽtuz gentilis.⁊ exalta car
tham in aere:⁊ astabũt tibi qui debẽt te ducere dya
bolo. Qui alacriter hoc faciẽs iactauit miserã vocẽ.
inuocans dyaboli auxiliũ. Et ꝓtinuo astiterũt ei ꝑn
cipes potestatis tenebraꝝ:spiritalia neq̃tie.⁊ appre
hendẽtes errantẽ.cũ gaudio magno:duxerũt eũ vbi
erat dyabolus. Et ostenderũt ei ipm̃ sedentẽ in sede
alta:⁊ in circuitu ei⁹ malignitatis spũs stantes. Et su
scipiens missas a maleficio lr̃as:dixit ad miserũ. Cre
dis in me:qui ait. Credo. Et abnegas xp̃m tuũ:qui
respõdit.abnego. Dicit ei dyabolus. Perfidi estis
vos xp̃iani. Et q̃nquidẽ me opus habetis tũc veni
tis ad me:q̃n aũt ꝓsequim̃ desideriũ vestrũ. negatis
me:⁊ acceditis ad deum vestrũ qui est benign⁹ ac cle
mentissimus:⁊ suscipit vos.ſz fac mihi manuscriptã
xp̃i tui ⁊ baptismatis abrenũciatõne voluntaria.⁊ q̃
in me est in secula voluntaria ꝓfessione:⁊ quia mecũ
sis in die iudicij.ꝺelectans mihi in prepatis eternis
tormẽtis:⁊ ego statim desideriũ tuũ adimplebo. Qui
disposuit ꝓpria manu scriptum.sicut quesit⁹ fuerat.
¶ Statim aũt aiaꝝ corrupto; draco tortuosus.mi
sit illos qui sunt sup fornicatõez demones:⁊ inflãma
uerũt puellã in amore iuuenis. Que ꝓiciens se ĩ ter
ram:cepit clamare ad patrẽ. Miserẽ mei miserẽ mei
mi pater:q; dire torqueoꝝ ꝓpter talẽ puerũ nostruz
Miserẽ visceribꝫ tuis.ostẽde in vnigenita tua pater
num amorẽ:⁊ ꝓiũge me puero nostro quez amo. Si
aũt nõ vis hoc facẽ. videbis me post modicũ amara
morte morientẽ:⁊ sermonẽ dabis ꝙ me deo in die iu
dicij. Pater aũt eius cũ lacrimis dicebat. Heu mi
hi peccatoꝝ:quid ꝓuenit misere filie mee:⁊ Quis me
um thesaurũ furat⁹ est:⁊ Quis meã inq̃nauit filiam:
Quis dulce lumẽ oculoꝝ meoꝝ extinxit:⁊ Ego cele
sti te volebã nubere sponso xp̃o.⁊ angeloꝝ cohabi
tatricem cõstituere.⁊ in psalmis⁊ hymnis⁊ canticis
spũalib⁹ deo canere festinabã:⁊ ꝙ te saluari sperabã.
tu aũt in amorẽ lasciuietatis insanisti. Sine me sicut
volo despõsare te deo. ne ducas senectutẽ meã cum
tribulatõne ad inferos:neq; nobilitatẽ parentũ tuo
rum ꝓfusione operias. Illa aũt ꝙ nihilo reputans q̃
a patre dicebant̃:instabat clamãs. Pater mi pr̃ mi.
aut fac desideriũ meũ:aut post morientẽ me videbis
Pater ĝ in magna defectõne factus. ac ĩmensurabi
litate tristicie absorbtus: ac amicoꝝ ꝓsilijs credulus
hortantũ ei deferre volũtatẽ eius:aut seipam expo
nere ꝓcredens pater.ꝓcepit fieri desideriũ puelle: ne
exitiali se traderet morti. Et adduxit quesitũ puerũ.
ac ꝓpriam filiã:dansq; ei omnẽ substantiã suã.dixit
filie sue. Vade filia vere misera. Multũ em̃ planges
penitẽs in nouissimo:q̃n nihil habes ꝓficere. ¶ In
iquo ergo cõiugio facto.⁊ dyabolica facinorositate
ꝓpleta.ac modico transeñte tpe:designat⁹ est a qui
busdã puer nõ introire ecclesiã.neq; appropinquare
ĩmortalib⁹ ⁊ viuificis misterijs:⁊ dicunt misere con
iugi eius. Scis q; vir tuus quẽ elegisti. nõ est xp̃ia
nus:sed pegrinus fidei ⁊ alienus. Tenebraꝝ ⁊ dolo
rose plage repleta.ꝓsternit se ĩ humũ.⁊ cepit discer
pere scipam vngulis suis:⁊ ꝑcutere pectus acclama
re. Nemo nõ obediens parentib⁹ saluus fuit vnq̃.
Quis annũciabit patri meo meam ꝓfusionẽ: Heu
mihi misere.in quãtaz ꝓfunditatẽ ꝓditõnis descẽdi.
Cur nata sum.⁊ nata ꝓtinuo rapta nõ fui. Ista ergo
lamentari eam discens erratissimus vir eius accurrit
ad eam:ꝓtendens nõ haberi ita veritatem. Illa autẽ
in consolatõnem veniente.suadilibus eius sermoni
bus dixit ad eũ. Si vis mihi satisfacere ⁊ misere ani
me mee: crastina ego ⁊ tu vnanimiter eamus ad ec
clesiam.⁊ coram me ꝓticipa incõtaminatoꝝ miste
rioꝝ xp̃i:⁊ sic satisfacta ero. Tunc coactus dixit ei
sententiã capituli. ¶ Continuo deponens illa mulie
brem infirmitatem ⁊ consiliuz bonum consilians illi:
cucurrit ad pastorem ⁊ ad discipulum xp̃i sanctũ ba
silium.aduersus impietatẽ clamans. Miserere mihi.
miserere mei sancte dei. miserẽ mihi discipule domi:
que cum demonib⁹ causam egi. Miserẽ mihi misere
ꝓprio patri nõ obedientem. Et docet eum rerum ge
starum ordinẽ. Sanctus aũt dei vocans puerum.sci
scitatus est ab eo:si ista ĩ hũc modũ se habẽt. Qui
ad sanctũ dei cũ lacrimis ait. etiã sancte dei si ego si
luero:opa mea clamabũt. Et enarrauit ei etiã ipse a
principio vsq; in finẽ ꝓsequẽtẽ.dyaboli malã opatõ
nẽ. Tũc dicit ei sanct⁹ basilius. Vis reuerti ad dñm
deũ nostrũ. Ad quẽ puer. vtiq; volo. ſ nõ valeo. Di
cit ei sanct⁹. quare: Rñdit puer. Scripto abnegaui
xp̃m:⁊ pfessus suz dyabolo. dicit ei sanct⁹. Nõ sit ti
bi cure. Benign⁹ est em̃ de⁹ nr̃. ⁊ recipiet te penitẽtez
ꝓpatit etiã malicijs nr̃is. Et iactãs se puella ad pe
des sancti euãgelice depcata ẽ eum dicẽs. Discipule
xp̃i dei nr̃i:quãtũ potes adiuua nos. dicit ad puerum
sanctus. Credis saluari: qui ait. Credo dñe.adiuua
incredulitatẽ meã. Et ꝓtinuo apprehẽdens manum
eius.faciensq; signũ xp̃i in ipo.⁊ orãs recusit eum in
vno loco interioris sacri periboli. Et dãs ei regulam
collaborabat ei ꝙ tres dies.p⁹ q̃s visitauit eũ:⁊ dicit
ei. Quõ habes fili: Dicit ad eũ. In magna dñe suz
defectõe. Scte dei nõ fero clamoꝝes eoꝝ.⁊ terroꝝes

nes gr̃a caritatis oẽm maliciã ẽ oblitus. Hic cum a quodã fratre mutuassẽt solidũ vnũ 7 ꝓpassẽt linuz vñ oparet: venit vn⁹ frat petẽs eũ parũ lini vt faceret sibi saccũ. At ille tedit ei cũ gaudio. Itẽ alt venit petẽs eũ linũ: 7 tedit ei. Necnõ 7 alijs plurimis venientib 7 petentib tedit oĩb cuz gaudio. Post h̃ ille q̃ mutuauerat solidũ venit repetẽs eũ. At ille dixit. Ego vado 7 afferã tibi. Et nõ hñs vñ redderet surrexit 7 ꝓfect⁹ ẽ ad abbatẽ iacobũ: vt peteret euz quaten⁹ redderet illi a quo mutuauerat. Et dũ iret ꝑ viam inuenit solidũ iacentẽ. 7 nõ eũ tetigit: sed facta oz̃one reuersus est in cellulã. Et cũ itez frater ille repeteret ratõz suã: dicit ei. Undecũq3 modo tefero illũ. Et itez ꝓfectus inuenit solidũ vbi añ positus erat. 7 facta oz̃one reuersus ẽ. Et ecce itez venit frater ille molestans eũ ꝑ solido. Tunc senex dixit. Modis oĩb modo vado 7 affero illũ. Et dũ ꝓficisceret inuẽnit eodẽ loco solidũ iacentẽ. 7 facta oz̃atione tulit eũ: 7 venit ad abbatẽ iacobũ 7 dic̃ ei. Abba veniẽs ad te inueni hunc solidũ in via. Fac g̃ caritatẽ 7 predica hic in ciuitate: ne forte aliq̃s pdiderit illũ. 7 si inuẽtus fuerit dñs ei⁹: redde illũ. Profectus est g̃ senex 7 ꝑ tres dies pdicauit. 7 nemo inuẽtus est q̃ pdidisset solidũ illũ. Tunc g̃ iobes dic̃ ad abbatẽ iacobũ. Si nemo illũ pdidit: reddo illũ fratri illi. qm̃ debeo illi. 7 veniẽs ad te mutuare: aut certe tollere in caritate reddere illi debitũ meuz: inueni illũ. Et miratus est senex quẽadmodũ debẽs 7 inueniens nõ statim tulit eũ 7 reddiderit: nisi bis 7 tercõ reuersus eẽt 7 pdicasset. Hoc añt erat eius mirabile. q3 si q̃s volebat ab illo aliq̃d mutuari. nõ dabat ꝑ manus suas: sed dicebat fratri. Uade 7 tolle tibi q3 opus habes. 7 cum reportaret itez: dicebat. vade 7 reporta in loco vñ tuleras. Si añt nihil detulisset: nihil ille penitus dicebat.

Abbas poe/ men. §.cxxxix.

men dicebat. Uoluntatẽ tuã nũq3 adimpleas: sed magis humilia teipsum vt facias voluntatem ꝓximi tui. Item abbas poemen qñ vocabat vt ex voluntatẽ suam comederet. ibat plorans: ne inobediens fratri suo contristaret eum. Idem mactans ꝓpriam voluntatẽ: humiliatus voluntatez sequebatur alterius.

Quidam ana/ choreta. §.cxl.

choreta sedebat in speleo iuxta cenobiũ: multas ꝟtutes faciẽs. 7 cũ aliq̃ monachi venissent de cenobio ꝓpulerũt eũ hora nõ cõsueta comedere. Et post h̃ dicũt ei fratres. Cõtristatus es abba: q3 hodie ext̃ ꝓsuetudinẽ fecisti: Quib ille rñdit. Tũc mihi est tribulatio qñ ꝓpriam fecero voluntatẽ.

Abbas paphn. §.cxli.

cius nõ gustabat vinũ aliq̃n. Semel añt ambulans deuenit sup latrones. Et cũ in via eos inuenisset bibentes: cognitus ẽ a ꝓncipe latronũ qui sciebat euz q̃ vinũ nõ biberet. sed vidẽs q3 eẽt ex laboris itinẽ fatigatus: impleuit calicẽ grandez vino: 7 gladium tenens in manu sua dixit leni. Nisi biberis hũc calicem: occidã te. Et cognoscẽs senex: q3 ex mandato dei vult facere. volens eũ lucrari: tulit 7 bibit. Princeps añt latronũ cepit ei dicere. Indulge mihi abba: qm̃ ꝓtribulaui te. Cui senex ait. Confido in deũ meũ: q3 ꝓpter calicẽ vini faciat tecũ misericordiaz 7 in p̃senti seculo 7 in futuro. Dicit ei ꝓnceps latronuz. Et ego ꝓfido in deo: q3 ab hodie nemini malefacio Et sic lucratus est senex oĩe collegiũ latronũ.

Erant duo frẽ. §.cxlii.

tres. vnus ex ipsis senex erat: qui rogabat iuniorez dicens. Rogo vt parit habitem⁹ frat. Ille añt respondit. Ego peccator sum: 7 nõ potes mecũ habitare. Ille ꝟo rogabat eũ dicẽs. Possum⁹. Erat añt ille senior mũdus: 7 nolebat audire. q3 monach⁹ habebat aliqñ cogitatõz prauã. Et dicit ei ille iunior. Permitte quiescere hac vna septimana: 7 itez loq̃mur. Cum g̃ post septimanã senex venisset ad euz: ille volens expiri cum dicit ei. In grandez temptationẽ incidi in septimana hac abba. Profectus enĩ in vicum ꝓpter necessitatẽ peccaui. Et dic̃ ei senex. Et vis penitere: Cum añt ille ꝓmisisset: ait senex. Ego tecum porto mediũ peccati illius. Tũc ille frater dixit. Modo possumus ambo pariter manere. Et manserũt parit vsq3 ad temp⁹ transitõnis sue.

Quidaz senuz. §.cxliii.

dicebat. Quicq̃d horret homo mali: oĩno ne faciat alteri. Horres. n. si q̃s detrahit tibi: tu ne detrahas alteri. Horres si quis tibi calumniã fecerit: vel si q̃s tibi aliq̃d abstulerit. 7 tu siue hec siue alia his similia ne facias alicui. Qui. n. hoc verbum seruauerit: põt illi sufficẽ ad salutẽ.

Abbas poe/ men 7 abbas nub: .§.cxliiii.

post q3 in desertũ venerũt. deside rabat mater eoz videre eos. 7 sepe veniebat ad eorum cellã: nec tñ potuit illic ꝓtemplari eos. Lapto itaq3 tempore: occurrit eis cũ ad eccl̃iam festinarent. Qua visa: reuersi velocit ostium celle clausez̃t Illa añt stans foris cũ lacrimis q̃rebat eos. Tũc abba nub egressus ad beatũ poemen: ait. Quid faciemus de hac matre nostra: q̃ plangit ad ostiuz. Tũc exurgens abba poemen ad ostium. Quo nõ apto: audiens eam iugiter lamẽtari dicit ei. Cur tãtos clamores cũ iã etate defessa sis 7 planct⁹ effundis: Illa añt voce filij cognita: ampli⁹ exclamauit dicens. Qm̃ vos videre desidero filij. Quid est. n. si vos videro: Nõne sum vẽa genitrix: Nõne vos bis meis lactaui vberib: Jã omi morar cõtractõne repleta sum. 7 audita voce tua: oĩa viscera mea ꝑ desiderio cõturbata sunt. Cui poemen ait. Hic nos magl an in futuro seculo videre desideras: At illa dixit. q̃o g̃ si vos h̃ nõ videro: q̃i illic ꝓcerto visura sim: Dene añt rñdente. q̃ si te h̃ cohibẽ potueris ne nos videas: illic ꝓculdubio nos videbis. Tũc illa discessit cũ gaudio dicẽs. Si ꝓcerto illic vos visura sum: hic vos videre iam nolo.

Johannes mi. §. cxlv.

nor thebeus: discipulus abbatis ammonis. p duodecim annos cuidã seni infirmanti fecit obsequiuz. Senex tñ cum vidisset eũ laborantẽ: nunqz illi sermonẽ blandũ aut placituz locutus ẽ. Cũ aũt transiret sedẽtib9 alijs senib9: tenuit manũ ei9 z dic ei tercio. Salueris. salueris. salueris. Et tradidit illũ senibus dicẽs. Iste nõ hõ ꝑ angelus ẽ: q̃ tot ãnis mihi infirmãti: nec tñ bonũ ꝓmõz audiẽs: fecit obsequiũ cũ magna patientia.

Abbas agathon §. cxlvi.

thon veniẽs in ciuitatẽ vt opa sua venderet. inueĩt quendã pegrinũ iacentẽ in angiporta infirmũ: nullũ hñtez q̃ ei curã adhiberet. Et pmãsit ibi senex: z conduxit sibi cellã. z ex ope manuũ suaz p̃stabat infirmo illi obsequiũ. Permansit aũt ibi mẽsib9 q̃tuor donec sanaret infirmũ. Et sic ad cellã suaz regressus est.

Quidam ma. §. cxlvii.

gnus senex infirmãti discipulo suo dixit. Ne cõtristeris fili ex infirmitate vel plaga corpis tui. Sũma enĩ religio ẽ: vt in infirmitate q̃s agat deo gr̃as. Si ferrũ es: p ignẽ eruginẽ amittis. Si ẋo aurum es: p ignẽ ꝓbatus a magnis ad maiora venies. Ne anxieris ġ frat. Si. n. de9 te vult in corpe tor q̃ri. tu quis es vt ei9 potestati resistas: aut moleste feras. Sustine ġ z roga deũ. vt q̃ ipse vult: illa ꝓcedat.

Senex quidã. §. cxlviii.

cũ frequẽter infirmaret corpe z langueret. ptigit vt vno anno nlla eũ egritudo ptingeret. Et ꝓ ea flebat z grauit ferebat dicẽs. Reliq̃sti me dne: z noluisti me pñti hb anno visitare.

Dicebant de §. cxlix.

quodã sene. q̃ cũ mozeret in scitbi: circũsteterũt fratres lectũ eius. z vestierũt eũ z ceperũt flere. Ille aũt ẽ aperuit oculos suos z risit: z adiecit iterũ ridẽ. hb aũt factũ ẽ tercio. Qd cũ vidissent fratres: rogauerũt eũ dicẽtes. Dic nobis abba: q̃re nobis flẽtibus tu ridebas: Et dicit eis. Primo risi q̃ vos timetis mortẽ. Scdo risi: q̃ nõ estis pati. Tercio risi: qa a labore ad requiẽ vado. Hec cũ dixisset: statim clausit oculos in mortez.

Abbas pammon §. cl.

in ipsa hora qñ transiebat iã de corpe: dixit alijs viris sanctis astantib9 sibi. Quia exeo quo veni in hũc locũ solitudinis. z fabricaui mihi cellulã z habitaui in ea. extra manuũ meaz laborẽ nõ recolo me ꝓmedisse panẽ. neqz me locutũ fuisse sermonẽ quem me ꝓtulisse peniteret vsqz in hanc horã. z sic vado ad dñm. quomodo q̃ nec initium seruiendi deo adhuc fecerim.

Abbas agathon §. cli.

dum mozeret: p tres dies oculos aptos tenuit: nõ eos mouens. fratres aũt tangẽtes eũ dixerũt. Ubi nũc es abba: At ille dixit. In conspectu iudicij dei sto. Et dicunt ei fratres. Nunq̃d z tu times: Quibus ille rñdit. Interea q̃tum fuit ad virtutẽ meaz semp consideraui vt mandata dei mei facerẽ. Sed homo sum: z vnde scio si opa mea deo placẽt: Cui fratres dixerũt. Nõ confidis in opa tua: q̃ hm deũ sunt: At ille rñdit. Nõ cõfido in ꝓspectu dei. quia aliud ẽ iudiciũ dei z aliud hoim.

Abbati ysaac §. cli.

cum tempus mozmitõis eius aduenisset: z multi alij senes cõuenissent. viderũt faciẽ eius fulgore quodã radiantẽ. Et dicit eis ipse. Ecce abbas antoni9 venit ad nos. Et post parũ ait. Ecce z chorus ꝓphetarũ. Et iterꝝ facies ei9 clarior luce aspsa est. Et dixit eis. Beati q̃z apli assunt. Ui sus q̃z ẽ cũ q̃bus dã loqui. Cuz ġ postularent ab eo patres. vt cũ q̃bus loqueret ediceret. ait ille. Angelu inquit venerũt auferre aiam meã. z supplico illis: vt paululũ me ꝓpenitentia agẽda sustineãt. Dicũt aũt ei patres. Tu iam nõ indiges penitentiaz agere abba. At ille rñdit. In veritate dico vobis: quia nec initiũ penitentie me reminiscor arripuisse. Ex quo dicto senserũt q̃ in timore dñi eẽt ꝓfectus. Tũc in splẽdore solis effigie relucẽte eius: dicit ad eos ipse. Uidete videte: q̃ dñs venit. In hb sermõe reddito spiritu omis locus ille grato odore repletus est.

Beatus arseni9 §. cliii.

duz temp9 eius vt migraret de hb seculo approximaret: dicebat ad discipulos suos. Nemo sup me faciat caritatẽ: nisi in sola oblatõne. Ego si feci caritatẽ inuenio illã. Turbatis aũt discipulis ei9: q̃i iaz tẽpore ꝓpinquãte dicit eis. Necdũ hora mea venit: cum aut venerit nõ tacebo. Sz tñ stabitis mecũ añ diuinũ iudiciũ: si alicui de meo corpusculo aliq̃d vlut reliq̃as dederitis. Illis aũt rñdentib9. Et q̃d faciemus pater: q̃ nescimus hoiez sepelire: Rñdit ille. Nũquid nescitis funez in pedib9 meis mittere: z ita me ad montẽ trahere. Pili aũt oculoz ei9 ex iugi fletu ceciderant. Nam p omne temp9 vite sue sedens z opans: pannũ in sinu suo hẽbat ꝓpter lacrimas defluẽtes ex oculis eius. Dũ ġ mozeret cepit flere. Et cũ fratres illius requirerẽt: dicẽtes. Quid fles pat: Nũquid z tu times: Ille rñdit. In veritate timeo. Et iste timor q̃ nũc mecũ est: sp in me fuit. ex quo factus suz monachus. Cũ aũt vidisset abba poemen q̃ transiit: dixit. Beat9 es abba arseni: q̃ te tãtũ i hb seculo plãxisti. Qui. n. hb se nõ planxerit: illic se lugebit. Aut ġ b ex volũtate: aut illic pro tormẽtis impossibile ẽ hoiez nõ plangẽ. Abbas daniel narrauit de eodẽ bto arsenio. q̃ nunqz voluẽrit loq̃ de q̃stionib9 scripturaz: cũ magnifice posset si voluisset. hb neqz epl̃az cito scripsit ad aliquez. Qñ aũt ad ꝓuentũ veniebat: post colũnã sedebat ne q̃s videret faciẽ ei9. z ne ipse aliquẽ videret aliũ. Erat aũt visio eius angelica: sicut iacob. capillis canus z ornatus. elegãs corpe: siccus tñ. Hẽbat aũt barbã plixã: oĩno attingentẽ vsqz ad ventrẽ eius. Lõgus aũt erat: hb senio longinquo curuat9. Mozit ãnozũ nonagitaq̃nqz. Hic fecit in palacio (diue mẽorie)

theodosij maioris: q̄ fuit pr̄ archadij 7 honorij: annos q̄draginta. Et decē annos in loco q̄ dr̄ trooin sup̄ babiloniā: ꝫ ciuitatē q̄ dr̄ mēphis. Et tres annos in canapo alexādrie. Alios duos annos reuersus itez in trooin. 7 ita dormiuit in pace: ꝓ summās cursum suū vir bonus 7 spūsancto plenus 7 fide.

Beatus atha ¶ .§. cluii.

nasius episcopus rogauit aliqñ abbatez pammon: vt iret in alexandriā. Qui descendēs cuz fratribus: cum vidisset quosdā seculares dicit eis. Surgite 7 salutate monachos: vt benedicamī ab eis. Freq̄nt̄ enī isti loquūt̄ cū deo: 7 os eoz sanctū est. Et cū vidisset ibi mulierez theatricā: lacrimatus est. Et req̄ sierūt astantes cur plangeret. At senex rñdēs dixit Due me res ad has lacrumas ꝓpulerūt. Una q̄dē ꝑditio illius mulieris. Scōa ꝙo: q̄ ego tantā curā nō habeo placēdi deo: quātaz hz hec mulier vt hominiby turpiby placeat.

De quodaz sene ¶ .§. clv.

dicebat̄. q̄ quotiēs illi sua cogitatō dicebat: dimitte hodie 7 cras penitebis. ipse iterū rñdebat. Non ita. ß hodie debemus penitere: 7 cras volūtas dei fiat in nobis.

Quidā ex patri ¶ .§. clvi.

bus de aliquo referebat episcopo: eo q̄ audisset duos de plebe sua viros nimie impuritatis adulteros Rogauit ꝫ deū: vt si ita esset sibi oñderet. Cum ergo post oblatōz consecratā vnusquisq̄ ad cōmunionē accederet: singloz facies intelligebat 7 aīos. Peccatoz. n. facies nigras inspiciebat vt carbonē 7 oculos eoz sanguine repletos. Alios ꝙo vidit clara facie 7 vestibus albis indutos. Cum aūt corpus dñi suscepissent: in quorundā vultiby lumē: in quorūdā flama videbat̄. Ut aūt agnosceret de illis q̄rū crimina audiebant̄: cōmunionē illis porrexit. et vidit vnū ex eis clara facie 7 honorabili: albisq̄ vestibus circūdatū. altez ꝙo nigrū 7 horribili vultu. Et postq̄ diuini grām mysteriū ꝓceperūt. illuz vis quedā illustrabat: istū ꝙo aliū q̄ flama succēdebat Orauit aūt epūs de singulis que ei oñsa fuerant: se doceri. Astitit aūt angelus dñi: dicēs ei. Omīa que de ipsis audisti vera sunt. ß ille vnus in sordiby suis pmanet 7 in volūtate peccandi. ideo illū nigra facie 7 flama succendi vidisti. Ille ꝙo alter similis ei⁹: q̄dā erat sicut audieras. ß ideo illū clara facie illustrari vidisti: q̄ recordatus de his que primū fecit: abrenuncias illis malis opiby cum lacrimis 7 gemitiby dei miscdiaz postulabat. pmittes q̄ si ꝑterita ei fuissent remissa peccata: vlterius ad eadē nō rediret. 7 ideo priorib⁹ deletis crimiby: ad hanc grām quam vidisti puenit. Cum aūt epūs grām dei miraretur: eo q̄ non solum de tormentis tam turpis vite hominē eruerit: ß etiaz tanto honore decorauerit. Respondens angelus dixit. Bñ miraris: hō enim es. Nam dñs noster ac vester naturalit̄ bonus 7 bñignus est cessantiby a peccatis. penitentiby. n. se ꝓ confessionem non solum peccata dimittit: sed etiaz honore efficit dignos. Sic. n. dilexit deus hominē: vt vnigenitum suū filium ꝓ peccatoribⁿ destinaret. et ꝓ ipsis daret ad mortez. Qui ꝫ dum inimici eius essent: mori ꝓ ipsis elegit. quantomagis qñ illi ꝓpri fiant: Hoc ergo scias. q̄ nullum peccatū hūanum bonitatez dei vincit: si tm̄modo ꝑ penitentiaz vnusquisq̄ ea que prius fecerat aboleuerit mala. Misericors enim deus: 7 infirmitatē generis vestri scit. 7 passionū fortitudinē. 7 dyaboli virtutem vel maliciam. 7 cadentiby quidez hominibus in peccatū: tanq̄ filijs indulgens expectat emendatōz. penitētiby ꝙo tanq̄ languidis compatit̄. 7 mox soluens peccata eoz: iustoz illis etiam premia tribuit. Audiens ꝙo hec episcopus: miratus est nimis. 7 glorificabat deum.

Abbas paulus ¶ .§. clvii.

simpler habebat hanc grām. vt ingredientes in ecclesiaz aspiceret: 7 ex ipsa facie eoz vniuscuiusq̄ cogitationes seu male essent seu bone: sentiret. Cuz ꝫ venissent ad ecclesiam 7 ingrederentur. senex vidit eos clara facie 7 leto animo ingredi: 7 angelos eoz pariter cū gaudio cum ipsis. Unū autez nigruz vidit 7 nebulosum habentē corpus: 7 demones hinc atq̄ inde trahentes eum ad se misso freno in naribus. 7 angelum sanctum eius alonge sequentez tristem. Beatus ergo paulus cepit flere 7 pectus suum tundere: sedens ante ecclesiam ꝓpter eū quē talem viderat. Omēs autez alij senes videntes eū sic flentem: ceperūt rogare vt si quid in ipsis vidisset: manifestaret. aut cum eis ingrederet̄ in congregatōz Ille aūt nolebat ingredi: sed semp flebat ꝓpter euz quem sic viderat. Post paululū autē cum absoluta congregatione discederent. iterū omnū vultus circumspiciebat: si tales egrederent̄ quales ingressi sunt. Et vidit illum quez ante vidit nigrum 7 nebulosum: egressum de ecclesia clara facie 7 cādido corpore. 7 demones alonge sequentes eum. sanctū autem angelum eius ꝓpe eum hilarem 7 gaudentē super eum nimis. Tunc paulus exurgens cuz gaudio vociferabat̄ benedicens deum: ac dicens. Quanta miscdia 7 benignitas dei est: quanta miseratō eius est: Et ascendens in altioreZ locuz: magna voce dicebat. Uenite 7 videte opa dei: venite 7 videte quē admodum vult omnes homines saluos fieri: 7 ad agnitionez veritatis venire. Uenite adoremus euz dicentes. quia tu solus potes peccata tollere. Cum autem omnes cōuenissent: exposuit eis paulus qd̄ vidisset anteq̄ ingrederent̄ in ecclesiam 7 q̄ postea 7 petebat illum fratrem quem sic viderat: vt ei manifestaret cogitatōnes suas 7 actus: vel quēadmodū tantam cōmutatōz illi deus donasset. Ille autē añ oēs cepit referre: dicēs. Ego sū hō pctor: 7 in mltis temporibus sum deditus. Ingressus aūt nūc in ecclesiam dei: audiui verba Isaie ꝓphete. magt aūt dei ꝑ ipsum loquentē. Lauamini. mūdi estote. 7 tollite malicias de animabus vestris ante conspectum meū. Discite bñ facere: q̄rite iudiciuz. Et si fuerint pcta vra tanq̄ coccinū: velut nix dealbabūt̄. 7 si volueritis 7 audieritis me: bona terre ꝙmedetis. Ego aūt miser 7 fornicator ꝓpūctus in ß sermone ꝓphete 7 ingressus intra pectus meū: dixi ad deuz. Domie

tu es q̄ xp̄i saluare pc̄tores. Hec ḡ q̄ nūc p̄ apbe tā p̄musit: ope cōple ī me indigno pc̄tore. Ecce ei āmodo p̄fiteor tibi: 7 ex toto corde p̄fiteor. q̄ hoc vlterius nō faciā malū ꝑ renūcio oi iustitie. 7 âmo do seruio tibi in p̄scia mūda. Ab hodie ḡ dñe et ab hac hora suscipe me penitentē 7 adorantē te: 7 re nunciantē omib⁹ peccat⁊. Iurauī 7 statui apud me seruare oēs tuas iustificatiōes. Sub hac ḡ ip̄sīōe egressus sum de eccīa: statues apud me, nihil de p̄i oribus peccatis vlterius facē. Tūc omēs senes excla mauerūt: dicētes ad dñm voce magna. Q̄magnifi cata sunt opa tua dñe: oīa in sapīa fecisti.

Abbas iose .§.clxiii.

phel dū cū alijs senib⁹ ad abbatē poemenē venissꝫ: quidā ex parentib⁹ p̄dicti senis attulit infantē: cui⁹ facies p corruptōꝫ fuerat deprauata. 7 sedēs p̄ ei⁹ cū eo foris monasteriū plorabat. Cū aūt vnus senex ad vocē flentis egressus eēt: 7 interrogaret euꝫ cur plorar et. ille rn̄dit. Parens sum istius abbatis poe menis. 7 ob ꝫ veni vt hūc infantē quē temptatō cō terit: vidisset. 7 timuimus illū huc afferre. Et nūc si cognouerit q̄ hic sum: adhuc expellit me hīc. Ego aūt vidēs vos p̄res q̄ ad eū venistis: p̄sumpsi venire huc. Q̄ō vis ḡ abba miserere mei. 7 tolle infantez hūc 7 defer intus tecū vt oret p eo. Quē cuꝫ senex attulisset in cellam: sapienti vsus p̄silio. nō illū obtu lit p̄imo abbati poemeni: ꝫ a minoꝛib⁹ fratrib⁹ inci piens: dicebat. Signate hunc infantē fratres. faciē tes oꝛonez: rogans p singulos senes. Post oēs de tulit illū ad abbatē poemenē. At ille nolebat eū con tingere. Cū aūt rogarent eū vt sicut omēs: ita 7 ille oꝛaret. exurgēs senex ingemuit: 7 oꝛauit dicēs. De⁹ sana factura tua: ne dominet illi inimic⁹. Et signauit infantē. moxq̄ patri sanus ē redditus.

Requisitus qui .§.clxiv.

dā ex patrib⁹. si p̄fectū bonū eēt egestas. rn̄dit. Ma gna est penuria. Nā qui eā voluntarie sustinet: tri bulatōꝫ quidez carnis hꝫ. aīe ꝙo sue inueīt req̄em.

Quidam frater .§.clxv.

req̄sīuit senem dicēs. Si paucos nūmos mihi debꝫ frat: iubes vt repetā eos: Cui senex ait. Semel tm̄ modo dic illi cum humilitate. At ille dixit. Quid si semel dixero: 7 nihil mihi dederit. q̄d faciā: Tūc se nex ait. Alterius nihil ei dicas. At ille dixit. Et q̄d faciam q̄ nō possum vincere cogitatōꝫ meā: nisi fu ero illi importunus: Dicit ei senex. Dimitte cogita tionē tuā crepare tm̄modo ne p̄tristes fratrez tuuꝫ: q̄ monachus es.

Quidam fra .§.clxi.

ter requisiuit senem: dicens. Q̄nō p̄ōt aīa humili tatez adipisci: Ille rn̄dit. Si sua tm̄modo 7 nō al terius mala consideret. Dicebat aūt. q̄ p̄fectio ho minis hūilitas est. quantūcūq̄ꝫ. n. deposuerit se hō ī humilitate: tantū p̄ficit in altum. Sicut. n. superbia si ascēderit in celū: vsq̄ ad inferos deducīt. ita humi litas si descēderit vsq̄ ad infernum: tunc exaltatur vsq̄ celos.

Abbas macha .§.clxii.

rius dum ambularet in deserto: caput cuiusdaꝫ ho minis aridū inuenit in terra. Quod postq̄ baculo suo cōuertit: vocē visuꝫ est emittere. Cui senex q̄d nam esset interrogat. At ille rn̄dit. Ego quidē p̄n ceps eram sacerdotū ydoloꝝ: qui in hoc loco habi tabant. Tu aūt es abbas macharius spiritu diuīo repletus. Quacūq̄ꝫ. n. hora miserius eoꝝ fueris q̄ in pena sunt: 7 p eis oꝛaueris: consolationē aliquā sentiunt. Cui senex. Et que est consolatio vra vel pena respondet: At ille altius ingemiscens. Quan tum inquit celum distat a terra: tantum ignis est al tus in quo medio sumus: a pedib⁹ vsq̄ ad caput vn diq̄ p̄fusi. nec cuiq̄ licet faciez alterius intueri: sed facies nostro dorso cōiuncte sunt. Cuꝫ ergo oꝛas p nobis: ex pte videmus alterutrū. 7 hoc nobis p cō solatōne constat. His auditis lacrimas fudit dicēs Ue dici illi in quo homo mandata dei trāsgressus est. Et item ab eo si esset altera pena maioꝛ inquirit Cui ille rn̄dit. Sunt nobis alij m̄lto inferius. Cūq̄ qui essent illi interrogaret: dixit. Nos quidē q̄ deuꝫ non cognouimus: misericordiā quantācunq̄ pati mur. illi ꝙo qui cognitum negauerunt: grauioꝛib⁹ 7 ineffabilibus penis subtus nos cruciant. Quibus auditis beatus macharius capite altius terre defos so discessit.

Quidam fra .§.clxiii.

ter requisiuit a sene dicens. Abba. cur a demonib⁹ grauiter impugnamur: Rn̄dens senex dixit. Quia arma nostra p̄dicimus a nobis. i. patientiā. humili tatē. mansuetudinē atq̄ obedientiā.

Quidam fra .§.clxiiii.

ter req̄sīuit abbatez syrioium dicēs. Putas abba: si mō plequt̄ nos dyabol⁹ sic antiq̄s p̄des. rn̄dit. Ma gis mō hoīes plequt̄ nr̄e etat⁊. q̄ appropinquāt pe nar̄ genera. vbi ille cū legiōib⁹ suis āgustat: dū scit stagnū vbi cū igne 7 sulphure erit arriur⁹. Jō hoīb⁹ infestat̄. nec tm̄ infirmos q̄sq̄ appetē digt̄: q̄s vbi voluerit cito subuertit. ꝫ fortes magis 7 magnos sup plantare p diuersa p̄cipicia aggredit̄.

Quidā frēs re .§.clxv.

q̄siert abbatē siluanū. p quā viā adept⁹ eēt tantaꝫ p̄udētiā. Rn̄dit eis ille dicēs. Nūq̄ dimisi morari cogitatōes malas ī corde meo q̄ deū, puocarētad irā

Beat⁹ antoni⁹ .§.clxvi.

dicebat. Si possit fieri. quātos passus ambulet mo nach⁹ vel q̄t calices aq̄ bibit in cella sua: hꝫ declara re senioꝛib⁹ vt nō deuiet̄ ī ipis.

Abbas poe .§.clxvii.

men dixit. In nullo sic gaudz inimic⁹: quomodo in illo q̄ nō vult cogitatōes suas manifestare.

Quidam fra .§.clxviii.

ter dixit ad senez. Ecce abba frequenter interrogo seniores patres vt dicāt mihi cōmonitiōꝫ p salute anime mee. 7 quicquid dixerint mihi: nihil retineo.

Erāt aūt seni duo vasa vacua. ⁊ dicit ei senex. Ua de ⁊ affer vnū ex illis vasis ⁊ mitte aquā ⁊ lqua illō. ⁊ effunde ⁊ pone nitidū in locū suū. Fecit ḡ ita frat' semel ⁊ bis. Et dicit ei senex. Utraq; vasa simul affer. Et cū attulisset dic̄ ei. Quale ē ex vtrisq; mundi?: Rn̄dit frat'. Ubi aquaz misi ⁊ laui. Tūc senex dic̄ ei. Sic ē ⁊ aīa fili q̄ frequent' audit ꝟba dei. Q̄ nuis nihil retineat ex his q̄ interrogat: tn̄ plus mundat' q̄ illa q̄ nō req̄rit.

Quidaz senex .§.clxix.

dixit. Qn̄ opa bona exercet monachus: veniēs dy abolus locuz nō inuenit in eo ⁊ statim discedit. Si aūt malū opus exercet: veniēs frequent' spūs dei et vidēs malū opus. nō ad eū accedit: ꝫ recedit. Si aūt ex toto coꝛde itez req̄sit? fuerit: cito reuertet'.

Quidam senex .§.clxx.

dixit. Usq; tūc debet laboꝛare monach?: vsq; quo possideat xp̄m. Qui aūt semel illū adept? fuerit: iaz nō laboꝛat. Permittit tn̄ dn̄s laboꝛare electos suos: vt rememoꝛent' tribulationū laboꝛes. vñ semetipsos custodiāt: timētes ne tātos laboꝛes amittant Nā ⁊ filios isr̄l ideo de? p̄ desertū quadraginta annos circūduxit: vt rememoꝛatis tribulatōib; nō redirent retroꝛsum.

Quidā frater .§.clxxi.

interrogauit senē dicēs. Dic mihi p̄: quare nūc laboꝛātes monachi nō accipiūt gr̄am sic̄ antiq̄ p̄es: Cui senex dixit. Tūc tāta caritas erat: vt vnusq̄sq; p̄imū suū sursuz trahēt. nūc ꝟo post ꝫ caritas refrixit: totus mūdus in maligno positus ē. singli p̄imos suos ad inferioꝛa deducūt. ⁊ ideo sic gr̄az non soꝛtimur.

Quidam fra .§.clxxii.

ter requisiuit senē dicēs. Putas abba: cognoscunt scti viri qn̄ venit in eos gra: rn̄dit senex dicēs. Nō sp̄ ꝓgnoscūt. Nā cuius dā magni senis discipul? cū peccasset in aliq̄ re: iratus senex dixit ei cū clamoꝛe. Uade ⁊ moꝛere. Et statim ille cecidit ⁊ defunctus est. Cūq; senex vidisset cū moꝛtuū: timoꝛ ingēs irruit sup eū. ⁊ cū magna humilitate oꝛauit: rogās deuz ⁊ dicēs. Dn̄e ihu xp̄e resuscita illū: ⁊ iā vlter? sine ꝓsideratōe talē nō loquar sermonē. Et cū h̄ dixiss; statim surrexit discipulus eius.

Abbas poe .§.clxxiii.

men dixit. Nō q̄ alios docet ⁊ nō facit ipse q̄ docet silis ē fonti alto q̄ oīz res lauat ⁊ oēs saciat potu: se aūt ip̄m lauare nō pōt. ꝫ hz ⁊ immūdicias ⁊ sordes limoꝛ. Itē dixit. Doce alam tuam seruare: q̄ ligua tua alios docet.

Quidam ana .§.clxxiiii.

choꝛeta cū venisset ad abbatē poemenē: suscepit eū senex cū leticia. Et cū se alterutz amplexi fuisset: cepit anachoꝛeta de scripturis sanctis ⁊ de rebꝫ celestib; cōferre. Tūc senex vertit faciē suā ad aliū frēm ⁊ nō dedit anachoꝛete rn̄sum. Ille ꝟo vidēs q̄ non loq̄ret' cū eo: egressus ē tristis ⁊ dicit discipulo illi? Sine cā tanti itineris laboꝛez assumpsi: vt venirem ad eū q̄ mihi loq̄ dedignat'. Ingressus aūt discipulus ad abbatē poemenē dixit. Pꝛopt' te huc venit abba iste hō magnus: tantā gloꝛiā in locis suis habēs. ⁊ tu n̄ vis loq̄ cū ipso: Rn̄dēs senex dixit. Iste hō de supioꝛib; ē ⁊ celestia loquit': ego aūt de inferioꝛib; sum ⁊ terrena vix loq̄ possum. Si mihi locut? fuisset aliq̄d de passionib; monachi: forsitā ⁊ ego respōdissez illi. Si aūt de celestib; loq̄t': ego me nescire ꝓfiteoꝛ. Egressus ḡ discipul? dic̄ ad anachoꝛetā. Senex iste nr̄ nō vult de altioꝛib; questionib; loq̄: ꝫ siquis ei de passionib; locutus fuerit: rn̄ det illi. At ille ꝓuctus in hoc ꝟmone: ingressus ad senē dixit. Quid faciā abba: q̄ dn̄ant' mihi passiones coꝛdis mei: Tūc senex respexit eū gaudēs: ⁊ dixit ei. Modo bn̄ p̄ venisti. Aperio ḡ os meū ⁊ implebo illō bonis tuis. Et h̄ sermone adiutus ē anachoꝛeta: ⁊ dixit. In veritate bona ē h̄ via quaz tenes ⁊ vera. Et agens seni gr̄as: reuersus ē in ꝓp̄riā regionē.

Quidam se .§.clxxv.

nex dixit. Siq̄s aut de scripturis aut de q̄cūq; causa locut? fuerit: ne ꝓtēdas cū eo. ꝫ siq̄dē bn̄ dicit: cō senti ei. si ꝟo male: dic ei. Tu scias q̄uo loq̄ris. Ait apl's. Noli ꝓtendere verbis. Hoc obseruās. ⁊ humilitatē possidebis: ⁊ odiū euitabis. Nā si p̄sistas ꝓtēdens. ⁊ vis defendē sermonē tuū: nascet' scandaluz. Frequēt' ḡ dū laudas altez: fit etiā ex iustificatōne ꝓtentio. De quacūq; aūt re grauit' ꝓtēderis: nō p̄uam noxietatē senties. ⁊ nullo modo requiē possidebis. Magis aūt stude silentiū: ⁊ de nullo es sollicit? Attende meditationi tue tam mane q̄ vespe: ⁊ impetū inimicoꝛ nō timebis.

Quidā frater .§.clxxvi.

interrogauit senē: dicēs. Usq; quo est obseruandū silentium pater: Respondit senex. Usq; quo interrogaris. In omni.n. loco si taciturnus fueris: req̄z possidebis.

Abbas pam .§.clxxvii.

mon dicebat. Sicut apis quocunq; vadit mel operatur: ita ⁊ monachus quocunq; pergit. si ꝓpter opus dei ꝓrexerit: dulcedinez bonoꝛ actuū sp̄ potest p̄ficere.

Abbas mu .§.clxxviii.

tues venit aliquando de loco qui vocatur ragithā in ptib; gebolonis. Erat aūt cum eo etiā discipul? eius. Uidens aūt eū ep̄us loci illius: tenens eū inuitum p̄esbiterū fecit. Et dum pariter comederent: dicit ei episcop?. Indulge mihi abba. scio enī quia hūc honoꝛez nolebas: ꝫ ego a te bn̄dici desiderans h̄ p̄esumpsi facere. Cui senex ꝓ humilitate ait. Et mea cogitatio pax volebat. ꝫ i h̄ laboꝛo: q̄ dimidi habeo a fratre q̄ mecū ē: ⁊ sol? n̄ sufficio oꝛōes meas implē. Dic̄ ei ep̄s. Si scis eū ee dignum: oꝛdino ego ⁊ illuz: Rn̄dit abbas mutues. Siquidē dign? sit: nescio. vnum aute scio: q̄ melioꝛ me ē. Oꝛdinauit aūt ⁊ illum. Utriq; tn̄ ipsi ita ꝓmanserunt vsq; ad

finem suum. vt non ad altare q̄tum ad oblatōez sacrandam accederent. Unde dicebat senex. Confido in deum meū: quia nō habeo grande iudiciuz ꝓpter hanc ordinationez: quia oblatōz non mihi ꝓsumpsi offerre. Nam ordinatio hec illorum est qui sine culpa sūt: iusti 7 immaculati. Ego aūt bene me cognosco.

Quidā frater. §. clxxix.

beatum macharium postulabat: vt ei sermonez diceret p quem posset saluari. Cui senex ait. Optz fugē homies 7 sedere in cella 7 p peccatis iugiter lamētari. 7 qđ sup omēs virtutes est: tam linguam coercere q̄z ventrē.

Abbas arseni. §. clxxx.

dum adhuc secularis ī palacio morarē: orauit dominū dicens. Dñe ostende mihi viam p quaz possim saluari. Et audiuit vocem dicentē sibi. Arseni fuge homies 7 saluaberis. Cum ǧ recessisset in solitudinem 7 eundez sermonez oraret: rursus audiuit sibi vocez dicentez. Arseni fuge. tace. 7 q̄esce. Hec enim sunt principia salutis. Cum ad eundē arsenium theophilus archiepus venisset: aliquē ab eo audire sermonez edificatōis. Tunc sanct⁹ arsenius ait cunctis qui aderāt. Si dixero vobis aliq̄d custodiet̄: Quod cum illi gratant̄ promisissent: addidit ille. Quocūq; loco audieritis arsenium: illuc vlten⁹ ne accedatis. Item cum eum vellet archiepus videre: misit primo videre si aperiret ei. At ille remandauit ei dicens. Si solus veneris aperio tibi. si aūt cū pluribus: vltra hic nō sedebit arsenius. Quod cuz audisset episcopus. ceptum iter distulit: ne ꝓpter se de loco illo heremita discederet. Venit aliq̄n isdez abbas arsenius in quendā locum. 7 erat harundinetū 7 motū est vento. Et ait senex ad fratres. Quis ē h motus: Et dicunt ei. Harundines sunt. Dic̄ senex Vere si quis sedet cuz quiete: 7 audierit vocē auis nō habebit cor eius eandez quietem. quantomagis vos habentes sonum harundinū harum. Dicebāt autē de eo: quia erat cella eius longe milia triginta duo. 7 non exiebat cito: sed alij ei faciebant ministerium. Q̄n autez in solitudinez redactus est locus q̄ vocat̄ scithi: exiuit plorans 7 dicens. Perdidit mūdus romam: 7 monachi scithiam.

Quidam frēs. §. clxxxi.

dum linū ex thebaida ꝓgerent compare: dixerūt. p occasionez beatū videamus arseniū. Quod cū daniel discipulus eius nunciasset: p̄cepit. vt p qua cā illuc aduenissent de alexandria ab eis inquirēt. Cū ergo renunciasset q̄ ꝓpter linum ꝓgerent compandum. Rn̄dit arsenius. Ergo faciem meā nō videbunt. q̄z non ꝓpter me: sed ꝓpter opus suum aduenerunt. Vade itaq; 7 susceptis eis fac obsequium: 7 dimitte eos dicens. quia senex non pōt vobis occurrere. Cum quidaz ad eundez beatum arsenium ex fratribus aduenisset. volens videre eum pulsauit ostiuz. Abbas aūt arsenius sperans suū eē discipulum: aperuit ei. Sed postq̄ alterum esse conspexerat: mox se in terram ꝓiecit. Illo aūt surgere eū postulante: rn̄dit. Non hinc exurgam nisi discesseris. Per multas aūt horas rogatus a fratre: non acq̄euit donec discederet ille qui venerat. Astiterūt aliq̄n abbati arsenio dēmones in cella sedenti: 7 tribulabant eum. Supuenerūt aūt ei fratres qui ei ministrare solebant: stanteq; extra cellaz audiebāt euz clamantez ad dn̄m: 7 dicentē. Dñe non me derelinquas: q̄z nihil boni feci coram te. sed presta mihi ꝑm benignitatē tuaz. saltim modo assumere initia bene vivendi. Cū interrogaret aliq̄n abbas arsenius q̄ndam senem egyptium de cogitationibꝫ suis. Alius videns eum dixit ei. Abba arseni: quomodo tu qui tanta eruditione in latina 7 greca lingua edoct⁹ es: rusticum istuz de cogitationibus interrogas: Et ille rn̄dit dicens. Latinam quidez 7 grecam linguaz quantum ad seculum pertinet apprehendi: sed alphabetum rustici huius necduz discere potui. Senes dicebant. quia dederint aliquando quidā in scithi fratrib⁹ paucas caricas. 7 quia pauce erant: non transmiserunt ex eis abbati arsenio: ne velut iniuriam pateretur. Ille autez cum hoc audisset: non est egressus iuxta morem ad collectam cum fratribus: dicens. Excommunicastis me: vt non mihi daretis eologiam quam transmisit dominus fratribus. ex q̄ non fui dignus accipere. Quod cuz audissent: oēs edificati sunt in humilitate senis. Et vadens presbiter portauit de caricis illis. 7 adduxit eum in congregatione gaudentem. Dicebant autem de eo: q̄a nemo poterat comprehendere modum conuersationis eius. Sedente eodem abbate arsenio aliquā do in interioribus egypti. cum illic importunitatez pateretur: visum ei est derelinquere cellaz 7 nihil ex ea tollere secum. 7 sic profectus est ad discipulos suos. paranitas. alexandrū. 7 zoilum. Dixit ergo. Tu alexander surgēs nauiga. Et zoilo dixit. Veni mecum vsq; ad flumen 7 quere mihi nauiculam alexādriam nauigantez. 7 nauiga etiam tu ad fratrez tuum. Zoilus autem turbatus in verbo est: 7 tacuit. 7 ita diuisi sunt abinuicez. Descendit autez senex circa partes alexādrie: 7 egrotauit egritudine magna. Discipuli autez eius dixerunt adinuicē. Putasne aliquis nostruz contristauit senem: 7 propterea diuisus est a nobis: Et non inueniebant inter se contristationis causam. neq; quia aliquando ei inobedientes existerent. Cum ꝯo sanatus fuisset senex: dixit ad seipsum. vadaz ad fratres meos. Et ita nauigans venit ad locum qui dicitur petra: vbi erant supradicti ministri eius. Cum ꝯo iuxta flumē esset: puella quedam ethiopissa veniens tetigit perā eius Senex autem increpabat eam. Illa ꝯo dixit. Si monachus es: vade in montem. Compunctus autem in hoc verbo arsenius: dicebat ad seipsum. Arseni si monachus es: vade in montem. Et inter hec occurrerunt ei alexander 7 zoilus discipuli eius. Et cum cecidissent ad pedes eius: proiecit se etiam senex in terram: 7 flebant simul. Dicit autem senex. Non audistis quia egrotaui: Et dixerunt ei. Etiam audiuimus. Et ille dixit. Quare nō venistis videre me: Et dicit ei alexander. Quia diuisio tua a nobis acceptabilis non fuit. quoniā 7 multi ex ea cō tristati sunt: dicentes. Nisi inobediētes fuissent se-

ni:nequaq̃ se sepasset ab eis. Et dicit eis senex. Et ego cognoui q̃ hꝰ diceret. Sed & iterum dicturi sꝫ hoies. q̃ nõ inueniẽs colũba requiem pedib⁹ suis: reuersa est ad noe in archam. In hoc igit verbo curati sunt animi discipulorꝫ eius. & pmanserũt cuꝫ eo vsq̃ ad vltimũ vite ipsius tempus.

Abbas besa .§.clxxxii.

rion dum ambularet cum discipulo suo p heremuꝫ venerunt ad quandam speluncam. & ingressi ibi inuenerunt fratrem sedentem & funiculum operantez qui neq̃ respexit eos neq̃ salutauit neq̃ aliquid locutus est eis. Dixit ergo eis abbas besarion. Eam⁹ hinc: quia hic senex non vult loqui nobiscuꝫ. Et pfecti sunt ad abbatẽ iohannez. Cum autez reuerterentur ad eandez speluncam: & dicit abbas besarion. Ingrediamur itez ad hunc fratrem. si forte vel modo psuadeat illi deus: vt loquatur nobiscuꝫ. Et cũ ingressi fuissent: inuenerunt corp⁹ tm̃modo mortuũ. Et dixit discipulo suo. Veni frater componamus illud: quia ꝓpter eum huc nos dñs transmisit. Cum autez sepelirent: inuenerunt quia mulier essꝫ. & admirati sunt: & dixerunt. Quemadmodũ & mulieres conluctant & vincunt demonia. Et glorificantes deũ q̃ est oim ꝓtector: recesserũt inde.

Beatus ma .§.clxxxiii.

charius aliqñ narrabat: dicens. Venerunt ad me quondam duo iuuenes. & vnus quidez iam pleno: alter adhuc incipiente barbicio. Qui cum ignorantes meipsum interrogarẽt: vbi eẽt abbatis cella macharij. atq̃ me scrutante cur eum requirent: opera eius inquũt magna & vitam preconabilem cognoscentes: eum videre summo desiderio festinamus. Cunq̃ ego meipsum esse quem quererent pfiterer mox meis pedib⁹ puoluti: vt illos mecũ habitare p mitterem postulabant. Quos cum viderem velut diuitiaꝫ opulentia delicatos: non posse mecuꝫ illic residere respondi. Et si hic inquũt tecum mane nõ possumus: alio tamen loco nos ꝓficisci definita semel sententia mẽtis impellit. Quo ergo audito: cepi intra meipsum ita reputare. Si hinc illos abegero: scandalum patient. Cum.n. labor ipse compellat eos hinc fugere: cur de mea murmurent voluntate: Tunc dixi illis. Venite construite vobis cellas si potestis. At illi locum sibi tm̃modo demonstrari poscebant. Quibus ego alueoluꝫ cum secure & sacco pleno panib⁹ cum modico sale cõtradidi: petraꝫ durissimã ostendi. qua incisa habitaculũ sibi prepararent: qõ lignis de palude allatis ꝓtegerẽt. Arbitrabar autez ego ꝓ iniuncto sibi hoc labore discedere At illi interrogauerũt me: quid illic alij frẽs solerẽt opari: Rñdi ego: funiculum. Et sublatis foliꝭ palmarũ principiũ illius texture oñdi. vel sportellas facere: quas ministratorib⁹ p pane recipiẽdo dare cõmonui. & ita discessi. Illi ꝙo cum summa patientia que a me fuerunt impata: fecerunt. ac p tres annos ad me nullatenus accesserũt. Et quia alij fratres de longinquis regionibus veniebant ad me. illi ꝙo nec aliq̃d requirerẽt. nec ad illos accederẽ: nõ leuit admirabar. videns eos in ecclesia tm̃ oblatoꝫ cũ silẽtio & oꝛone pcipe. Desiderans q̃ scire ꝓuersationẽ eoꝛ hebdomada integra ieiunans: rogaui dñm vt mihi opera eoꝛ dignaret ostendere. Et post hoc ꝓfectus ad eos pulsaui ostium. Quo aperto: tacentes adorauerũt me vterq̃. Et postq̃ facta ex more oratione: consedi. ille maior innuit minori & egressus est foras. Sedebat aũt ipse funiculũ torquẽs: nihil loquẽs oño. Hora ꝙo nona pullat ostiũ: ad quẽ ap to minor ingressus ẽ. Et maiore itez innuẽte egressus: cibũ quo reficeremur excoxit. eodẽq̃ nutu uss⁹ mẽsam cũ parimacijs tribus apposuit: tacẽsq̃ stetit. Quibus ego dixi. Surgite ꝓmedam⁹. Quo facto: allato vasculo q̃ aquã solebant potare: potauimus. Ablata aũt mensa cũ vesperalceret: dicunt ei. Discedis: At ego illic me velle requiescere respõdi. Mattã q̃ mihi in vno angulo collocauerũt: & ipi in altero angulo q̃i quieturi & zonas suas & analabios posuerunt. Cum aũt quasi ad dormiendũ se prepararent. itez ego rogaui dñm: vt mihi eoꝛ opera declararet. Et ecce dissipato tecto lux clara cellulã q̃ medius dies impleuit. quaꝫ tñ illi nõ senserũt. Sed postq̃ arbitrati sunt me dormire: surgentes cinxerunt se: atq̃ ad celum manus extenderũt. Quos q̃ dem ego quid facerent intuebar. Illi ꝙo me videre nõ poterant. Et ecce vidi tãq̃ muscas demones ve nientes: & in illius minoris oꝛe atq̃ oculis residẽ volentes. ꝙ angelus dñi romphea ignis armatus: tam illum circũdabat q̃ demones abigebat. Ad maiorem autẽ ꝓpe accedere nõ audebant. Diluculo ꝙo se in eodez stratu piecerũt. & ego velut expgefactus exurgo. Qd cũ & illi ita fecissent. Ille maior hũc mihi sermonẽ locutus est. Vis pater duodecim psalmos decantemus: Ac me ꝓsentiente. Ille mior frater quinq̃ psalmos cũ sex versib⁹ decantauit & vnũ alleluia. Et p singulos versus fax ignis egressa: ascẽdebat ad celum. Item & maior cum decantaret. q̃tiens labia deducebat ad psallendũ: velut funiculum ignis de oꝛe eius ad celũ tẽdebat. Postq̃ ꝙo ego aliquantulũ decantaui: egrediẽs vt p me dignaret oꝛare expetiui. Illi ꝙo tacẽtes: meis sunt pedibus puoluti. Et cognoui q̃m quidẽ maior eẽt pfect⁹ in timoꝛe dei: minorẽ ꝙo adhuc demones impugnarent. Post paucos ꝙo dies maior frater est in pace receptus. tercio die etiã minor ẽ eũ assecutus.

Abbas moy .§.clxxxiiii.

ses ꝓmonebat fratres: dicẽs. Quattuor sũt monacho ꝓncipalia obꝑuãda. id ẽ tacẽdi. ꝑuãdi mãdata dei. hũiliãdi semetipm. & angustia pauptat. Optz q̃ monachũ vt semp lugeat: semp suoꝝ memor sit pcoꝝ. Et oĩ hora ponat sibi mortẽ añ oculos suos

Sancti pa .§.clxxxv.

tres congregati ꝓphetauerunt de vltima generatione. Ex quib⁹ vnus ꝑcipuus nomie Isquirio dixit Nos q̃dẽ adhuc mãdata dei implem⁹. Interrogauer eũ alij pres dicẽtes. Quid hi q̃ post nos futuri sunt: At ille rñdens dixit. Media forte cõplebunt mandata dei: & eternum requirent deum. Dixerũtq̃ sancti patres. Post hos autez qui veniũt: quid facturi sunt: Respondens dixit. Hoies generatõis

illius mandatoꝝ dei opa nō habebūt. et ꝓcepta dei obliuiscent. Supabundabit autem tunc iniq̄tas 7 refrigescet caritas mltoꝝ. Veniet ẏo sup eos temptatio. Et q̄ inuenti fuerint in illa temptatōe ꝓbati: 7 nobis 7 patrib⁹ nostris meliores existūt: 7 feliciores 7 ꝓbabiliores.

Quidā fra .§.clxxxvi.

ter abbatē req̄siuit agathonē: dicēs. Volo pat̄ manere in ꝯgregatōne cū fratrib⁹. Dic mihi qūo habitē cū eis: Rndit ei senex. Obserua hoc p omib⁹. vt qualis primo die ingrediaris apud ipsos: tales etiā reliquos dies pagas cū humilitate.

Quodaz tē .§.clxxxvii.

poꝛe mazines cuz supuenissent in scithi: 7 mltos ex patrib⁹ interfecissent. abba poemen cū alio abbate senioꝛe sibi noīe nub. 7 cū aliꝭ q̄nq̄ patrib⁹ fugiēs inde: venit in locum terenetudinis. 7 inuenerunt ibi templū quoddā deserтū. māserūt ibi septē dies: donec cognoscerēt vbi mansurus eēt vnusq̄sq̄ in egypto. Dicit ergo eis abbas nub qui erat senioꝛ. Septimana hac vnusquisq̄ maneat apud se: 7 cū altero non loquat̄. Cum aūt sic facerent: erat in templo illo statua cuiusdaz ydoli. Abba ergo nub exurgēs mane lapidabat eaz. 7 vespe veniens dicebat ad eā Peccaui indulge mihi. 7 p totam septimanā simil'r fecit. Die autez sabbati cum pariter cōuenissent: dicit ei abba poemen. Quid voluisti hac tota facē septimana: vt homo fidelis ydolo diceres: indulge m Dicit ei senex. Hec g̃ ꝓpter vos feci. Dicite mihi. Nunq̄d hoc ydolum qñ lapidabā locutū est aliq̄d aut iratuz: Et itez qñ indulgentiā petebā: nunq̄d exaltauit se aut gloriatū ē: Cui abba poemen rndit Non vtiq̄. Tunc senex dixit. Fratres: ecce sumus septem. si vultis ergo vt pariter maneamus: sit ydolum istud nobis exemplū. neq̄ñ iniuriatus aliq̄s irascat̄. nec qñ ab eo venia petit̄: glorietur vel extollatur Sinautez nō ita vultis: vnusquisq̄ vbi vult pgat. At illi ꝓcientes se in terraz: sponderūt se ita facturos. 7 sic pmanserunt p multos annos cuz mlta humilitate 7 patientia. Quattuoꝛ horis dormiebant in nocte. 7 quattuoꝛ psallebant. 7 quattuoꝛ opabāt̄ Deinde ẏo vsq̄ ad nonam legebant findētes folia palmaꝝ. 7 post hoc victum sibi prepabāt: colligentes quasdaz herbas terre.

Fuerūt 7 .§.clxxxviii.

alij septem similiter ꝓbatissimi viri. qui ī ea heremo que saracenis contigua est: habitabāt cellulis q̄dez haud longe a se diuisis: sed ipsi vinculo caritat̄ cōneri. quoꝝ vnus vocabat̄ petrus. alius stephanus. tercius iobānes. quartus geoꝛgius. quint⁹ theodorus. sextus felix. septimus laurus. Hi ergo in sterili ac vastissima solitudine 7 pene hoīb⁹ inhabitabili cōmoꝛantes. semel sibi in septimana videndos se prebebant. Sabbatoꝝ nāq̄ die hoꝛe diei nona cōueniebant singuli de locis suis ad locum sibi ꝓdictū deferentes vnusquisq̄ si quid inuenire poterat. Et vnus quidez deferebat nuces. alius lactoꝛones. ali⁹ dactilos. alius ficus. alius herbas vsibiles. i. lapsanum. pastinacas. caricas 7 petrisilium. Iste quippe erat precipuus eoꝛum victus. panem nanq̄ 7 oleuz vel potum extra vsum habebant. Tantūmodo supradictis herbis 7 pomis sustentabant̄. Vestimētum eis palma solūmodo prebebat. Aqua in locis illis minime inueniebat̄. Neq̄ enim aliter potabāt̄ q̄ exeuntes manc: ac discurrentes p diuersas herbas colligentes ros: qui affluētissime ibi cadit. 7 int̄ tm̄ modo bibebant. Cunq̄ (vt diximus) in vnuz cōuenirent locum: agentes deo gratias sumebant cibum. Post refectionez ẏo vsq̄ ad vesperam sedētes: meditabantur de scripturis sanctis. Non enim discurrebat inter eos secularis fabula. non cura seculi. non actio terrenarum rerum. sed solūmodo collatio spiritalis regni celestis desiderabilis cōmemoratio. futura beatitudo. gloria iustoꝝ. pena peccatoꝝ. sanctoꝝq̄ omniuz requies: qui iam inter beatas paradisi sedes letantur. Hec commemoꝛantes: suspirabant ex imo pectoꝛe: 7 flebant vberrime Cunq̄ per totam noctem vigiles permanerent: celebꝛantes domino laudes: die dominico hoꝛa nona loquendi secum 7 videndi se terminum capiebant. Rediebat enim vnusquisq̄ ad cellam suam: in qua solus soli deo diebus ac noctibus vacabat. In his igitur studiꝭ eos positos: saraceni late p heremum discurrentes reppererunt. 7 irruentes super eos de herem:o eiecerunt. atq̄ ligantes eos pedibus suspenderunt. multisq̄ iniurꝭ affectos ad extremum focum subtus eos de herbis amarissimis congesserūt. vbi incredibiliter cruciati: lumen oculoꝝ ex amaritudine fumi amiserunt. Et postq̄ multis tormentis eos afflixerunt: semiuiuos eos dimiserunt. Ex q̄ bus vnū nouimus in quodam loco plurimo postea supuixisse tempoꝛe. ceteri ẏo vbinam fuerint deuoluti: penitus ignoꝛamus.

Interroga/ .§.clxxxix.

uit quidam frater abbatē poemenen dicens. Quid est quod dn̄s in euangelio ait. Nemo hac dilectiōe maioꝛez habet: q̄ꝫ vt quis animaz suam ponat ꝓ amico suo. Quomodo ꝫ fiet: Rndit senex. Siq̄s audit verbum malum a ꝓximo suo. et cum possit ipse similia respōdere illi: pugnat tamē in coꝛde suo portare laboꝛem. 7 vim sibi facit: ne forte respondeat illi 7 contristet illum. iste talis animaz suam ponit ꝓ amico suo.

Requisitus ab/ .§.cxc.

bas moyses: dixit. Si nō ꝓcoꝛdat actus 7 oꝛo: inuanū laboꝛat hō. Cū. n. oꝛat q̄s p seipo: vt indulgētia illi pct̄oꝝ det̄. obseruet ne faciat illa itez. Qñ ei voluntatē peccādi q̄s dimiserit: 7 ambulat pmanēs in timoꝛe dei. istū mox cum gaudio suscipit de⁹.

Banctū senem .§.cxci.

requisiuit frater: dicens. Quid faciet homo in oīi temptatione veniente super se: 7 omni cogitatione immissa ab inimico: Respondit. plangere debꝫ ī cōspectu bonitatis dei: vt succurrens auxilier̄ ei. Scriptum est enim. Dn̄s mihi adiutoꝛ est: 7 ego despiciam inimicos meos.

Quidã senex .§.cxcii.

dixit. Sic ad successaz ollã muscẽ ñ appropinquãt. si ꝙo tepida fuerit: insidẽt ĩ ea z faciũt vermes. ita z monachũ succẽsuz igne diuini amoris fugiũt dæmones: tepidũ ꝙo illudũt z insequũt.

Abbas siluanꝰ .§.cxciii.

sedẽs aliqñ cũ fratribꝫ ĩ speleo. factꝰ ẽ ĩ excessu mẽtꝫ z cecidit ĩ faciẽ suã. z pꝰ multũ surgẽs plorabat. Et interrogauerũt fratres eũ: dicẽtes. Quid habes pi: Ille ꝙo tacebat z flebat. Cõpellẽtibꝫ aũt illis: dixit. Ego ad iudiciũ raptꝰ suz. z vidi mltos de hĩtu nro eũtes ĩ tormẽta. z mltos seclares ad regnũ. Et lugebat senex: z nolebat dẽceps exire de cella sua. Sz si exire cogebaꝫ: opiebat capucio faciẽ suã: dicens. Quid nccẽ ẽ videlumẽ istud tempale: ĩ q̃ nihil est vtile.

Quidaz senex .§.cxciiii.

dixit fratri. Oĩ die vicinã tibi mortẽ ee cogita. q̃si iã clausus ĩ monumẽto nihil de hꝫ seclo cures. Timor dei pmaneat ĩ te oĩ hora. Crede te hodiꝫ oĩbꝫ inferiorẽ ee. Nõ detrahas alicui: q̃ dꝰ ꝓgscit oĩa. sed esto pacificꝰ cũ oĩbꝫ. z dabit tibi dñs reqez.

Cum quidam .§.cxcv.

frẽs quẽ admodũ orarẽt bẽm macharĩũ req̃sissent: rñdit illꝰ dicẽs. Nõ st necessaria vob̃ superflua ꝙba: ꝫ extẽdẽ manꝰ ac dicẽ. Deꝰ qũo vis z lic tibi placz ita fiat. Si aũt tẽptatio irruent aut impugnatio: dicẽdũ ẽ. Dñe dꝰ clemẽtissime auxiliari dignẽ nobis. tu ei scis q̃d nob̃ expediat. fac nobiscũ misericordiã tuam.

Abbas iohan .§.cxcvi.

nes dicebat. Silis debet ee monachꝰ hoĩ sedẽti sb̃ arbore grãdi: q̃ respiciẽs feras diuersas z serpẽtes venientes ad se. cũ nõ potuerit eis resistẽ: subit ĩ arborẽ z saluat. Ita z monachꝰ sedeat ĩ cella sua: z respiciẽs prauas cogitatões: iaculatiõesq̃ venientes sup se. cũ nõ potuerit eis resistẽ: ꝓfugiat p orõz ad dñm cui oĩa possibilia sunt: z saluabit. Itẽ dixit. Silis esse debet monachꝰ hoĩ bñti a sinistra ignez: z a dextra aquã. vt q̃tiẽs succẽsus fuerit ignis: tollat d aqua z extinguat illũ. Sic optz z mõachũ facẽ oĩ hora. vt qñ cogitatio turpis succẽsa fuerit ab inimico: tũc aquã. i. orões ꝓtinuas effundat: z extinguat illã.

Abbas Zenõ .§.cxcvii.

dũ eẽt in scithi: egressus ẽ nocte de cella sua ambulare p heremũ. Et factũ ẽ dũ longiꝰ ꝓcessissz: errauit tres noctes diesq̃ ambulãs. z cecidit fatigatus, vsz ad mortẽ. Et ecce stetit añ eã infãs bñs ĩ manu sua panẽ. Et dixit ei. Exurge z comede. At ille exurgẽs orauit. timuit. n. fantasiã ẽ. Cui infãs dixit. Bñ feciſti q̃ orasti. modo g̃ surge z comede. Cui abba zenon nõ acq̃euit: nisi sc̃do ac tercio orasset. Et cũ ille laudaret: q̃ orabat. iaz tũc surrexit z comedit. post hꝫ dicẽ ei infans. Quantũ tps ambulasti: tantũ lõge es a cella tua. Sz surge seq̃re me. Et mox inuentꝰ ẽ añ cellã suã. Dicẽ g̃ ei senex. Ingredẽ ĩ cellã meaz z fac orõz. Et ingresso sene ĩ cellã suã: ille ñ ꝓparuit.

Abbas dani .§.cxcviii.

el referebat de bẽo arsenio. eo q̃ sabbatorũ die vespere solẽ relucentẽ post dorsum suũ dimittebat: in orõne psistẽs: extẽdẽsq̃ ad celũ manꝰ nõ desistebat orare: misi iterꝫ sequẽti die sol surgẽs oculos eius impleſſet. Ceteras aũt noctes quigiles ducebat. z ꝓpe diluculo cũ vellet paꝝ ꝓ nature fragilitate q̃escere: dicebat somno. Vem male ꝺue. Et mox claudens oculos quiescere paꝝ somni sedendo surripiebat. z statim exurgebat.

Venerũt aliqñ .§.cxcix.

ad abbatẽ luciũ in ennatũ monachi q̃ dicebãtur cochiti. hꝫ ẽ orãtes. Et interrogabat eos senex: dicẽs. Quid est opus manuũ veſtraruz: Et illi dixerunt. Nõ ꝓtingimus aliq̃d opꝰ manuũ: ꝫ sic dicit apl̃us sine intermissione oram⁹. Dicit eis senex. Et nõ mã ducatis: Illi aũt dixerũt. Etiã manducam⁹. Et dicit eis senex. Qñ g̃ comeditis q̃s orabit ꝓ vobis: Et itez interrogauit eos: dicẽs. Nõ dormitis: Et dixerũt. dormim⁹. Et dicẽ senex. Cũ dormitz q̃s ꝓ vobis orat: Et nõ inueneꝛt ad hꝫ q̃d rñderẽt illi. Et dicit senex. Ignoscite m frẽs: q̃ ñ facitz sicut dixistis. Ego aũt ondo vobis: q̃ opãs maĩbꝫ meis sine intermissiõe oro. Sedeo. n. iuuãte deo infundẽs m paucas palmulas: z facio ex eis plectas. z dico. Miserẽ mei dꝰ ꝑm magnã miscdiaz tuã. z ꝑm multitudinẽ miserationũ tuaz dele iniq̃tatẽ meã. Et dicẽ eis. oro est an nõ: Et dixerũt. Etiã. Et dixit iterꝫ. Qñ pmaneo tota die laborãs z orãs: facio plꝰ min⁹ q̃ndecim nũmos. z pono ex eis ad ostiũ duos. z residuũ manduco. z q̃ accepit illos duos denarios: orat ꝓ me tẽ pore q̃ ego mãduco vel dormio. Atz ita p graz dei ipleꝛ m qđ scriptũ ẽ. Sine intermissiõe orate.

Abbas macha .§.cc.

rius dũ semel de scithi portãs sportellas q̃s texerat gradẽr. vie laborꝫ defessus: resedit z dixit. Deus tu scis: q̃ amplꝰ nõ valeo ambulare. Et mox inuẽtus est ad fluuiuz vnde adhuc multũ aberat interualluꝫ itineris.

Abbas ammon .§.cci.

veniens in deserto ad quendã locuz haurire aquaz. vidit basiliscum: et iactans se in faciem suam dixit. Dñe aut ego moriturus sum: aut ista bestia: Mox basiliscus p virtutẽ dei dissipatus est.

Abbatis besa .§.ccii.

rionis discipulus nomĩe dulus. cũ quadam die cuz ipso pariter iuxta littus maris ambularet: contigit eum multũ sitire: z dixit seni. Sitis me macerat pater. At beatus besarion facta oratõne: iussit eum aquam de mari tollere z bibere. Quod cum fecisset: et dulcissimaz aquam repperisset. vascellũ quod secum portauit: impleuit. Quod cum vidisset abbas besarion: dixit ad eũ. Quare implesti vas aqua fili: At ille dixit. Indulge mihi pater: timeo ne forte

in ante sitiam. Cui senex dixit. Indulgeat tibi dñs fili: quia 7 vbiq; deus est: 7 potest tibi dulcē aquaz p̄ferre.

Senex quidaz. §. cciii.

narrauit. q; aliq̄s frater cū cōuerti voluisset: 7 p̄hiberetur a matre sua. ipse nō acquiescebat ab intentione sua dicens. Saluare volo aīam meā. Illa vo multū renitens. cum desideriū eius impedire n̄ posset: postea p̄misit. Abiens autez factꝰ est monachꝰ sub negligentia vitā suā expendēs. Contigit autez vt mater ipsius morere. 7 post tempus aliqđ 7 ipe infirmatus est infirmitate magna. Et cū factus fuisset in excessu mentis: venit ad iudiciū 7 inuenit matrem inā cuz his qui in pena iudicabant. Illa autē vt vidit eum: obstupuit 7 dixit. Quid est hoc fili? Et tu in hunc locū deductus es cōdemnādus? vbi sunt sermones tui quos loquebaris dicendo. Saluare volo aīam meā? Confusus aūt in his que audierat: ipse dolore stupidus factus est. 7 stabat non habens quid matri sue rñdere. Juxta dispensationem aūt misericordis dei. postea q̄z hec vidit: p̄tigit vt reparz 7 euaderet ab infirmitate. 7 cogitās apđ se diuinitus factam esse hmōi visionem: includēs se deinceps sedebat 7 cogitabat de salute sua: penitēs 7 plorans de his que egerat sub negligentia p̄ius. Tanta autez erat ei intentio: vt multi euz rogarent indulgere sibi paululū: ne forte lesionez aliquā pateret de fletu: quez supra modū sibi inducebat. Ille tunc nullo modo consolari volebat: dicēs. Si im p̄operiū matris mee sustinere non potui: quō xp̄i 7 sanctoz angeloz eius aduersum me p̄fusionē potero in die iudicij sustinere?

Quidaz frater. §. cciiii.

sedebat in egypto in magna humilitate p̄cipuus. 7 habebat sororez i ciuitate meretricē: que multi aīabus p̄ditō fuerat. Frequēter. n. insultabāt senes fratri illi. 7 vix potuerūt eū psuadere vt veniret ad eaz. quatenus p ām̄onitōz eius posset peccatū qđ p eā fiebat euincere. Cum aūt veniret ad locū. quidaz ex notis videns eū p̄cessit 7 nūciauit illi: dicens. Ecce frater tuus venit ad te. Illa aūt p̄e gaudio relictis amatoribz suis quib; ministrare cōsueuerat: capite discoopto ad occurrendū fratri egressa est. Duz g̃ temptaret eum complecti: dixit ei. Soror mea charissima: parce aīe tue qūo multi p̄pter te pereūt. Et quēadmodū poteris sufferre amara illa 7 eterna tormenta? Illa aūt cōtremiscens dicit ad eū. Scis frater qz mihi ē salus vel āmodo? Cui ille dixit. Si volueris: est tibi adhuc salus. Illa aūt iactās se ad pedes fratris sui: petebat vt eam secum deduceret in desertū. Cui frater dixit. Vade operi caput tuuz 7 sequere me. Cui illa. Eamus. oportet enim me inter hoīes deformari nudo capite ambulantē: q̄z in officinā peccati mei iterz ingredi. Dū aūt pariter ambularēt: monebat eā ad p̄niam. Videns aūt qz quidaz obuiarēt sibi: dicit ei. Qm̄ necdū oēs sciūt q; soror mea es: recede paz de via donec trāseāt. Et p̄ trāsgressos illos vocat eā. Eamus soror viā n̄raz. Illa aūt nō rñdente: p̄quirēs inuenit eā mortuā. 7 vestigia pedū eius plena sanguine. Erat enī discalciata Cū aūt sēb; renūciasset factū: p̄tendebāt inter se de saluatōe eius. Manifestauit autē dꝰ vni seni de ipsa. eo q; nulla illi cura fuit in itinere de corpali vsu 7 vulnus p̄p̄iū p̄temnēs: 7 in tamgrandi p̄ditione sua suspirans. ideo p̄ deuotione cordis eiꝰ suscepit deus p̄niaz eius.

Quodam tem. §. ccv.

pore cū beatus antonius a sancto athanasio alexandrie epo p̄p̄r̄ 7 profutatōz hereticoz in vrbe eēt adductus. prexit ad eū didimꝰ vir eruditissimꝰ captꝰ oculis. Cūq; multa de scripturis sctis loqrent: inter ceteras sermocinatōes quas de sctis volumib; hēbāt. cū antomꝰ miraret ingeniū eiꝰ: 7 acumē animi eius collaudaret: scisitās ait ad eū. Nuz tristis ē q; oculis carneis careas? Et cū ille pudore reticeret. secdo terciocq; eū interrogās antomꝰ: tandē elicuit vt merorez animi simplr fateret. Cui antomꝰ ait. Miror p̄udentez virū eius rei dolere damnū: quā formice 7 muscē 7 culices hñt. 7 nō potius letari illiꝰ possessione: quā scti 7 apli meruerūt. Melius. n. multo est spū videre q̄z carne. 7 illos oculos possidē ī q̄s peccati festuca n̄ possit incidē: q̄z illos q̄ solo visu p̄ p̄cupi scētiā pñt hoīez in interitū gehēne mittere.

Quidā fratez. §. ccvi.

ex nitria partioz magisq; auarioz. 7 nesciēs triginta argenteis dñm ihm vendidū. centuz solidos q̄s lina texēdo collegerat: monēs dereliq̄t. Jnitū ē aūt cōsiliū inter monachos (Nā in eodē loco circit q̄nq; milia diuisis cellulis hītabāt) q̄d facto opus eēt. Alij pauperib; distribuēdos eē cēsebāt. alij dādos ecclie. nōnulli parēt; eiꝰ remittēdos. Macharius p̄o et pambo 7 Jsidoꝛ 7 ceteri seniores patres: sancto in eis loq̄nte sp̄ū: decreuerūt infodiēdos eē cū dño suo dicētes. pecunia tua tecū sit in p̄ditōe. Ne ꝑ crudelit q̄sq; putet factū: tāt terroꝛ 7 panoꝛ p totā egyptū cūctos monachos inuasit: vt vnū solidū dimisisse: grandis apud eos sit criminis.

Erat quidaz. §. ccvii

adolescēs grecꝰ in egypto p̄stitutꝰ ī cenobio. q̄ nīla p̄tinētia. nīla opis magnitudīe flamas poterat carnis extinguē. Cūq; ad p̄ez monasteriꝰ ꝑ eiꝰ tēptatio fuisset plata: hac ille cū arte fugauit. Jmperauit cuidā viro graui 7 aspero: vt iurgijs atz p̄uitijs insectaret adolescētē. 7 post irrogatā iniuriā p̄imꝰ veniret ad querimoniā. Cūq; impata sibi pficeret. insup vocati testes p eo loq̄bāt: q̄ p̄tumeliā adolescēti fecerat. At ille cepit flere ꝰ mēdaciū. q̄tidie gemēs. q̄tidie lacrimas fundēs sedebat solꝰ. qz amaritudine repletꝰ erat: oīmq; auxilio destitutꝰ: ad ibu pedes iacebat. Quid mlta? Jta totꝰ annꝰ deductꝰ est. Quo expleto: interrogatꝰ adolescēs sup cogitationib; p̄stinis. An adhuc molestie aliq̄d sustinēt. Rñdēs dixit. Pape. vinē mihi nō licet: quēadmodū fornicari libet. Jta g̃ bac arte spiritali p̄re ꝓcurante: adolescēs supata libidine saluatꝰ ē.

Finit liber adhortationum patrum.

¶ Incipit libellus de pfectu patrum.

Interrogauit quidam frater abbatem anthoniuz: dicens. Quomodo placebo domino? Et respõdens senex: dixit. Que mando tibi: custodi. Quocunqz vadis. deum semp habe pre oculis tuis: et in his que agis. testificationem sanctarum scripturaz adhibe: z in quocunqz loco sederis. nõ cito inde mouearis. Hec tria custodi. z saluus eris. ¶ Interrogauit abbas pãbo abbatẽ anthoniuz. dicẽs. Quid faciam? Respondit ei senex. Noli esse in iusticia tua confidens: neqz penitearis de re transacta: z continens esto lingue tue z ventris. ¶ Dixit sanctus gregorius. Qz tria exigit deus ab omni homine qui est baptisimum cõsecutus. videlicet fidem rectã ex tota anima. veritatem lingue. continẽtiam z castitatẽ corporis. ¶ Dixit abbas euagrius. Quia dicebãt quidam patrum. q̃ siccior z nõ inequalis victus. caritati cõiunctus. citius introducat monachum in portũ impassibilitatis. ¶ Iteruz dixit. Nũciata est cuidã monacho mors patris sui. Et ille ait ad euz qui nũciabat. Desine inquit blasphemare. Deus em̃ pater ĩmortalis est. ¶ Dixit abbas macharius abbati zacharie. Dic mihi quod est opus monachi? Dixit ei. Me interrogas pater. Et dixit ei abbas macharius. Certus sum de te fili zacharia: est enim qđ me pulsat vt interrogem te. Dixit ei zacharias. Quantum est ad me pater hoc puto: quoniã quicunqz semetip̃m necessitatibus subiecerit atqz coegerit. ipse est monach⁹. ¶ Dicebant de abbate theodoro cui prenomen est firme. quia hec tria capitula haberet supra multa: id est nihil possidendi. abstinendi homines fugiẽdi. ¶ Dixit abbas Johãnes nanus. ego volo hominem ex omnib̃ virtutibus percipe. Itaqz per singulos dies surgens mane. de omni virtute sume principium: z mandata custodi in magna patientia cum timore z longanimitate. in caritate dei cũ bono ꝓposito anime z corporis z humilitate multa in patientia z tribulatione cordis z obseruatione: in oratione multa z supplicatiõib̃. cũ gemitib̃ ĩ puritate z mũdicie lingue z custodia oculoz: ĩ iniuria patiẽs et nõ irascens. pacificus z nõ reddens malum. p malo nõ attendens ad inuidiam aliorum neqz temetip̃m exaltans. sed esto subditus z humilior omni creature. renũciãdo omni materie corporali. z his que ſm carnez sunt in cruciatu. in certamĩe. in humilitate spiritus. in bona voluntate z abstinẽtia spirituali: in ieiunio. in penitẽtia. in fletu. in certamine pugne. in discretione iudicij. in castitate anime. in ꝓceptione boni cum quiete. in opere manuum tuarum. in nocturnis vigilijs. in fame z siti. ĩ frigore z nuditate. in laboribus. includens te in sepulchro tanqz iam mortuus vt videatur tibi esse. prima mors omni die. ¶ Dixit abbas ioseph thebeus. Quia tres ordines sunt honorabiles in conspectu domini. Primus quãdo hõ infirmatur z adijciuntur ei temptationes. z cum gratiarum actiõe suscipit eas. Secundus autem est. qñ aliquis omnia sua opera facit munda coram domino nihil habens humanum. Tercius vero est quando aliquis sedet in subiectione z preceptis patris spiritualis: z omnibus ꝓpijs renunciat voluptatibus.

¶ Narrauit abbas cessianus de quodam iohanne abbate. qui erat primus cõgregationis: q̃ magnus fuerit in vita sua. Hic cum moriturus esset z discessurus cum hylaritate z ꝓposito mentis ad dominuz circũsteterunt eum fratres. rogantes verbum aliqđ compẽdiosum z salutare loco hereditatis sibi ab eo dem relinqui. per quod possent ascendere ad perfectionem que est in christo. Ille autem ingemiscens: ait. Nunqz feci ꝓpriam voluntatem. nec aliquem docui quicqz. quod ego primus ipse nõ fecerim. ¶ Frater interrogauit senem dicens. Que res sic bona est quam faciã: vt viuaz in ea? Et dixit senex. Deus solus scit. quod bonum est: sed tamen audiui. quia interroganit vn⁹ patrũ abbatẽ nesteronem magnum. qui erat amic⁹ abbatis anthonij. Et dixit ei. Quid est opus vt faciam? Et respondit ei. Nõ sunt omia opera equalia. Scriptura dicit. Quia abrahaz hospitalis fuit. z deus erat cuz eo. Et helyas diligebat quietem. z erat cuz eo deus. Et dauid humilis erat et deus erat cum ipso. Quod ergo vides animã tuam ſm deum velle: hoc fac. z custodi cor tuũ. ¶ Dixit abbas pastor. Quia custodire z semetipsum cõsiderare z discretionem habere: hec tria operatiões monachi sunt. ¶ Frater quidam interrogauit eum dicens. Quomodo debet homo quersari? Respõdit ei senex. Vidimus danielem qz nõ est inuẽta in eo accusatio. nisi de huitio quod exhibebat deo suo ¶ Dixit iterum. Quia pauptas z tribulatio he sũt opationes solitarie vite. Scriptum est enim. Quia si fuerint hi tres viri noe. iob. et daniel. Noe personam habet nihil possidentium. Job autem psonam tribulantium. Daniel vero discernentium. Si ergo fuerint he tres actiones in homine. deus habitat in eo. ¶ Dixit abbas pastor. Quia si duas res oderit monachus. põt liber eẽ ab hoc mũdo. Et dixit frat' Que sunt iste? Et dixit senex. Carnalẽ repausatiõz et vanam gloriam. ¶ Dicebãt de abbate pambo. Quia in ipa hora qua discedebat ex hac vita: dixit astãtibus sibi sanctis viris. Quia exquo veni in hũc locũ solitudis. z fabricaui m̃ cellã z hitaui h: exĩ laborem manuũ meaz nõ recolo me comedisse panẽ nec penituisse de sermone quez locutus sim. vsqz ad hãc horam: et sic vado ad dominuz. quasi qui nec initiũ feceriz seruiẽdi domĩo. ¶ Dixit abbas sysois. Esto contemptibilis. z volũtates tuas post tergum tuum proijce: z esto liber z securus a secularib̃ curis. z habebis requiem. ¶ Abbas chames cum esset moriturus. dixit filijs suis. Nolite habitare cuz hereticis nec habeatis noticiam iudicum. neqz sint manus vestre aperte ad aliquid congregandum: sed sint magis extense ad tribuendum. ¶ Frater interrogauit senem dicens. Quomodo venit timor dei in hominem? Et dixit senex. Si habet homo humilitatem et pauptatem. z nõ iudicat alterum. sic venit in eũ timor dei. ¶ Dixit senex. Timor z hũilitas z egestas victualium z planctus in te sint. ¶ Dicebat ergo q̃dam senũ. Quicquid odio habes. alij ne facias. Si odis qui tibi male loquitur. neqz tu male loquaris de aliquo. Si odio habes qui tibi calumniam facit. neqz tu facias alicui calumniã. Si odio habes qui tibi

calūniam dicit aut iniurijs afficit. aut aufert qđ tuū est. aut aliquid tale facit: tu nihil horuz facias cuiqz Qui ergo hoc ꝟbum custodire potest: sufficit ei ad salutem. ¶ Dixit quidam senex. Uita boni monachi est opera. obedientia. meditatio. z vt nō iudicet aut nō loquatur aut nō murmuret. Scriptum est eī Qui diligitis dominum odite maluz. Monachi igi tur vita hec est. Non ingredi cum iniusto: nec videre oculis suis mala. neqz curiose agere. aut audire alienа. neqz manibus rapere: sed manibus tribuere. neqz superbire corde. neqz cogitatōe malignari. neqz vētrem implere: sed cum discretione omnia agē. Ecce in his est monachus. ¶ Dixit quidaz senex. Roga deum vt det luctum in corde tuo z humilitatem: z respice semp in peccatis tuis. z nō iudices alios: & esto subditus omnibus. z ne habeas amicicias cum muliere: neqz cum puero neqz cuz hereticis. Asci de a te fiduciam. z retine linguā tuam z ventrem: z abstine ā vino. Et si aliquis loquit tecū de quacūqz cā. noli contendē cum eo: sed si bene dicit. dic etiam. si autez male: dic ei. tu scis quod loqueris. Et ne contendas cum eo de his q̄ locutus est. z tūc erit mēs tua pacifica. Finit liber de profectu patrum.

¶ Incipit liber de quiete.

DIxit abbas antonius. Sic̄ pisces si tardauerint in sicco moriunt. ita z monachi tardātes extra cellā aut cū viris secularibus īmorātes a quietis ꝓposito resoluūt. Oportz ergo sicut piscē ad mare. ita z nos ad cellam recurrē. ne forte foris tardātes. obliuiscamur interioris custodie. Dixit iterum. Qui sedet in solitudine z quiescit: a tribus bellis eripitur. id est auditus. locutionis z visus: z contra vnuz tantūmodo habebit pugnā. id est cordis. ¶ Abbas arsenius cum adhuc eēt in palatio. orauit ad dominum dicēs Dñe dirige me ad salutē. Et venit ei vox dicēs. Arseni fuge homīes. z saluus eris. ¶ Idem ipse descēdens ad monachalē vitam: rursum orauit eundem sermonē dicēs. Domine dirige me ad salutē. Audiuitqz vocem dicentē sibi. Arseni fuge. tace quiesce: hec eī sunt radices nō peccādi. Uenit aliquādo beate memorie theophilus archiepiscopus. ad abbatem Arseniū cum quodā iudice. z interrogabat senem archiepus volēs ab eo audire ꝑmonem. Paulisper aūt tacens senex. postea respōdit ad eū dicēs. Etsi dixero vobis. custoditis. Illi autem ꝓmiserūt se custodire. Et dixit eis senex. Ubicunqz audieritis Arsenium appropinquare nolite. ¶ Alia iterum vice volens archiepus videē euz: misit primo videre si aperiret senex. Et remādauit senex ei dicēs. Si venis apio tibi. sed si tibi apio: omnib apio. z tūc vltra hic iam nō sedebo. Hec ergo audiēs archiepus dixit. Si eum ꝓsecuturus vado: nequaqz vadā ad hominē sanctum. ¶ Uenit aliquādo abbas Arsenius in quēdam locuz z erat ibi arundinetū z motum est a vento. Et dixit senex ad fratres. Quis est motus hic. Dicunt ei arundines sunt. dicit eis senex. Uere si quis sedet cum quiete z audierit vocem auis: non hēbit cor eius eandē quietez ꝙtomagis vos hñtes sonū harūdinum haz. ¶ Dicebāt aūt de eo qz erat cella eius lōge ī miliaria trigīta duo: z nō exibat cito sed faciebāt alij ei mīsteria. Qñ vero in solitudinez redact⁹ est locus. qui vocat scithi: exinit plorās z dicens. Perdidit mundus romā z monachi scithum. ¶ Sedēte eodez abbate Arsenio aliqñ in canapo: venit vna matrona virgo de roma valde diues. z timens deū: vt videt eum. z suscepit eam theophilus archiepus. Illa aūt rogauit eum. vt agēt cum sene: vt videret eum. Qui abijens ad eū rogauit dicens. Aliqua matrona venit de roma. z vult te videē. Senex aūt nō acquieuit ei. Supdicta aūt matrona audiens hec iussit sterni animalia dicēs. Credo in deū quia videbo eum. Sunt eī z in ciuitate nostra multi homines: sed ego veni sola ꝓpbetam hunc videre Et cum venisset ad cellā eius dem senis: iuxta dei ordinationem inuētus est opportune foras cellā senex Et videēs euz supradicta matrona. prostrauit se ad pedes eius. Ille autem leuauit eā cum indignatōne et intuens eam dixit. Si faciem meam videē vis. ecce vide. Illa autē pre verecūdia nō considerauit faciez eius. Et dixit ei senex. Nō audisti opera mea. Me enim videre quid necesse est. Quomodo autem p̄sumpsisti tantā nauigationem assumere. Nescis qz mulier es. z non debes exire quoqz. An idcirco venisti vt vadas romaz z dicas alijs mulieribus quia vidi Arsenium: z faciant mare viā mulierum venientium ad me. At illa dixit. Si voluerit me deus reuerti romā: non ꝑmitto aliquā venire huc. Sed ora pro me z memor esto mei semp. Ille autem respondens dixit ei. Oro deum vt deleat memoriam tui de corde meo. Que audiens hec egressa est turbata. Et cum venisset in ciuitatez. pre tristicia febricitare cepit. Et nūciatum est archiepiscopo quia infirmaretur: z venit ad eam consolādam. interrogans quid haberet. Illa autem dixit ei. vtinam nō venissem huc. Dixit eī seni: memor mei esto. z dixit ī. Oro deum vt deleat memoriaz tui de corde meo. z ecce p̄ tristicia moriar. Et dixit ei archiepiscopus. Nescis quia mulier es z inimicus ꝑ mulieres sanctos viros impugnat. Propterea hoc dixit senex. Naz ꝓ anima tua semper orat. Et ita curata est mens eius. z discessit cum gaudio ad ꝓpria. ¶ Dixit abbas euagrius abscide a te affectōnes multorum. ne mens tua in ꝑturbatōne fiat: z quietis dissipat modum. ¶ Frater quidaz applicuit in scithi ad abbatem Moysen: petēs ab eo sermonem. Et dixit ei senex. Uade sede in cella tua et cella docebit te vniuersa. ¶ Dixit abbas Moyses. homo fugiens hominem. similis est vue mature qui aūt cum hominib ꝙuersat sicut vua acerba erit ¶ Dixit abbas nylus. Impossibile manet a sagittz inimici. qui amat quietē: qui aūt miscet multitudini. crebra suscipit vulnera. ¶ Dixit abbas pastor. Initiū maloz est distendē mentē. Dicebat itez. Qua bonū est fugē tempalia. Qñ enim hō est iuxta corporale libellū. assimilabit viro stāti sup̄ lacū ꝓfūdissimū: vt q̄ hora visuz fuerit inimico ei⁹. facile eū deorsū ipingat: si aūt a corpalib lōge fuerit. assimilabit viro lōge posito a puteo. z volēs eū inimic⁹ ꝓicē deorsū: dū eū violēt trahit. de⁹ ei auxiliū dirigit. ¶ Dicebat aliqñ abrahā discipulus abbatis syssoy ad eum. Pat senuisti eam⁹ parum ꝑ iuxta mūdum. Dicit ei

abbas syſois. Ubi nō eſt mulier ibi eam⁹. Dicit ei diſcipulus eius. Et vbi eſt locus nō habens mulierem niſi forte in ſolitudine? Dicit ei ſenex. Ergo in ſolitudinem me tolle. ¶ Dixit abbatiſſa matrona. multi in mōte poſiti. ea que ſunt popularia agentes pierunt. Melius eſt eñ. vt cum multis ſit. z ſolitariam vitā agat voluntate: q̄ cum ſolus ſit. eſſe cū multitudine ꝓpoſito mētis. ¶ Dixit ſenex. ſemp debet monachus emē quietem ſibi: vt contemnat. etiam ſi corporale cōtingat euenire diſpendiū. ¶ Narrauit quidā ſenex. q̄ tres ſtudioſi diligētes ſe. facti ſūt monachi. Et vnus quidam ex eis elegit litigātes in pacem reducere iuxta illud quod ſcriptum eſt. Beati pacifici. Secūdus vero viſitare infirmos. Tercius vero abiit quieſcere in ſolitudinē. Primus ergo laborans ꝓpter lites hominum nō poterat omnes ſanare. z tedio victus veniebat ad eum qui ſeruiebat infirmis z inuenit etiam ipſum animo deficiētem z nō ualentem mandatum perficere. Et concordantes hi duo abierunt videre illum qui in heremū diſceſſerat narrauerūtq; ei tribulatōes ſuas. z rogauerūt vt diſſereret eis quid ipſe ꝓficeret. Et reticens paulum mittit aquam in ciphum. z dixit eis. Attendite in aquam. Et erat turbulēta. Et poſt modicum dicit. Attendite modo quomō limpida facta eſt aq̄. Et cum intēdiſſet in aquam: vident tanq̄ in ſpeculo vultus ſuos. Et tunc dicit eis. Sic eſt qui in medio hominum cōſiſtit. Pre turba enī nō videt peccata ſua. Cum autem quieuerit. z maxime in ſolitudine: tūc delicta ſua ꝓſpiciet. Finit libellus de q̄ete.

¶ Incipit liber de compunctione.

DIcebant de abbate Arſenio q̄ totum tempus vite ſue ſedēs ad opus manuum ſuaꝝ: pannū habebat in ſinu ꝓpter lacrimas que crebro currebant ex oculis eius. ¶ Frater quidam interrogauit abbatem āmonem dicēs. Dic mihi aliq̄d verbum. Dicit ei ſenex. Uade z talem fac cogitationē tuaꝝ ſicut faciunt iniqui qui ſunt in carcē. Illi eñ interrogāt homines. vbi eſt iudex: z quādo venit. z ipſe expectatō ne penaꝝ ſuarum ploraāt ita z monachus debet ſemper ſuſpectus eſſe. z animam ſuā obiurgare dicēdo Ue mihi quomō aſtare habeo ante tribunal xp̄i. z quomodo habeo ei actuū meorum reddē rationem Si igitur ſic ſemp meditat⁹ fueris: poteris ſalu⁹ eſſe ¶ Dixit abbas euagarius. Cū ſedes in cella. collige ad te ſenſum tuū. z memor eſto diei mortis: z tūc vide corpis tui mortificatōem. Cogita cladeꝝ. ſuſcipe dolorem. horreat tibi mūdi iſtius vanitas. eſto modeſtus z ſolicitus: vt poſſis ſemp in eodem quietis ꝓpoſito ꝑmanere. z nō infirmaberis. memorare etiā eorum que in inferno ſunt. cogita apud teipſuꝝ quo modo ſunt modo ibi anime in q̄ amaro ſilentio. aut in q̄ peſſimo gemitu. vel in quali metu aut certamīe aut in quali expectatione z dolore: z ſine mitigatiōe infinite lacrime ſunt anime. Sed z diei reſurrectōis nouiſſime memor eſto: z illud diuinū horrēdum atq; terribile imaginare extremum iudicium. Adhuc ad mediū repoſitā peccatoꝝ ꝓfuſionē: quā paſſuri ſunt in conſpectu dei z xp̄i eius. z coram angelis et archāgelis: poteſtatiby z vniuerſis hominiby. Sz z ſupplicia oīa. ignem eternuꝝ. vermē ꝓſciētie īmortale z tartari tenebras z ſuper omnia dentium ſtridores: timores z tormenta. Adhuc etiam ad memoriam z bona que ſunt iuſtis repoſita. fiduciam ante deuꝝ patrē et xp̄m eius. coram angelis z archangelis z poteſtatiby atq; omni plebe regnum celoꝝ. z dona eius gaudium z requiē. Utroq; horꝝ ꝓmemoratiōem habe apud te. z ſup iudicia quidem peccatoꝝ ingemiſce. plora veſtire luctu imaginē metuens. ne et tu ipſe hec incurras: ſup bona vero iuſtorum repoſita gaude z exulta z letare. z his quidem frui feſtina: ab illis vero effici alienus. Uide ne obliuiſcaris aliquādo ſiue intra cellaꝝ tuā ſis. ſiue foris alicubi. z memoriam horuꝝ ne abiiciat mens tua: vt ꝑ hec ſordidas ſaltem z noxias cogitationes poſſis euadere. ¶ Dixit abbas helyas. Ego tres res timeo. vnam quādo egreſſura eſt anima mea de corpore. Aliaꝝ q̄n occurſurus ſum deo. Terciam q̄n aduerſum me ꝓferēda fuerit ſententia. ¶ Sancte memorie theophilus archiepiſcopus cuꝝ moriturus eſſet: dixit. Beatus es abba Arſeni. q̄ ſemp banc horam añ oculos habuiſti. ¶ Dicebant patres quis mādducantibus aliq̄ndo fratriby in caritate. riſit vnus frat' ad mēſam. Et videns eum abbas: Johānes fleuit dicens. Quid putatis habet iſte frater in corde ſuo: quia riſit cum debuiſſet magis flere. quia agapē manducat. ¶ Dixit abbas iacobus. quia ſicut lucerna obſcurum cubiculū illumīat. ita timor domini ſi venerit in cor hominis illuminat eum: z docet oēs virtutes z mandata dei. ¶ Interrogauerūt quidam patrum. abbatem macharium egyptiū dicētes. Quomodo ſic. z quādo manducas. z q̄n ieunas. z corpus tuum ſiccū eſt. Et dixit eis ſenex. ſicut lignū in manu hominis cum quo frutices in igne verſant' atq; reuerſant' ſemper ab igne ꝓſumit': ita ſi homo mūdauerit mentē ſuam in timore dei. ipſe timor dei etiam oſſa eius cōſumit. ¶ Miſerunt aliquādo ſenes de mōte nytro ad abbatem macharīū in ſcithi. rogātes vt veniret ad eos alioquin ſciret omnes multitudinē ſi ipſe nō veniret ad ſe eſſe venturam: quoniā deſideraret eum videre anteq̄ migraret ad dominuꝝ. Qui cum veniſſet ad montem: congregata eſt omnis multitudo fratrum ad eum. Rogabant autem ſenes. vt faceret verbuꝝ ad fratres. Ille autem lacrimās ait. Ploremus fratres z ꝓducant oculi noſtri lacrimas: anteq̄ eamus hinc. vbi lacrime noſtre corpa noſtra cōburant. Et fleuerunt omnes z ceciderūt proni in facies ſuas. dicentes. Pater ora ꝓ nobis. ¶ Preteriens aliq̄ndo abbas paſtor in egypto. vidit mulierem in monumēto ſedentem z flentem amare. Et dixit. Si veniant omnia delectabilia mundi huius. nō tranſferunt animum iſtius a luctu: ita z monachus ſemp debet luctum habere in ſemetipſo. ¶ Alia vice tranſibat cū abbate anub in partibus dyolchi. z venientes circa monumēta mortuorum. vident mulierem nimis cedentem ſe: z flentem amare. Qui ſtantes intēdebāt in eā. Paululū aūt ꝓcedētes. occurrerūt cuidam: z interroganit eū abbas paſtor dicēs. Quid hꝫ mulier iſta. q̄ ſic ploraat amare. Dicit ei mortu⁹ eſt maritus eius: z filij⁹ z fr̄. Et rndēs abbas paſtor. dixit abbati

anub. Dico tibi quia nisi homo oms volūtates carnis sue mortificauerit 7 possederit luctuz hūc: nō potest monachus fieri. Tota em̄ vita mulieris istius. et mēs in luctu est. ¶ Dixit itez abbas pastor. Luct⁹ duplex est: qui optatur. 7 qui custodit. ¶ Frater quidam int̄rogauit eū dicēs: quid facio. Dicit ei. Nñ venit abzaham in terram ꝓmissionis. monumentuz sibi ꝓparauit: 7 p sepulchz terrā i hēditatē accepit Dicit ei fr. q̄d est sepulchz 7 dixit senex. Loc⁹ flēdi 7 lugēdi Scē mēozie athanasi⁹ rogauit abbatē pambo: vt descēderet de hēmo in alexandriā. Qui cum descēdisset. vidit ibi mulierem theatricam 7 lacrimatus est. Interrogatus aūt ab his qui aderant. quare fuerit lacrimatus: due inquit res me mouerūt Una de illius perditōne. Alia quia ego non habeo tale studiū placendi deo. quale habz illa vt hominibus turpib⁹ placeat. ¶ Abbas siluanus sedēs aliqñ cum fratrib⁹. factus est in excessu mentis: 7 cecidit in faciem suā. Et post multum temporis surgens plorabat: 7 rogauerunt eum fratres dicētes. Quid habes pater. Ille aūt tacebat 7 flebat. Compellentib⁹ aūt eum: dixit illis. Ego ad iudiciū raptus sum. 7 vidi multos de habitu nr̄o euntes ad tormēta: 7 multos seculares euntes ad regnū celorum. Et lugebat senex. et nolebat deinceps exire de cella sua: sed et si exire cogebatur. opiebat capicio faciē suam dicens. Quid necesse est videre lumen istud tpale. in quo nihil est vtile. ¶ Dixit sancte memozie syncletice. Labor est 7 certamē magnuz in primis qui cōuertūtur ad dominū nam postea inenarrabile gaudiū. Sicut em̄ qui ignem accendē volunt: prius fumant 7 ex fumi molestia lacrimant: sic qui obtinēt quod volunt. Etenim scriptū est. quia deus noster ignis cōsumēs est. Itaq; oportet nos diuinū ignem cū lacrimis atq; laboribus in nobisipsis accendere. ¶ Dixit abbas ypericius. Nocte 7 die laboret monachus vigilans et in orationib⁹ pmanens. pungens autem cor suuz ꝓducat lacrimam: 7 celitus ꝓuocat misericordiam. ¶ Applicuerunt fratres ad abbatē felicem habētes secum aliquos seculares: rogauerūt eum vt diceret eis sermonem. Illis aūt diutius rogantib⁹: dixit ad eos. Sermonē vultis audire. Qui dixerunt. Etiaz pater. Dixit ergo senex. Mō ñ est sermo. quondaz autē int̄rogabātur seniores. 7 faciebant fratres que dicebantur ab eis: tribuebat deus quomodo loquerent. Nunc autem qm̄ interrogant quidē non autē faciunt que audiunt: abstulit deus gratiam a senib⁹ vt nō inueniant quid loquantur: qm̄ qui optetur nō est. Quod cū audissent fratres. ingemuerūt dicentes. Ora p nobis pater. ¶ Narrauerunt de abbate or. 7 de abbate theodoro. q; misissent caprinā pellē in cellam suā: 7 dixerunt sibinuicē. Si nos visitauerit deus modo. quid faciemus. Et flentes reliquerunt locū ex lateribus. 7 sic recesserunt in cellas suas ¶ Narrauit quidam senex. q; aliquis frater cum cōuerti vellet: phiberetur a matre sua. Ille aūt nō quiescebat ab intētione sua dicēs. Saluare volo aiam meā. Mat̄ vero eius multū resistēs. 7 cum desiderū eius impedire nō posset. postea pmisit. Abiens aūt filius eius fact⁹ est monachus: 7 sub negligētia vitā suā expendit. Contigit aūt vt mater ipius moreret et post aliquātum tempus etiā 7 ipse infirmatus est infirmitate magna. Et cū fact⁹ fuisset in excessu mētis. raptus est ad iudiciū: 7 inuenit matrē suam cum his qui iudicabant. Illa aūt vt vidit eū obstupuit: 7 dixit. Quid est hoc fili. Et tu i loco hoc ꝯdemnatus es. Ubi sunt ꝓmones tui. quos loquebaris dicē do. saluare volo aiaz meā. Confusus aūt in his que audierat ipo dolore stupefactus est: 7 stabat nō habens quid matri sue respondē posset. Juxta dispensationez aūt misericordie dei: posteaq; hec vidit. cōtigit vt repararetur: 7 euaderet de instanti infirmitate. Et cogitans apud se diuinitus factaz esse huiusmodi visitationē. includēs se decetero sedebat 7 cogitabat de salute sua: penitus 7 plozans de his que egerat sub negligētia prius. Tanta autem ei intētio erat. vt multi eum rogarent indulgē sibi paululum. ne forte lesionē aliquā patereturde fletu: quē supra modum sibimet indicebat. Ille autē nullo modo cōsolari volebat dicens. Si imꝓperiuz matris mee sustinere nō potui: quomodo xpi 7 sanctorum angelorum eius aduersum me confusionez potero in die iudicij sustinere. ¶ Dixit quidam senex. Si possibile esset in aduentu dei post resurrectōnem. p timore exire animas hominum: omnis mundus morderetur a terroze atq; formidine. Quale est enim videre celos scissos. 7 deum reuelatum cum ira 7 indignatiōe et militias innumerabiles angelorum. 7 totum simul hominū genus intendē. Propter quod sic debem⁹ viuere: vtpote. qui de singulis motibus nostris. ratōnem exigendi sumus a deo. ¶ Frater interrogauit senem dicens. vnde est abba cor meū durum. 7 non timet deū. Dixit ei senex. Puto si hō teneat in corde suo increpatōem: possideat timorē. Dicit ei frat. Quid est increpatio. Dixit ei senex. Ut in omni re increpet homo aiam suā: dicendo ei. Memor esto. quia oportz te occurrē deo. Dic autē 7 hoc. Quid volo ego cum hoīe. Existimo aūt. q; siquis in his p manet veniat ei timor dei. ¶ Vidit senex quendam ridētem. 7 dicit ei. Lorum celo 7 terra rationez toti⁹ vite nostre reddituri sumus. 7 tu rides. Quēadmodum umbraz corpor nostror vbicunq; nobiscum circunferētes. sic debemus fletum 7 compunctionez nobiscum habē: vbicunq; sumus. ¶ Frater quidaz interrogauit senem dicens. Abba dic mihi aliquod verbum. Dicit ei senex. Nñ pcussit deus egiptum. nō erat domus nō habēs luctum. ¶ Frater interrogauit alium senē dicens. Quid facio. Dicit ei senex Flere debemus semp. Contigit em̄ quendā senum mori aliqñ. 7 post multam horaz iterū in seipsum reuerti: 7 interrogauimus eū dicētes. Quid vidisti ibi abba. Et narrauit nobis plorans 7 dicens. Audiui ibi vocē lugubrez sine cessatione: dicētem. Ue mihi ve mihi. ve mihi. Sic 7 nos semp dicere debemus. ¶ Int̄rogauit frater quendā senē dicēs. Qm̄ desiderat aīa mea lacrīas. sicut audio senes lacrimantes et nō inuenio. 7 tribulat aīma mea. Et dixit ei senex Filij israhel post q̄draginta ānos intrauerūt in traz ꝓmissionis. Lacrime g̃ sunt t̄ra reꝓmissionis. ad qs si queneris: iam nō timebis bellū. Ita ei vult de⁹ affligi aiam. vt semp desideret ingredi terram illam

¶ Finit libellus de compunctione.

¶ Incipit liber de continentia

FRatres aliqui volentes venire ad abbatem antonium. de loco scithi: ingressi sunt nauem vt irēt ad eum. Et inuenerunt in ipa naue senem: qui 7 ipe ad antonium ire volebat. Ignorabāt autem eum frēs. 7 sedētes in naui loquebātur ꝓmones patrum. 7 de scripturis. 7 rursus de ope manuum suaꝝ: ille autem senex p oīa tacebat. Cum aūt venissent ad portum agnouerunt 7 ipsum senem proficisci velle ad abbatem antonium. Cum aūt venissent ad eū. dicit eis abbas antonius. Bonum comitē itineris inuenistis senem hūc. Dixit autem et seni. Bonos fratres inuenisti tecum abba. Dicit ei senex. Boni sunt quidem sed habitatio eoꝝ nō habet ianuā. Quicūqꝫ intrat in stabulum: soluit azinū. Hoc autem dicebat: quia quodcūqꝫ eis ascēdebat in os loquebātur. ¶ Dicebat abbas daniel de abbate Arsenio. qꝫ totam noctem vigilans ptransierit: tota eī nocte vigilabat. Et quando volebat circa mane ꝓpter istam naturā dormire. dicebat somno. Veni serue male. Et surripiebat parum somni sedendo: 7 statim surgebat.

¶ Dicebat abbas Arsenius. Sufficit monacho si dormit vnaꝫ horam: si tñ est pugnator. ¶ Dicebat de eo abbas daniel. Quia tantos ānos mansit nobiscum. 7 mēsuram paruam victus habamus eī in no: 7 quotiēs veniebamus exinde comedebamus et nos. ¶ Dixit itex. Quia nisi semel in āno nō mutabat aquā palmarum. sed tātū adiciebat: faciebatqꝫ flectā de ipsis palmis. 7 ꝓsuebat vsqꝫ ad sextā horā Interrogauerunt ergo eum seniores. cur nō mutaret aquā palmax. que fetebat. Et dixit eis. Pro thimi amate 7 vnguētorum odoribꝫ quibus in seculo vsus sum: opus est vti me fetore isto. Iteruꝫ quando audiuit qꝫ maturassꝫ omne genus pomoꝝ: dixit. Afferte mihi. Et gustauit semel tantū paruꝫ ex omnibus gratias agens deo. ¶ Dicebant de abbate agathone. Quia ꝓ triēnium lapidem in ore suo tenebat: donec taciturnitatē discceret. ¶ Aliquādo iter agebat abbas agathon cuꝫ discipulis suis. 7 inueniēs vnus ex eis paruissimuꝫ fasciculuꝫ cicercule viridis in via dicit seni. Pater si iubes tollo illud. Intendit vero senex: 7 admirās dixit. Tu illud ibi posuisti: Respōdit ei ille frater. Nō. Et dixit senex. Quomodo vis tollere quod nō posuisti. ¶ Venit aliquando quidam senum ad abbatem achillem. 7 vidit eum iactā tē sanguinē ꝺ ore suo: 7 interrogauit eū dicēs. Quid est hoc pater. Et dixit senex. Sermo est fratris cuiusdam qui me contristauit. 7 omnino conatus sum ꝓseruare illud apud me: 7 deprecatus sum deum vt auferetur a me. et factus est ꝓmo ille sanguis in ore meo. 7 expuo illum 7 requiem inueni. 7 dolorē illum oblitus sum. ¶ Venit aliquando abbas achilles in cellaꝫ abbatis ysaie in locum scithi: 7 inuenit euꝫ comedentē. Miserat eī in cathinulo salem 7 aquā. videns aūt quia abscondit illū post flectas de palmis: dicit illi. Quid mādducabas. Ille respōdit. Ignosce mihi abba. qꝫ palmas incidebā 7 ascendi in cauma. et ꝓpterea intinxi modo buccellaꝫ in sal. 7 misi in ore meo 7 exaruerunt fauces mee. Et quia nō descēdebat buccella quā in ore meo miseram. ꝓpterea ꝓpulsus sum suꝑfundē modicū aque in sal. vt vel sic possez glutire: ꝫ ignosce mihi. Et dicebat abbas achilles. venite 7 videte ysaiam iuscellum comedentez in scithi. Si vis mādducare ius. vade in egiptuꝫ. ¶ Dicebāt de abbate amoy. quia egrotaret. 7 in lecto pluribus annis decūbens: nunqꝫ relaxauit animuꝫ suū vt intēderet interiora celle suc. 7 videret quid haberet. Multa eniꝫ deferebant ei velut īfirmo sed intro eunte discipulo suo iohāne 7 exeūte. claudebat oculos suos ne videt quod faciebat: sciebat eī quia fidelis monachus eēt. ¶ Dixit abbas beniamin qui erat p̄sbiter ī cellis: qꝫ applicuissent frēs in scithi ad quēdam senē. 7 voluissent ei dare modicū olei: 7 ille eis dixit. Ecce ibi iacet puuluꝫ vasculū. quod attulistis mihi aī tres ānos. 7 quō posuistis illd̄ sic remāsit. Audiētes aūt frēs āmirati sunt cōtinētiam senis.

¶ Narrauerūt de abbate ꝺyoscoro de nansyas. qꝫ panis eiꝰ erat oꝛdeaceꝰ 7 de farina lētricule. 7 ꝓ singulos ānos ponebat sibi legē cuiuscūqꝫ vniꝰ obꝺutāie id est non occurrē vno āno alicui. aut nō loq̄. aut nō gustare aliqd̄ coctū. aut nō comedē aliquid pomorum aut oleruꝫ. 7 in omni ope suo ita faciebat: 7 hoc p ānos singulos faciebat. ¶ Dixit abbas euagrius quia dixerit senex. ꝓpterea amputo a me delectationes carnales. vt etiā iracūdie occasiones abscidam: scio eī eam aduersum me semꝑ pugnare ꝓ delectationibꝫ 7 ꝓturbare mētez meā: 7 intellectū meum expellē. ¶ Misit aliqñ sanctꝰ epyphanius epūs cypri us. ad abbatē hylarionē: rogās eum 7 dicēs. Veni vt nos videamꝰ anteqꝫ de corpe exeamus. Qui cuꝫ venissent adinuicē: manducātibꝫ eis allatū est de auibus qd̄dam. Quod tenēs epūs. dedit abbati hylarioni. Et dixit ei senex. Ignosce mihi pat̄ qꝫ exquo accepi habitū istum. nō manducaui quicqꝫ occultuꝫ. Et dixit ei scēs epyphaniꝰ. Ego aūt exquo accepi habitū istuꝫ nō dimisi aliquē dormire. qui habebat aliquid aduersum me: neqꝫ ego dormiui habēs aliquid adūsus aliquē. Et dixit ei senex. Ignosce mihi pater: quia tua ꝙuersatio maioꝛ est mea. ¶ Dicebāt de beato palladio. quia fecerat viginti ānos in cella. 7 nō leuauit oculos suos sursuꝫ: vt videret tectū eiꝰ

¶ Abbas zenon ambulans aliqñ in palestina. cum laborasset: resedit vt mādducaret iuxta cucumerariū Suadebat autem ei animus suus dicēdo. Tolle tibi vnuꝫ cucumerē: 7 manduca. Quātuꝫ autem est. Qui respōdēs cogitatui suo dixit. Fures ad tormēta vadunt. Proba ergo teipsum in hoc si potes ferre tormēta. Qui consurgēs stetit in cauma te quicqꝫ diebꝫ: defigēs seipsuꝫ in sole. Dicebat aūt quasi animus ei ad ipm. Nō possuꝫ portare tormēta. Dicit ergo ad animū suū. Si nō potes portare tormēta: ꝫ nō rapias vt mādduces. ¶ Dixit abbas theodorus Inopia panis thabefacit monachi corpꝰ. Alē aūt quidam seniorum dicebat quia vigilie plus thabefaciunt corpus. ¶ Dixit abbas iohannes breuis statura. Quia si voluerit rex aliquis ciuitatē inimicoꝝ tenē. prius aquā tenet 7 escas eorum qui sunt in ciuitate 7 fame periclitantes tunc subiciūtur ei: ita est 7 passio vētris. Si ī ieiunio: 7 fame ꝙuersē bō: inimici eiꝰ qui solicitāt aīam eius infirmāt. ¶ Dixit itex.

Quia ascẽdens aliqñ per viã que ducit ad scithim. vt distraherẽ flectas de palmis: vidi camellariũ loquentẽ et ꝓmouentem me ad furorem: ego vero dimisi quod portabã et fugi. ¶ Dixit abbas ysaac: ꝑ subiter cellarum. Scio frẽm metentẽ in agro qui voluit manducare spicam tritici: 7 dixit domino agri. Vis manduco vnã spicam. Ille aũt audiens miratus est: 7 dixit ei. Tuus est ager pater: 7 me interrogas. Intantũ ergo scrupulosus erat mẽoratus frater. ¶ Interrogauit quidam frat' abbatem ysidor seniorem scithy: dicẽs. quare sic te fortiter timent demones. Dixit ei senex. Quia exquo factus sum monachus: studeo ne ꝓmittã iracundiã vsqz ad fauces meas ascendẽ. ¶ Dixit iterum ꝙ supra. quadraginta ãnos esse: exquo sentiret quidem motũ peccati in mente sua. nunqz tamẽ consentiret: neqz ꝓcupiscentie neqz iracũdie. ¶ Narrauit abbas cassianus de ꝙdam abbate iobãne. qz fuerit apud abbatẽ esynum in sũmitate heremi habitantẽ per ãnos quadraginta. 7 quia habebat circa ipsum multam caritatem: et per hanc caritatis fiduciã. interrogauit eum dicens Tanto tempore sic remotus 7 a nullo hominum facile molestiam patiẽs. dic mihi quid ꝓfecisti. At ille dixit. Exquo cepi solitarius esse. nunqz me sol vidit manducãtem. Dixit autẽ ei 7 abbas Jobãnes. Nec me irascentẽ. ¶ Dixit iterum. Quia narrauit nobis abbas moyses: ꝙ ei abbas serapion dixit. Quia dũ essem iuuenis. 7 sederẽ cum abbate meo theone 7 mãducaremus. surgẽs a refectione ꝑm opera dyaboli rapui vnum panem parimatẽ. 7 manducaui eũ occulte: nesciẽte abbate meo. Cũ ergo ꝑseuerarem aliquanto tempore hec faciens. cepit mihi ipsum vicium dominari 7 non ꝑualebam meipsum retundere: sed solũmodo adiudicabar a ꝓpria conscientia: 7 seni dicere cõfundebar. Contigit autem ꝑm dispensatõem diuinam vt quidam venirent ad senẽ vtilitatis anime sue causa: 7 interrogabãt eũ de ꝓprijs cogitationibus. Respondens autem senex dixit. Quia nihil sic noxium est monachis 7 letificat demões. quomõ si celent cogitationes suas spiritualibꝫ patribꝫ. Locutus est autem eis de continẽtia. Et cum hec dicerentur. cogitans ego quia deus reuelauit seni de me cõpunctus cepi flere. 7 eieci parimatez de sinu meo quem male consueuerã rapere: 7 prosternens me in pauimento postulabam de ꝑteritis veniam. 7 oratõnem ꝓ cautela in futurum. Tunc dixit senex. O fili liberauit te de captiuitate ista etiaz me tacente confessio tua. 7 demones tenebant cor tuũ per taciturnitatẽ: nũc aduersum teipsum confitẽdo inuenisti. quẽ hactenus tibi dominari ꝓmiseras: neqz contradicẽs neqz alio modo increpãs eum: ãmodo aũt nequaqz locũ habebit in te quippe. qui in corde tuo in aperto excussus est. Necdũ aũt finito sermone senis. 7 ecce opere quod dixit apparuit: quia velut lãpada ignis egressa est de sinu meo. 7 impleuit totã domũ fetido odore: ita vt putarent qui aderant. qz sulphuris plurimum fuisset incensum. Et dixit senex. O fili: Ecce verbor meorum liberationis tue. ꝓ signum quod factum est: prestitit dominus documẽtum. ¶ Dicebãt de abbate macario. Quia si vacauit inter fratres. ponebat sibi terminum. 7 quando inueniebat' vinũ ꝓpẽ frẽs bibebat: sed ꝓ vno calice vini. die integra aquã non bibebat. Et fratres quidam volentes eum recreare. dabant ei vinũ: sed 7 senex cum gaudio sumebat. vt seipsum postea cruciaret. Discipulus aũt eius sciens causam: dicebat fratribus. Propter deum rogo ne detis ei vinum: qz in cella se postea cruciatu domat. Quod cognoscẽtes fratres. vltra ei vinũ nõ dederunt. ¶ Abbas macharius maior in scithi: dicebat fratribꝫ. Post missas ecclesie: fugite fratres. Et dixit ei vnus fratrum. Pater vbi habem⁹ fugere amplius a solitudine ista. Et ponebat digitum sup os suum dicens. Istud est quod fugiẽdum dico. Et sic intrabat in cellam suã: et claudens ostiũ sedebat solus. ¶ Dixit idem abbas macharius. Si aliquem increpare volens. ad iracũdiam cõmoueris ꝓpriam passionem imples: non emẽ alium sic saluare debes. vt teipsum ꝑdas. ¶ Dixit abbas pastor. Nisi nabuzardan archimargirius venisset: nõ crematũ fuisset templum domini. Ita 7 nisi quies gule 7 ventris venerit in animam: nequaqz mens corruet. 7 pugnans contra inimicum. ¶ Dicebant de abbate pastore. Quia dum vocatus fuisset ad comedendum contra volũtatem suam: ibat lacrimãdo. ne inobediens esset fratribus suis 7 cõtristaret eos. ¶ Narrauerunt quidam abbati pastori. de quo daz monacho: quia nõ bibebat vinum. Et dixit eis. quia oĩno potus monachor non est. ¶ Dixit iterũ abbas pastor. Quia sicut fumo expelluntur apes vt tollatur dulcedo operis eorum: ita 7 corporalis quies timorem expellit ab anima. 7 aufert ab ea oĩe opus bonum. ¶ Narrauit quidam senex de abbate pastore et fratribꝫ ei⁹: qz bitarent in egipto. 7 cũ desideraret mater eor videre eos. 7 non posset: obseruauit vna die. 7 euntibꝫ illis ad ecclesiam. obtulit se eis. Illi autem videntes eam. cõuerterunt se ad cellam: 7 intrãtes clauserunt ostium in faciem eius. Illa autem ad ostium stans: clamabat plorans cũ nimia miseratione. Audiẽs autem eã abbas anub. intrauit ad abbatem pastorez dicens. Quid faciemus vetule isti. ita ante ostium flenti. Surgens autẽ abbas pastor venit ad ostium: 7 intro stans audiuit eam plorantem miserabiliter nimis. 7 dixit. Quid sic clamas vetula Illa autem cũ vocem eius audisset: multomagis clamauit plorans 7 dicens. Volo vos videre filꝫ mei. Quid est enim si videro vos. Nunquid non sum mater vestra. Aut nõ ego lactaui vos. En tota sum iam canis plena: sed 7 audiens vocem tuam: turbata fuz. Dixit ei senex. Hic nos vis videre. an in alio seculo. Dicit ei. Etsi nõ videro vos hic. videbo vos illic filꝫ mei. Dicit ei. si potes equanimit' ferre vt hic nos nõ videas: videbis nos illic. Et ita discessit mulier gaudens 7 dicens. Si oĩno visura vos ero illic: nolo vos hic videre. o filꝫ mei. ¶ Dicebant de abbate pyor. Quia ambulando comederet. 7 interrogante eum quodã. quare sic manducaret: respondit Non hoc vti velut opus aliqd agẽt: sed velut qdam supfluum vti. Alij autez de hoc ipso interrogãti. respondit. Vt nõ vel in comedendo corporalem delectationem habeat anima. ¶ Dicebãt de abbate petro cognomẽto pyanio. qui erat in cellis: qz vinũ non bibebat. Qñ autem senuit: rogabãt eum vt

modicū vini sumēt. Qui cū non acquieſcēt: tepefaciebant aquā. 7 ita offerebant. Et dicebat. Credite mihi filij: qz velut conditū illud accipio. Et adiudicauit se tepida aq̄ esse contentuz. ¶ Facta est aliqñ celebratio missaꝝ in mōte abbatis antonij: 7 inuentū est ibi vasculū vini. Et tollens vnus de seniby parvum vas. id est calicē. portauit abbati syſoy. 7 dedit ei. 7 bibit semel: 7 scdo accepit 7 bibit. Obtulit etiaz ei tercio sed nō accepit: dicēs. Quiesce frater. an nescis qz sathanas est. ¶ Frat' quidam int'rogauit abbatē syſoy dicens. Quid facio. qz occurro ad ecclesiam. 7 frequēter frēs p caritate ad cibū retinēt me. Dixit ei senex. Onerosa res est. Dicit g̃ abrahaz discipulus eius. Si occurrit' in sabbato 7 dñica ad ecclesiaz. 7 biberit frater tres calices. multuz ne est. Et dixit senex. Si nō esset sathanas. nō esset multum. ¶ Freq̄nter dicebat abbati syſoy discipulus suus Surge abba 7 manducemus. Ille aūt dicebat. Adhuc nō māducauim⁹ fili. Et ille rñdit. nō pater. Dicebat aūt senex. Si nec adhuc māducauim⁹. affer 7 manducem⁹. ¶ Dixit aliqñ cū fiducia abbas syſoy Crede. qz ecce triginta ānos habeo q̄ nō deprecor deū p peccato. ꝑ orans hoc dico. Dñe ihu xpe pte ge me a lingua mea: 7 vsqz nunc p singulos dies curro in ipsa opa 7 delinquo. ¶ Venerūt aliqñ abbas siluanus. 7 discipulus eius zacharias. ad qd̄ dā monasteriū: 7 fecerūt eos gustare modicū. anteq̄ ambularēt. Et exeuntiby eis inuenit discipulus eius aquā in via: 7 volebat bibē. Dixit ei abbas siluan⁹. zacharia ieiunū est hodie. Cui ille dixit. Nōne hodie māducauimus pat'. Dixit ei senex. Illud māducare caritatis fuit. nos aūt teneam⁹ ieiunū nostrum fili mi. ¶ Dixit sancta syncletice. Quia optet nos. qui huiusmodi ꝓpositum sumpsim⁹ castitatē que sūma est tenere. Etenī apud seculares videt' castitas obfuscari. sed a deſt eis stulticia: ꝓpter qd̄ alijs sensibus peccant nā 7 aſpiciunt indecenter. 7 rident inordinate. ¶ Dixit iterū que supza. Quia sicut venenosa animalia acriora medicamenta a se expellunt: ita cogitationē sordidam ieiuniuz cum oratione depellit ab aīa. ¶ Dixit iteruz. Non te seducant diuitū huius seculi delicie tanq̄ aliquid vtile habētes in se: etenī illi delectationis causa. arte diuerso modo condiendi cibos onerant. Tu autem ieiunio 7 abiectione ciborum abūdantiam deliciarum illorum supgredere sed ne sacieris pane: neq̄ desideres vinuz. Dixit abbas syſoy. Quia peregrinatio nostra est: vt tenear homo os suuz. ¶ Dixit abbas ypericius. Quia sicut leo terribilis est onagris: sic monachus probatus cogitationiby cōcupiſcentie. ¶ Dixit iteruz. Ieiunium frenū est monacho aduersus peccatum: qui aūt abiicit ieiuniū. velut equ⁹ feruens desiderio femine rapitur. ¶ Dixit iteruz. Siccatū ieiunio corpus monachi. animaz de ꝑfundo eleuat: 7 siccat fistulas delectationū ieiunium monachi. ¶ Dixit itez. Castus monachus in terra honorabit': 7 in celis ab excelso coronabitur. ¶ Idem ipse dixit. Monachus qui nō retinet linguā suam in tpe furoris: neq̄ passionum corporalium retētor erit aliquando. Dixit iterum. Verbum malum non ꝑferat os tuum: qm̄ vitis nō affert spinas. ¶ Dixit iterū. Bonū est māducare carnē et bibē vinū: q̄ manducare in obtrectatione carnes fratꝝ. ¶ Dixit itez. Susurrans serpens enam de paradiſo eam eiecit. Huic g̃ similis est qui ꝓximo suo obloquitur: qm̄ et audientis se aīam perdit. 7 suā nō saluat. ¶ Facta est aliqñ festiuitas in scithi: 7 dederūt seni vinuz bibē in calice. Qui abijciens dixit. Tolle a me mortem istā. Quod videntes alij qui cum ipo edebant. nec ipsi biberūt. ¶ Alia vice allatū est ibi vasculum vini de ꝓmitijs vt daret' fratriby ad singulos calices. 7 introeunte quodā fratre 7 vidente quia acciperēt. fugit in criptā que cripta mox cecidit. Et cū audiſſet sonū. currētes inuenerunt frēm semianimē iacentem: 7 ceperunt obiurgare eum dicētes. Bene tibi ꝓtigit: qz vanam gl'iaz habuisti. Abbas aūt refouēs eū dixit. Dimittite filium meū. bonum opus fecit: 7 viuit dominus. qz non reedificabit' cripta hec tēporiby meis: vt cognoſcat mūdus. quia ꝓpter calicem vini. cecidit cripta in scithi. Aſcendit aliquando ꝓsbiter de scithi ad episcopum alexandrinū: 7 quādo reuersus est in scithi. int'rogauerunt eum fratres. Qñ est ciuitas. Ille autē dixit eis. Credite mihi fratres. ego ibi faciē hominis nullius vidi. nisi tm̄ episcopi. Illi aūt audientes mirati sunt 7 dixerūt. Quid putas facta est in illa oīs multitudo. ¶ Presbiter vero refouit hesitātes dicēs. Extorsi animo meo: ne intuerer faciez hominis. Ex qua relatione profecerunt fratres: vt custodiant se ab extollentia oculorum suorū. ¶ Venit aliquādo quidam senex ad aliū senem: ille aūt dixit discipulo suo fac nobis modicum lenticule: 7 fecit. Et infunde nobis panes: 7 infudit. Et manserunt sic vsq̄ ad alterius diei horam sextaz: loquētes de rebus ſpiritualibus. Iterum dixit senex discipulo suo. Fac nobis modicuz lenticule: fili mi. Ille respondit. Ab hesterno die feci pater. Et ita surgentes sumpserunt cibū ¶ Alter quidā senex venit ad quendā patꝝ. ille aūt coxit modicū lenticule: 7 dixit ei. Faciam⁹ opus dei et gustemus. Et vnus quidem eorum cōpleuit totū psalterium. alter vero ex corde. duos ꝓphetas maiores lectoris ordie recitauit: 7 facto mane. discessit senex ille qui venerat. 7 obliti sunt sumē cibuz. ¶ Esurijt quidam frat' a mane. 7 pugnabat cuz animo suo ne māducaret: donec fiēt hora tercia. Et facta hora t'cia: exegit a se. vt fiēt hora sexta: fct̄a sexta infudit panem 7 sedit vt manducaret. Postea ꝙ surrexit dicens. Manebo sic vsq̄ ad horam nonam. Hora autem nona fecit orationem. 7 vidit opus dyaboli. sicut fumum exeuntem a se: 7 ita cessauit esuries eius ¶ Infirmatus est quidam senum. et cum non posſz sumere cibum multis diebus: rogabatur a discip'lo suo. vt faceret aliquid ei 7 reficeret. Abijt autem 7 fecit de farinula lenticulas 7 zipulas. Erat autem ibi vasculum pendens. in quo erat modicuz mellis. 7 aliud in quo erat rafanegleon id ē lini oleum. 7 fetebat ita q̄ tm̄ ad lucernaz ꝓficeret. Errauit aūt frater. 7 ꝑ melle de lini oleo misit in pulmentū. Senex vero cum gustaſſz nihil locutus est: ꝑ tacitus māducauit. Compellebat aūt eum itez māducare 7 extorqués sibi manducauit. Et dabit ei tercio. ille autez noluit māducare dicēs. Vere nō possuz fili mi. Discipul⁹ aūt hortabatur euz dicens. Bonum est abba: ecce

et ego manducо tecum tecum. Qui cum gustasset ꝛ cognouissꝫ quod fecerat: cecidit ꝓnus in faciem dicens. Ue mihi paᷣ. quoniã occidi te. Et tu peccatũ hoc posuisti sup me. qꝛ nõ es locutus. Et dixit ei senex. Nõ contristeris fili. si voluisset ds vt mel mãducarẽ. mel habuisti mittẽ in zipulas istas. ¶ Narrauerunt de sene quodam. qꝛ desiderauit aliquãdo mãducare cucumerem. Quẽ cum accepisset: appendit eum ꝓius añ oculos suos. Et cum eẽt victus desiderio. Domãs seipsuꝫ. penitẽtiaꝫ agebat: quia vel omnino desiderasset. ¶ Frater quidam aliqñ abijt visitare sororem suã: in monasterio egrotantẽ. Erat autẽ fidelissima. ꝛ nõ acquieuit aliquando videꝫ virꝫ neqꝫ occasionem dare fratri suo: vt ꝓpter illam veniret in medium femiaruꝫ. Et mandauit fratri suo. Uade frater ora ꝓ me: quia cum gratia xpi videbo te in regno celoruꝫ. ¶ Monachus quidam occurrit ancillis dei in itinere quodam. quibus visis diuertit extra viam. Cui dixit abbatissa. Tu si ꝓfectus esses monachus: nõ respexeras nos. sic vt agnoscerես. qꝛ femine eramus. ¶ Intrauerunt aliquãdo fratres in alexãdriaꝫ. inuitati a theophilo archiepiscopo: vt ꝑsentibus bis facta oratione destruẽt templa paganoruꝫ. Et mãducantibꝫ eis cum archiepiscopo: mistrate sunt eis carnes vitulinę. ꝛ mãducabant nihil discernẽtes. Et accipiẽs archiepus vnũ capadium. dedit iuxta se recũbenti seni dicẽs. Ecce istud capadium (id est stucklein) bonum ẽ. mãduca abba Ille añt respondẽs dixit. Usqꝫmodo credebam qꝛ olera manducarẽ. Nam si carnes sunt nõ maducabo. Et vltra nemo acquieuit gustare. ¶ Frater quidam ī cella attulit panes recẽtes: ꝛ inuitauit ad mẽsam seniores. Et cũ manducassent singulos paximates: pausauerũt. Frater vero sciẽs laborem abstinẽtie eoꝝ: cepit cuꝫ humilitate supplicare: dicẽs. Propter deum manducate hodie: donec saciemi. Et mãducauerunt alios denos paximates. Ecce igitur qꝫtum supra qꝫ opus erat. mãducauerunt ꝓpter deuꝫ veri monachi: ꝛ simpliciter abstinẽtes. ¶ Egrotauit quidam senum aliquãdo magna infirmitate: ita vt ex eius visceribus multus sanguis et fluẽt. Et attulit quidaꝫ frater nixas sicces. ꝛ fecit pultes. ꝛ misit eas ibi. ꝛ obtulit seni: ꝛ rogabat eum dicens. Come de. quoniã forte expedit tibi. Intuens autem eum senex diutius dixit. Uere dico tibi frater. qꝛ volebam vt me dimitteret ds in hac infirmitate esse: alios triginta ânos. Et nullomodo acquieuit senex in tali egritudine vel modicũ sumẽ cibi: ita vt tolleret frater qd̃ portauerat. ꝛ rediret ad cellam suã. ¶ Alter senex sedebat longe in heremo ꝛ contigit fratrem venire ad eum: ꝛ inuenire eum infirmante. Qui lauãs ei faciẽ. fecit ei refectionẽ: ex his que attulerat. Qd̃ cum vidisset senex: dixit. Uere frater: oblitus eram qꝛ haberẽt homies de cibo solacium. Obtulit ei etiã ꝛ calicem vini. Quod cum vidisset: ploraut dicens Non sperabam me vsqꝫ ad mortem bibere vinum.

Statuit quidam senex. vt quadraginta diebꝫ nõ biberet. Et si quãdo fieret cauma. lauabat suriscũlã ꝛ impleuit eam aq̃: ꝛ appendebat eam añ oculos suos. Qui cum interrogaretur a fratribus. Quare hoc faceret: respondit dicens. Ut cum vidẽs quod desiderabam nõ gustauero. maiorem ardorem sustineã et ꝓpter hoc maiorem mercedem a domino ꝓsequar ¶ Frater quidam iter agẽs. habebat secum matreꝫ suam. iam senem. Qui cum venissent ad quendam fluuium. nõ poterat vetula illa transire. Et tulit filius suus pallium suuꝫ ꝛ inuoluit exinde manus suas ne aliquo modo ꝓtingeret corpus eius. Et ita portans eam transposuit fluuium. Dixit autem ei matꝛ sua. Ut quid sic opuisti manus tuas fili mi. Ille autem dixit. Quia corpus mulieris ignis ẽ. ꝛ ex eoipso ꝙ contingebam te. veniebat mihi cõmemoratio aliarum femiarum in animo. ¶ Dicebat quidã patrũ Quia sciret fratrem in cella: ieiunãteꝫ tota ebdomada pasche. Et cum sabbato sero venisset ad missam ꝓmunicans mox fugiebat: ne cogeretur a fratribus in ecclesia manducare. apud se tm̃ modicas betbas elixas cum sale mãducabat sine pane. ¶ Fratres cõuocati sunt in scithi vt manducarent palmas. ꝛ erat ibi aliquis infirmus ꝓ nimia abstinentia: qui tussiens execrauit flecma. Quo vomente: de sputo eius venit sup alium fratrem. Qui cum a cogitatiõe sua cõpelleretur dicere ei. quiesce iaꝫ ꝛ nõ excrees super me: vt superaret cogitationes suas. tulit quod excreauerat. ꝛ mittẽs in ore suo: statim comedit illud. Et tunc cepit ad seipsuꝫ dicere. Aut nõ dicas fratri qd̃ eum contristet. aut mãduca quod bonres. ¶ Explicit liber de ꝓtinẽtia. ¶ Incipit liber ꝓtra fornicatõꝫ

Dixit abbas antoni

us. Estimo qꝛ habeat corpus motum naturalem consersum in se: qui nolẽte animo non operatur. sed tantummodo significatur in corpore. quasi impassibilis motus. Est autem ꝛ aliꝰ motus. ex eo qꝛ nutritur corpus. ꝛ foueꝫ cibis ꝛ potibus: ex quibus ꝛ caloꝛ sanguinis excitat ad opandum corpus. Propter quod dicit apostolus. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Et rursum dominus in euangelio: discipulis mandans dixit. Uidete ne grauentur corda vestra: crapula ꝛ ebrietate Est autem adhuc ꝛ alius quidam motus certantibus in conuersatione: ex insidijs ꝛ inuidia demonuꝫ veniens. Itaqꝫ scire conuenit quia tres sunt motus corporales. vnus quidem naturalis. alius autem ex plenitudine ciboruꝫ: tercius vero ex demonibus. ¶ Dixit abbas Seroncius petrensis. Quia multi temptati sunt a corporalibus delectationibus. ꝛ cũ non approximarẽt corporibus. mente fornicati sunt et qui corporaliter virginitatem seruant. ꝫm animũ fornicantur. Bonuꝫ est ergo dilectissimi facẽ quod scriptum est: omni custodia vnumquenqꝫ cor suum ꝙare. ¶ Dixit abbas cassianus. Quia dixerat abbas moyses. bonum est nõ abscondere cogitatõnes sed senibus spiritalibus ꝛ discretionem habentibꝫ. manifestare eas: non his qui tm̃ tpe senes sunt. qm̃ multi ad etatẽ respiciẽtes. ꝛ cogitatõnes dicẽtes eis quia experimentum non habebant: ꝓ ꝓsolatione. ad desperationem vltimam puenerũt. Erat quidã frater oĩno in conuersatione solicitus. Et cũ valde a fornicationis demone turbaret venit ad q̃ndam senez et retulit ei cogitatõnes suas. Ille añt audiens quia

erpers erat.indignatus est:z miserabilē dicebat esse frēm illum.z indignum monachi habitu:qz eiusmōi cogitationes recipet. Hec audiens frater desperās seipsuz.reliquit ꝓpriam cellam.z ad seculuz redibat. Scōm autem dispēsationem dei. occurrit ei abbas appollo:z vidēs eum ꝓturbatum.z nimium tristem. interrogauit eum dicens. Fili que est causa tāte tristicie tue. Ille autem prius ex multa ꝓfusione animi sui:nō respondit quicq̄. Postea autē cum multum rogaretur a sene.que circa se agerētur:confessus est dicēs. Quia cogitationes fornicationū inquietant me:qđ cōfessus sum seni illi.z ꝓm verba eius.iā mihi spes salutis nō est: desperans ergo meipsuz ad seculum reuerto. Hec aūt pater appollo audiēs.velut sapiens medicus multū eum rogabat. z monebat:dicens. Noli mirari fili.neq̄ desperes de teipō: ego ēi in hac etate atq̄ conuersatione ,valde ab huiusmōi cogitationib inquietor. Ne ergo deficias in huiusmodi occasione.que nō tantū humana solicitudine q̄ntum dei miseratiōe curatur: tm̄ hodie dona mihi quod peto.z reuertē in cellam tuā. Fecit autē frater ille sic. Abbas autez appollo discedens ab eo. prexit ad cellam illius senis.qui ei desperatōnem fecerat.z stans foris deꝑcatus est dominuz cū lacrimis:dicēs. Deus qui temptatōnes vtiliter infers. ꝓuerte bellū quod patitur frater ille in hūc senem:vt ꝑ experimētuz in senectute sua discat.quod tpe longo nō didicit:quatenus ꝓpatiat' his qui huiusmodi tēptationib ꝓturbantur. Qui cum orationē complesset:vidit ethiopē stātem iuxta cellaz.z sagittas dirigentē contra illū senem.quibus quasi ꝓforatus: statiz tanq̄ ebrius a vino huc atq̄ illuc ferebatur. Et cuz nō posset tolerare:egressus est de cella eadez via.qua et ille iuuenis ad seculum redibat. Abbas autem Appollo intelligēs quod factum erat.occurrit ei.z accedens ad eū dixit. Ubi vadis z que causa ꝓturbationis tue.que obtinuit te., Ille autez sentiēs quia intelexisset sanctus vir.que ei euenerant:p̄ verecūdia nihil dicebat. Dixit autez ei abbas appollo. Reuertē in cellaz tuā.z decetero agnosce infirmitatē tuā.z cogita apud temetipsuz.qz ignotus sis a dyabolo vsq̄modo aut contēptus: ꝓpter qđ nec meruisti �somnes virtutū habē ꝓtra dyabolū luctamīta. Quod autem dico luctamenta.qui nec vna die aggressionem ipsius portare potuisti: Hoc autē tibi contigit quia iuuenē illum a ꝓmuni aduersario impugnatuz susciꝑiens:cū debuisses eum cōtra dyabolicū certamen consolatorijs verbis monē.etiam in desperationem misisti:nō cogitans illud sapientissimū ꝑceptū quo iubemur eripere eos qui ducuntur ad mortem et iterum nō negligas redimē occidendos:sed neq̄ parabolam saluatoris nostri dicentis.harūdinē quassatam nō deberi confringi:z linum fumigans nō extingui. Nemo eīm ferre posset insidias aduersarij.neq̄ ebulliētis nature ignē extinguere. vel retinere:nisi dei gratia ꝓfuaret infirmitatē hūanā.que in nobis salutari dispensatione cuncta disponit. Omnes ergo dominū deprecemur.vt z aduersum te dimissum flagellum auertat: quoniā ipse z dolere facit z iterū saluti restituit.percutit.z manus ipsius sanat. humiliat et exaltat.mortificat z viuificat:deducit ad infe-

ros z reducit et. Hec dicens orationez īpleuit:z statim ab illato sibi bello senex liberatus est. Quem cō monuit abbas Appollo.vt peteret sibi dari linguaz eruditam:vt sciret tempus quo oporteret loqui sermonem. ¶ De cogitatione fornicationis interrogatus abbas syrus alexandrinus:ita respondit. Si cogitationes nō habes:spem nō habes. Quoniam si cogitatōes nō habes.opera habes:hoc est. Qui cogitatione aduersus peccatum nō pugnat neq̄ contradicit:corporaliter peccat. Qui enīz corporaliter peccat:cogitatōnum molestias nullas habet. Interrogauit autem quidam senex:frēm dicens. Ne consuetudinem habes colloqui mulieri. Et dixit frater Non. Et ille dixit. Ueteres z noui pictores sunt cogitationes mee:z cōmemorationes quedā inquietātes me ex similitudine mulierum. Senex autez dixit Mortuos nō timeas.sed viuētes fuge:hoc est.consensum.z in opere ipso peccatum: et extende magis orationem tuā. ¶ Dixit abbas mathois. Qz quidaz frater veniens dixerit: deteriorem esse qui obloquit q̄ qui fornicatur. Et respondit ipse senex. Durus est sermo. Dixit ergo ei frat'. Et quomodo vis esse hanc rem. Dixit ei senex. Oblocutio qui'dem mala ē celerem tamē inuenit curam.z plerūq̄ penitentiam agit. qui oblocutus est dicens. male locutus sum et transit.fornicatio autem naturaliter mors est. ¶ Dixit abbas pastor. Sicut spatarius principis assistit ei cōtinue semper paratus ita oportet z animā semper paratam esse aduersus demones fornicationuz. ¶ Uenit aliquando quidam frater ad abbatē pastorē:z dixit ei. Quid facio pater quia affligor a fornicatione. Et perrexi ad abbatez ibistionem:z dixit mihi. Non debes eam longo tempore ꝓmittere habitare in te. Dixit abbas pastor. Abbatis ibistionis actus sursum in celo sunt cum angelis. z latet eum: ego autem z tu in fornicatione sumus. Si ergo tenet monachus ventrem z linguam.z manserit in solitudine:confidat:quia nō morītur. ¶ Narrauerunt de abbatissa Sara.quia mānserit tredecim ānos fortiter a fornicationis demone īpugnata.z nunq̄ orauit vt recederet ab ea huiusmodi pugna:sed hoc solum dicebat.da mihi fortitudinem deus. ¶ Dixerunt itez de ea. Quia infestior fuerit ei aliq̄ imminens fortius idem fornicationis demon: mittens in cogitationem eius seculi vanitates. Illa autem non relaxans animum a timore dei.z a ꝓposito abstinentie.ascendit semel super lectum suum orare:z apparuit ei corporaliter spiritus fornicationis et dixit ei. Tu me vicisti sara. Illa autez respondit. Ego te nō vici:sed dominus meus ihūs xp̄us. ¶ Frater quidam stimulabatur a fornicatione:z erat stimulus velut ignis ardēs in corde eius.nocte ac die. Frater autem decertabat:non condescēdens neq̄ consentiēs cogitationi sue. Post multum autē tempus discessit stimulus ab eo nihil prevalens propter perseverantiam eius:et statim lux apparuit in corde eius. ¶ Alius frater stimulat' a fornicatione.z surgēs nocte ꝓrexit ad q̄ndaz senē.z dixit ei cogitatiōes suas et ꝓsolat' est eū senex. Et q̄ ꝓsolatiōe,pficiēs frat': reūsus ē in cellā suā. Et ecce itez spūs fornicationis

temptauit eum. Ille autem frater iterum abijt ad se nem. Factum est autem hoc sepius. Senex vero nō contristauit eum. sed loquebat ei que ad vtilitatem eius ptinerēt: dicens. Non concedas dyabolo vt re laxas animum tuum. sed potius quotiens molestus est tibi dēmon. dic veni ad me: z increpatus discedit Nihil enim sic extediat dēmonē fornicationis. quomodo si reuelentur stimulationes eius: z nihil eū sic letificat. quomodo si abscondant cogitationes eius Venit ergo frater vndecies ad senem: accusans cogitatōes suas. Postea autē dixit frater seni. Osten de caritatem abba: z dic mihi verbum. Et dixit ei se nex. Crede fili. quia si permitteret deus cogitatōes meas quib stimulatur animus meus in te transferri nō eas portares: sed oīno corrueres deorsum. Hec autem dicente sene ꝓpter nimiam humilitatem eius quienit stimulus fornicationis a fratre. ¶ Itē alius stimulatus a fornicatōnes: cepit decertare z extendē abstinētiam suam per quatuordecim annos. cogita tionem suam custodiens: ne ꝓsentiret concupiscētie sue. Postea autem veniens ad ecclesiaz: manifesta uit vniuerse multudini quod patiebatur. Et datuz est mandatum. z omnes afflixerunt se ꝓ eo. ebdoma da iugiter orantes dominum: z quieuit stimulus ei⁹ ¶ De cogitatione fornicationis: dixit quidaz senex heremita. Dormiens vis saluari. Vade labora. va de affligē. vade quere z inuenies: vigila. pulsa: z ape rietur tibi. Sunt enim in seculo pancraciarij. qui cū nimis edunt z stant. z fortes apparuerūt: coronas ac cipiunt. Aliquotiens autem z vnus a duobus cedi tur: z cōfortatus plagis. cedentes se vincit. Vidisti quantam virtutem per carnis exercitium acquisiuit Et tu sta z confortare z dominus expugnabit ꝓ te inimicum. ¶ De eadem ipsa cogitatione fornicatio nis dixit alter senex. Esto velut qui transit in platea aut per tabernam. z capit cuiuscunqz capture odo rem: aut alicuius assature. z qui vult ingredit z man ducat: qui autem nō vult odoratur tm̄. z preterit. ita et tu excute a te fetorem: surge z ora dicens. Domīe fili dei adiuua me. Hoc autem fac etiam aduersus alias cogitationes. Neqz enim eradicatores sumus cogitationum. sed luctatores aduersus easdem co gitationes. ¶ Alter senex dixit. Hec de neglgentia patimur. Nam si consideremus quia deus habitat in nobis: nō alienum vas. inferemus intra nos. Do minus enim xp̄s habitans in nobis atqz cohabitās nobis: respicit vitam nostram. Unde z nos portan tes eum z contemplantes. negligere non debemus. sed sanctificare nosmetipsos: sicut z ille sanctus est. Stemus super petram z rumpatur malignus: non formides z committet aduersus te. Psalle cum vir tute: dicens. Qui confidunt in domino sicut mons syon. non commouebitur ineternum: qui habitat in hierusalem. ¶ Frater quidam interrogauit senem dicens. Si incurrerit monachus in peccatum. Affli gitur velut qui de profectu in deteriorem statum p uenerit: z laborat donec resurgat. Qui autem a se culo venit: velut qui initium fecerit z proficit. Et re spondens senex: dixit. Monachus temptationem incurrēs. sic est tanqz domus que cadit: z si sobrius fuerit in cogitatione reedificat eaz que corruerat do mum. inueniens materias ad edificium profuturas habens posita fundamenta. lapides. arenam. z cete ra. que huiusmodi sūt edificō necessaria. atqz ita ve lociter pro fabricata proficit. Ille autem qui nec ef fodit. nec fundamentuz misit. nec habet aliquod eo rum que sunt necessaria: sed in spe dimittens. si quo modo aliquando perficiatur. ita est et monachus. si in temptationez ceciderit: z ꝓuersus fuerit ad domi num. habet plurimum apparatum: videlicet medita tionem diuine legis. psalmodiam. opus manuū. ora tionē. z cetera: que sunt sancte religionis fundamē ta. Qui autem recens est z nouus in conuersatione donec ista discit: ille primuz ordinē inueniet. ¶ Fra ter quidam cum a fornicationis spiritu teneret. per rexit ad quendam senem magnum: z rogabat eum: dicens. Ostende pater caritatez. z ora pro me. quia a fornicatione solicitor. Senex autem dēpcatus est dominū pro eo. Et iterum secundo veniens ad senē dixit eundem sermonem. Similiter z senex: non ne glexit rogare pro ipso dicens. Domine reuela mihi vnde in hoc fratre operatio sit ista dyaboli: qm̄ de precatus sum te z requiem nondum inuenit. Et re uelauit ei dominus que agebantur circa fratrem illū et vidit eum senex sedentem. z spiritum fornicatiōis circa eum. z quasi ludētem cuz ipso: z angelus domi ni stabat missus in adiutorium eius. z indignabatur aduersus frēm illum: quia nō se ꝓsternebat deo. sed quasi delectabatur in cogitationib suis totam men tem suam ad hoc inclinans. Et agnouit senex quia causa magis ab eodem fratre esset: z anunciauit di cens. Tu consentis cogitatōni tue frater. Et docuit eum quomodo talibus cogitationibus deberet resi stere. z respirans frater per doctrinam senis illius et orationem: frater inuenit requiem a temptatiōe sua ¶ Temptatus est aliquando discipulus alicuius se nis magni: a fornicatione. Senex vero cum videret eum laborantem: dixit ei. Vis rogo deum vt sublet⁹ a te molestiam istam. Ille autem dixit. Video abba. quia et si laboro: tamen ex pōdere laboris hu ius fructificari me sentio. sed hoc roga deum in cogi tationibus tuis. vt det mihi tolerantiam per quā su stineam. Dixit ei abbas suus. Modo agnoui quia in magno profectu es fili: z supgrederis me. ¶ Di cebant de quodam sene quia descendit de scithi. et habebat filium adhuc sugentem lac: qui qm̄ in mo nasterio nutritus est. nesciebat quid essent mulieres Qui cum factus esset vir: ostendebant ei nocte dē mones formas z habitus mulierum: z hoc nūciauit patri suo. z mirabatur. Aliquando ergo ascendit cū patri suo in egiptum. z videns mulieres: dixit patri suo. Ecce iste sunt que veniebant ad me nocte in sci thi. Et pater dixit ei. Isti sunt monachi de seculo fi li. alio autez habitu vtuntur isti: z heremite alio. Et miratus est senex. quomodo z in scithi ostenderent ei dēmones imagines mulierum: z statim reuersi sūt in cellam suam. ¶ Frater quidam erat ꝓbatus tem ptationibus in scithi: z immittebat ei aduersari⁹ me moriam mulieris cuiusdam pulchre in animo. z affli gebat eum valde Et contigit sc̄m dei dispensatō nem. vt alter frater descendens de egipto. z applica ret in scithi: et cum loquerentur: nunciauit ei dicens

Uxor illius mortua est. Erat autem ipsa mulier de qua inquietabat frater ille. Quod cum audisset. tulit vestimētum suum nocte. & ascendit vbi eam sepultam audierat: & fodit locum & extersit saniem putredinis eius in vestimēto suo. & reuersus habebat illud in cella sua. Et cū nimis fetēt. pōebat illos fetores ante se & improperās cogitatōi sue: dicebat. Ecce desiderium quod querebas: habe illud & saciare ex eo. Et ita ex huiusmodi fetore castigabat semetipsum: donec emorerent concupiscentie eius. ¶ Venit quidam in scithi aliquādo vt fieret monachus: qui etiā accepit filium suū secum nuper ablactatum. Qui cum factus fuisset iuuenis. ceperūt impugnare dēmones et solicitare eum. Et dixit patri suo. Vado ad seculū quia nō valeo carnales concupiscētias sustinē. Pater autem eius consolabat eum. Dixit ergo ille iuuenis. Jam sustinē non valeo pater dimitte me redire ad seculum. Dixit ergo ei pater suus. Audi me fili ad huc semel. & tolle tibi quadragita panes. & folia palmarum dierū quadraginta: & vade in heremum interiorem. & esto ibi quadraginta diebus. & volūtas domini fiet. Qui obediens patri suo. surrexit & abijt in hēmum. & mansit ibi laborans & faciens plectas de palmis siccis: & panem siccum comedens. Et cū ibi dies viginti quieuisset. ecce videt opus dyabolicum quod daz venire sūper se: & stetit corā ipso velut mulier ethyopissa. fetida & turpis aspectu. ita vt fetorem eius ferre nō possz. Et abijciebat eam a se. & illa dicebat ei. Ego sum qui in cordibus hominū dulcis appareo. sed ꝓpter obedientiam tuam & laborē quem sustines. non ꝑmittit me deus seducere te. sed ostendi tibi fetorem meū. Ille aūt surrexit & gratias agēs deo. venit ad patrem suum: & dixit ei. Jam nolo ire ad seculum pater. vidi em̄ operationē dyaboli: & fetorem eius. Cognouerat autem & pater eius de hoc ipso: & dixit ei. Si mansisses quadraginta dies. & custodisses vsqz in finem mādatum meum: maiora habuisses videre. ¶ Senex quidam sedebat in longinqua heremo. qui habebat vnam parentem. & desiderabat eam videē post multos annos: & quesiuit in quo loco habitaret. Et surrexit et venit in viam heremi illius. & inueniēs camelarios adiunxit se illis: & ingressa est cum illis heremum. Hec enim trahebat a dyabolo. Que cum venisset ad ianuam senis: cepit signis indicare seipsam dicens. Ego sum parens tua Et mansit apud eum. Erat autez alius monachus sedēs in inferioribus partibus heremi qui implebat sibi suriscalam aque: & hora qua mādducare voluisset. subito versabatur suriscula & effūdebatur aqua Qui inspirante deo: dixit in semetipso. Ingrediar in heremum: & dico hoc qđ mihi euenit de aqua senioribus. Et surgens abijt. Et cum sero factum eēt dormiuit in templo quodam ydolorum iuxta viam et audiuit nocte dēmones dicentes. Jsta nocte precipitauimus illum monachū in fornicationē. Quod cum audisset contristatus est: & perueniens ad senez inuenit eum tristem. & dixit ei. Quid facio abba: qz impleo mihi vasculum aque. & in hora manducandi effunditur. Et dixit ei senex. Tu venisti ad me interrogare me. quia suriscula tua versatur: ego autē qđ facio. quia hac nocte cecidi in fornicationem. Qui respondit. Et ego cognoui. Et dixit ei. Tu vñ scis. Qui dixit. Dormiebam in templo: & audiui dēmones loquentes de te. Et dixit senex. Ecce ego vado ad seculum. Ille autem rogabat eum: dicens. Noli pater. sed permane in loco hoc: mulierē vero dimittamus hinc. Hoc enim ex occursu inimici contigit. Quo audito. senex sustinuit extendens & aggrauans conuersatōnem suam cum lacrimis: donec rediret in priorem ordinem suum. Dixit senex quidam Quia securitas & taciturnitas & occulta meditatio: pariunt castitatem. ¶ Frater quidam interrogauit senem dicens. Si contingit hominem in temptationem cadere. quid fit ꝓpter eos qui scandalizā tur in eo. Et narrauit senex dicens. Dyaconus quidam erat nominatus in monasterio egipti. Duz autem quidam curialis insecutionem iudicis pateret. venit cum omni domo sua ad monasterū: & operante iniquo. incurrit dyaconus ille in mulierem eius. et facta est omnibus fratribus confusio. Ille aūt abijt ad quendam senem: & indicauit ei rem. Senex vero habebat occultam cellā interiorem. quā cum vidisset dyaconus ille: dixit. Sepeli me hic sic viuum: et non iudices cuiqz. Et intrauit in obscuritatem celle illius: & egit penitentiaz illic ex veritate. Contigit autem vt post multum temporis. nō ascenderet aqua de flumine nyli. Et cum oēs letanias faceret. reuelatum est cuidam sanctorum. quia nisi veniret dyaconus qui absconditus esset apud illum talem senem. nō ascenderet fluminis aqua. Quod cum audissēt mirati sunt: & venientes ejecerūt eum de loco in quo erat. Et orauit & ascendit aqua: et qui aliquando in ipso scandalizati fuerant: edificati sunt postea in penitentia eius: & glorificauerunt deū. ¶ Duo fratres perrexerunt ad ciuitatem vt venderent quod fuerant operati. Et cum a seinuicem in ciuitate fuissent diuisi: incurrit vn⁹ in fornicatōez. Veniens aūt postea: frater eius: dixit ei. Reuertamur ad cellaz nostram frater. Ille autem respondit dicens. Non veniam. Et interrogauit eum ille dicens. Quare frater. Et ille respondit. Quia cum discessisses a me. incurri in temptatōnem & fornicatus sum. Ille autem alter frater volens lucrari eum cepit dicere. Quia & mihi sic contigit: & quando separatus fuz a te. incurri & ego infornicationem. Sed eamus & simul penitētiam agamus cū omni labore: & deus ignoscet nobis peccatum. Qui cum venissent ad cellam retulerunt senibus qđ eis contigerat: & dederūt eis illi mādatum qualiter penitentiā agerent. Ille tamē vnus non ꝓ se sed pro alio fratre penitentiam agebat tanqz si & ipse peccasset. Videns autem deus laborem et caritatē eius intra paucos dies manifestauit vni de senibus. qꝫ pro multa caritate fratris qui nō peccauerat. indulserat illi qui fornicatus est et vere hoc est ponere animā suam pro fratre suo. ¶ Venit aliquando frater ad quendam senem: & dixit ei. Frater meus soluit me egrediens huc atqz illuc: et pro hoc ego affligor. ¶ Et rogabat eum senex: dicendo. Equanimiter porta frater: et deus videns laborem sustentationis tue reuocat eum ad te. Neqz enim possibile vt cum duricia est et austeritate et rigore facile ab intentione sua aliquis reuocetur. quia nec

dæmon expellit dæmonē:sed magis benignitate eum reuoca ad te. Qm̃ ⁊ dominus deus noster ꝓsolando ad se hoīes trahit. Et narrauit ei dicens. Quia fuerunt duo fratres in thebayda. ⁊ cuz vnus ex his in fornicatōnem cecidisset:dicebat ad alium. Reuertar ad seculū. Alter vero plorabat dicens. Nō te dimitto frater discedere ⁊ pdere laborem tuum:⁊ virginitatē tuam. Ille vero nō acquiescebat: dicendo. Nō hic sedeo.sed vado aut veni mecum.⁊ itez redibo tecum aut certe dimitte me.⁊ pmanebo in secło. Vadens aūt frater:nūciauit hoc cuidā seni magno Dixit aūt ei senex. Vade cum ipo:⁊ deus illum per laborez tuum nō dimittet corruere. Qui consurgēs abijt cum eo ad seculum. Et cum pueniſſet ad qndam vicum. Vidēs deus laborem illius.qui ex caritate ⁊ necessitate fratrez suū sequebatur:abstulit cōcupiscētiam a fratre eius.⁊ dixit fratri suo. Eamus iterum ad heremū frater. Ecce iam puto quia peccaui cum muliere.quid lucratus sum ex hoc: Et reuersi sunt illesi in cellam suā. ¶ Frater quidam temptatus a dæmone:pfectus est ad quendam senē dicens. Quia illi duo fratres simul sunt:⁊ male viuūt. Cognouit autez senex quia a dæmone illuderetur:et mittens vocauit eos ad se. Et cū factuz esset vespe. posuit mattā illis duobus fratrib. ⁊ coopuit eos in vno lecto:dicēs. Filij dei magni ⁊ sancti sunt. Dixit vero discipulo suo. Hunc fratrem claude in cella seorsum:ipse em̃ passionem quā illis obijcit habz in se ¶ Frater quidam dixit seni. Quid facio quia occidit me sordida cogitatio. dixit ei senex. Mulier qñ vult ablactare filium suū.amarum aliquid supungit vberib suis:⁊ cum venerit infās ex cōsuetudine fugere lac sentiēs amaritudinē refugit. Mitte ergo et tu in cogitatōem tuam amaritudinē. Dixit ei frater Que est amaritudo quā debeo mittere: Dixit ei senex. Cogitatōem mortis. ⁊ tormentoruz que in seculo futuro peccatoribz preparant. ¶ Frater quidaz interrogauit senem de hmōi cogitatione:⁊ dixit ei senex. Ego nunqz stimulatus sum de hac re. Et scandalizat⁹ est in eo frater ille. Et abijt ad alium senem dicens. Ecce hoc mihi dixit ille senex.⁊ scandalisat⁹ suz in eo qz supra naturā est qđ dixit. Dixit ei senex Nō simplicit tibi dixit hoc.ille homo dei: sed surge et vade ⁊ pniam age apud eum.vt aperiat tibi ꝓtum sermonū suorum. Surrexit ergo ille frater ⁊ venit ad senem.agens in cōspectu eius pniam: et dixit Ignosce mihi pater.qz stulte fecit. Non dicens tibi vale discedēs a te:sed obsecro te.vt intepteris mihi quomodo nunqz solicitatus sis a fornicatiōe. Dixit ei senex. Quia ex quo fact⁹ sum monachus: nō sum saciatus pane neqz aqua. neqz somno.⁊ appetitu eorum quib pascantur alij:⁊ crucians me nō permittebar sentire fornicationis stimulos. Et exiens frater ille ꝓficiens ex relatione senis. ¶ Frater quidem interrogauit quēdam senem dicēs. Quid facio quia cogitatio mea semp in fornicatione intēta est.⁊ nō me quiescere/sinit vna hora: et affligitur ex hoc anima mea: Ille autem dixit ei. Quando dæmones cogitationes in corde tuo seminant ⁊ sentis hoc/non colloquaris cum animo tuo. quoniaz dæmonum est talia suggerere.⁊ licet non negligant hec immittere: tamē non extorquent. In te est ergo:⁊ suscipere ⁊ nō suscipere. Scis autem quid fecerint madyanite. quoniā ornauerunt filias suas: ⁊ statuerūt eas in conspectu israelitarum.nō tamen alicui extorserunt vt cōmiscerentur cum eis: sed qui voluerūt incurrerunt in eas Alij autem cōminati sunt indignantes.⁊ cum interitu eorum qui ꝑsumpserant vlti sunt fornicationem ita agendum est ⁊ de fornicatione. Respondens autem frater dixit. Et quid faciam quia fragilis sum ⁊ superat me passio hec. Ille autem dixit ei. Intētus esto ad huiusmodi. dæmones quādo faciunt initiuz loqui in corde tuo. nō respōdeas eis:sed surgēs ora et age penitētiam dicens:fili dei miserere mei. Dixit autem ei frater. Ecce meditor abba ⁊ nō est compūctio in corde meo:quia nescio virtutem verbi. Et ille dixit. Et tu tm̃ meditare.audiui enim quia dixit abbas pastor:sed ⁊ alij patres hoc verbum: quoniam incantator virtutem verborum que dicit:nescit:sed serpens audit ⁊ scit virtutē eoz que incantant ⁊ serpens subijcit incātanti ⁊ humiliat. Sic ⁊ nos cuis ignoremus ꝓtutem illorum verborū que loquimur dæmones tamen audiētes terrentur atqz discedunt ¶ Dicebant quidam senes. Quia cogitatio fornicationis fragilis est velut papirum. Si ergo iactatur in nobis.⁊ nō acquiescētes ꝓiciamus illam a nobis facile rumpitur. Necessariū igitur est: vt sit discretō in cogitatione qua agnoscamus.quia his qui cōsentiunt eis: nō sit spes salutis. illis qui autem qui non ꝓsentiunt:reposita sit corona. ¶ Duo fratres impugnati a fornicatōe:abierunt ⁊ acceperūt vxores postea autem dixerūt adinuicez. Quid lucrati sumus quia deseruimus angelicum ordinem et venimus in immūditiam hanc. ⁊ post hec in ignem ⁊ tormenta venturi sumus: Redeamus igit iterum ad hēmum et agamus penitētiam: de his que ꝑsumpsimus. Et venientes ad heremum: rogauerūt patres vt susciperent eos penitentes:⁊ confitentes ea que gesserāt Et clauserunt eos annum integrum senes.⁊ ambobus equaliter ad pensum dabantur panes:⁊ ad mēsuram aqua similiter. Erant autem visione consimiles. Et dum ꝓpletum fuisset tempus penitētie:exierunt ⁊ viderunt patres vnum pallidum ⁊ tristem nimis:alium vero robustum et clarum. Et mirati sunt qm̃ cibum ⁊ potum equaliter acceperant. Et interrogauerunt eum qui tristis ⁊ aflictus erat:dicentes. Quid exercitabaris cum cogitationib tuis in cella tua. Et ille dixit. Pro malis que feci: penas in quibus venturus eram in aīmo meo reuoluebam.⁊ pre timore adheserunt ossa mea carni mee. Interrogauerūt autem ⁊ aliuz: dicētes. Tu quid cogitabas in cella tua: At ille respondit. Bratias deo referebam. qui eruit me de inq̃namento mundi huius ⁊ de futuri seculi penis:⁊ reuocauit me ad hanc ꝓuersatiōem angelicam.⁊ reminiscens assidue dei mei letabar. Et dixerunt senes. Equalis est amborū penitētia apd deum. ¶ Senex quidam erat in scithi. qui cū incurrisset in egritudinem magnam: seruiebant ei fratres Et videns senex qz laborarent:dixit. Vado in egyptum:vt nō soluā fratres istos a laboribz suis.⁊ dixit ei abbas Moyses. Nō vadas:qm̃ fornicatiōem incursurus es. Ille aūt ꝓtristatus dicebat. Mortuū

est corpus meum: & tu mihi ista dicis. Surgens ergo abyt in egiptum. Quod cum audissent homies circũquaq; habitantes: offerebant ei multa. Venit etiaz ad eum quedam virgo fidelis: volens obsequium suũ seni illi infirmanti impendere. Et post aliq̃n tulum temporis. cum paululum de egritudine q̃ tenebaꝰ melius habuisset: incurrit in eam. At illa concepit. Interrogata aũt a vicinis locis vnd ꝓcepisse: illa respondit. De sene illo. Illi aũt non credebãt ei Senex ꝙo dicebat: ego hoc feci. Sed custodite infantem quẽ peperit. Que cum genuisset puerũ & ablactatus fuisset: tulit senex infantem in humeris suis & die qua erat festiuitas magna in scithi: occurrit ibi & intrauit ecclesiam coram mltitudine fratrũ. Illi aũ videntes eũ: fleuerunt. Qui dixit fratrib. Videtis infantem hũc: Filius est inobedientie. Cauete ergo vos fratres. eo q̃ in senectute hoc feci: & orate ꝓ me Et pgens ad cellam suam: ad initium prime conuersationis sue reuersus est. ¶ Frater quidam ꝛtemptatus est pessime a demone: in specie pulcrarum mulieruz. Transformati nanq; demones iugiter, per quadraginta dierum spacium: pseueraueruũt pugnãtes aduersus eũ: vt traherent eum ad turpem ꝓmixtionem. Illo autem viriliter reluctante & minime superato: deus aspiciens bonuz eius, certamen: donauit ei. vt nullum vltra calorem carnalis concupiscentie pateretur. ¶ Solitarius quidam erat in inferioribꝫ partibus egipti. & hic erat nominatissimus quia solus in ecclesia sedebat in deserto loco. Et ecce iuxta operationem sathane mulier quedaz inhonesta audiens de eo: dicebat iuuenibus. Quid mihi vultis dare: & decipio istum solitariũ vestrũ: Illi autẽ ꝓsti tuerunt certum quid vt darent ei. Que egressa vespere: venit in cellã eiꝰ velut errãs. & cũ pulsasset ad cellam eiꝰ: egressus est ille. & videns eaz turbatꝰ ẽ dicens. Quo huc venisti: Illa aũt velut plorãs dicebat. Errando huc veni. Qui cum miseratõne viscerũ pulsaret. introduxit eã in atriolum celle sue: & ipe intrauit interius in cellam suã & clausit eã. Et ecce infelix ille clamabat dicens. Abba bestie comedũt me hic. Ille autẽ iterũ turbatꝰ est. timẽs etiã iudiciũ dei dicebat. Vñ mihi venit ira hec: Et aperiẽs ostiuz introduxit eã intro. Cepit aũt dyabolꝰ velut sagittis stimulare cor eius in eaz. Qui cũ intellexissz dyaboli esse stimulos: dicebat in semetipo. Vie inimici tenebre sũt: filiꝰ autẽ dei lux est. Surgens g̃ incẽdit lucernã. Et cũ inflamaret desiderio: dicebat. Quoniam qui talia agũt i tormẽta vadũt. Proba g̃ te ipm ex hoc si potes sustinẽ eternũ ignem. Et mittebat digitũ suũ in lucernam. Quẽ cũ incendisset: ardorem non sentiebat. ꝓpter nimiam flamã ꝓcupiscẽtie carnalis. & ita vsq; mane faciens incendit oẽs digitos. Illa aũt infelix videns quod faciebat senex ille: pre timore velut lapidea facta est. Et venientes mane iuuenes ad senem illũ: dicebãt. Venit ne huc mulier sero: Ille aũt dixit. Etiam. Ecce vbi dormit Et intrantes inuenerunt eã mortuam: & dicunt. Abba mortua est mulier. Tunc ille excutiens palliũ suũ quo vtebatur: ostendit eis manus suas dicens. Ecce quid fecit mihi filia ista dyaboli: perdiditq; oĩs digitos meos. Et narrans eis quod factum fuerat: dicebat. Scriptum est: ne reddas malum pro malo Et faciens orationem super eaz. suscitauit eã. Que ꝓuersa: caste egit residuũ tempus vite sue. ¶ Fratꝛ quidam impugnabatur a fornicatõne. Cõtigit aũt eum venire in quendam vicum egipti. & videns filiã sacerdotis paganorum: adamauit eam: dixitq; patri eius. Da mihi eam vxorem. Ille autem respondens dixit ei. Non possum eam tibi dare: nisi interrogauero deum meum. Et abiens ad demonẽ quez colebat: dixit ei. Ecce monachus quidam venit volens accipere filiam meam. Do eam illi: Et rñdens demon dixit. Si negat deum suum & baptismum et ꝓpositum monachi: da eaz ei. Et veniens sacerdos dixit. Nega deum tuum & baptismum & propositũ monachi: & do tibi filiam meam vxorem. Ille ꝙo cõsensit: & statim vidit velut columbaz exire de ore suo & volare in celum. Pergens autem sacerdos ad demonem: dixit. Ecce promisit tria ista se factuꝝ. Tũc respondens dyabolus: dixit ei. Non des ei filiam tuam in vxorem: quia deus eius non integre recessit ab eo: sed adhuc adiuuat eum. Et veniẽs sacerdos dixit. Non possum eam tibi dare vxorem: quia adhuc deus tuus adiuuat te & non rcessit a te. Hec audiens frater dixit in semetipo. Si tantam bonitatẽ oñdit in me deus. cũ ego infelix negauerim ipsum, & baptismum & propositum monachi: bonus autẽ deus etiam si cum tam grande scelus cõmisi: nuncusq; adiuuat me. cur ego recedã ab eo: Et in semetipm reuersus: recepit sobrietatem mentis. & venit in beremum ad magnum quendam senẽ: & narrauit ei rẽ que fuerat facta. Et respondens senex: dixit ei. Sede mecum in spelunca & ieiuna tres ebdomadas cõtinuas: & ego deum deprecor pro te. Et laborauit senex pro fratre illo: & deprecatus est deũ dicens. Obsecro domine dona mihi animam hanc: & suscipe penitentiam eius. Et exaudiuit orationem eius deus. Et cuz ꝓpleta fuisset prima ebdomada: venit senex ad illum fratrem: & interrogauit eum dicens. Aliqd ne vidisti. Et respondens frater dixit. Etiam. Vidi columbam sursum in altitudine celi: cõtra caput meum stantem. Et dixit ei senex. Attende tibimetipsi: & deprecare deum attente. Secunda ꝙo ebdomada venit senex iterum ad fratrem: & interrogauit eum dicens. Vidisti ne aliquid: Et respondit. Vidi columbam venientem iuxta caput meũ. Et ꝓcepit ei senex dicens. Sobrius esto mẽte & ora. Et cõpleta tercia ebdomada: venit iterum senex: & interrogauit eũ dicens. Ne aliquid plꝰ vidisti: At ille respondit dicens. Vidi columbam que venit & stetit super caput meum: & extendi manum meam vt teneret illam: illa autem surgens intrauit in os meum. & gratias agens deo senex: dixit fratri. Ecce suscepit deus penitentiam tuam. De cetero attende temetipsum: & esto solicitus. Et respondens frater dixit. Ecce ãmodo tecũ ero: donec moriar. ¶ Dicebat q̃ dam de thebeis. q̃ ipe esset filius sacerdotis ydolorum. & cum paruulus sederet in templo & vidisset patrem suũ frequenter ingredi: & sacrificia offerre ydolo. & quia semel occulte post ipsum intrauerit & viderit sathanam sedentem & omnem militiam eius astãtem ei. Et ecce vnus de principibus veniẽs adora-

nõ quatz ꝓpter temptaciõz cazitꝫ demabur digitos.

uit eũ. Cui dyabolus ait. Unde venis tu: Et ille respondit. In illa puincia eram. ⁊ suscitaui illic bella ⁊ perturbationes plurimas ⁊ effusionẽ sanguis faciens: ⁊ veni nunciare tibi. Et sathanas interrogauit eũ. In quãto tpe hoc feci: Et ille rñdit. in trigĩta dieb. Et sathanas iussit eũ flagellari: dicẽs. Tãto tpe hoc feci: Et ecce alius veniens adorauit eũ ⁊ illi dixit. Uñ venis tu: Et respõdit dem̃õ. In mari eram ⁊ suscitaui cõmotiones: ⁊ dimersi naues: et multos homines occidens: veni nũciare tibi. Et dixit ei sathanas. Quãto tpe hoc fecisti: At ille rñdit Sũt dies vigĩti. ⁊ hũc siliter iussit flagellari: dicens q̃re in tantis dieb hoc solũ fecisti: Et tercius venit: ⁊ adorauit eũ dicens. Dixit aũt huic. Tu vnde venis Et rñdit. In illa ciuitate fui. ⁊ duz ibi fierẽt nuptie excitaui lites: ⁊ multas effusiones sanguinis feci. insuper ⁊ ipsum sponsum occidi: ⁊ veni nunciare tibi. ⁊ dixit in quantis dieb hoc fecisti: Et rñdit decem Jussit aũt ⁊ hũc flagellari: tanq̃ moras fecerit. Uenit aũt ⁊ quartus dem̃on adorare eũ: ⁊ dixit ei. Uñ venis: Qui rñdit. In beremo eram. ecce quadragĩta anni sunt q̃ impugnaui monachũ quendã ⁊ vix nocte ista ꝑualui: vt facerẽ eũ fornicari. Quod dyabolus audiens. surrexit ⁊ osculatus est eũ: ⁊ tollens coronã quã ipe habebat: ⁊ posuit in capite illius: et fecit eũ i vna sede ꝑsedere secum dicens. Magnam rem fortiter egisti. Hoc ego cum audissem ⁊ vidissẽ dixi intra meipsum. Uere magnus est ordo monachorum. Et egressus sum ⁊ factus sum monachus.

¶ Dicebant de quodam patre. quia secularis fuisset ⁊ postea conuersus: ⁊ de ꝓcupiscentia vxoris sue frequenter stimularet: ⁊ narrabat hoc pribꝫ. Qui cum vidissent q̃ operarius essz: ⁊ maiora faceret q̃s ei dicebãt: imponebãt ei tam multa. vt debilitaret corpus eius ita vt nec surgere posset. Deo aũt dispensante: venit quidaz pater vt applicaret in scithi. Et cum venisset ad cellam eius: vidit eam apertã ⁊ pertransiuit admirans qũo nemo egressus esset i occursu eius. Et reuersus stabat dicens. Ne forte frater qui in ea habitat: infirmet. Et cũ pulsasset intrauit: ⁊ inuenit eũ nimium infirmũ. Et dixit ei. Quid habes pater: Et narrauit ei dicẽs. Ego de seculari vita sum ⁊ solicitat me modo inimicus in vxore mea: ⁊ narraui patribus: ⁊ imposuerunt mihi conuersationis onera diuersa. ⁊ cum obedienter implere vellem ⁊ ecce defeci: ⁊ tamen stimulus crescit. Audiens hoc senex: ꝓtristatus est ⁊ dixit ei. Equidez pres vt potentes viri: bene tibi imposuerunt onera quibus graueris. sed si me paruulum audis: iacta hec a te: ⁊ sume parum cibi in tempore suo. ⁊ recolligens vires tuas: fac aliquantulum operis dei: ⁊ iacta in domino cogitatum tuum: quoniam tuo labore hanc rem non poteris superare. Corpus enim nostrum velut vestimentum est: si illud diligenter tractaueris stat. si autem neglexeris illud: putrescit. Qui cum audisset eum: fecit ita: ⁊ intra paucos dies recessit stimulus ab eo. ¶ Monachus quidaz solitarius antiqus ⁊ in conuersatione proficiens sedebat in monte ipsis antinoi. sicut audiuimus a notis monachis: cuius verbis ⁊ actu multi proficiebant. Et cum tal esset: excitatus est dyabolus ad inuidiam contra eũ sicut et contra omnes viros virtutum: imisitq̃ i animam eius cogitationem talem. vt ei qui in tali conuersatione esset: non deberet seruiri ab alio aut ministerium exhiberi: sed magis ipsum debere alijs ministrare. Qsi alijs non exhiberet ministerium: saltiz sibipsi seruiret dicens. Uende ergo in ciuitate sportellas quas facis: ⁊ eme tibi que opus sunt ⁊ reuertere ad locum tuum: ⁊ nulli sis onerosus. Hoc autẽ suggerebat ei dyabolus: inuidẽs quieti eꝰ: ⁊ opportune vacationi eius ad dominum ⁊ vtilitati multorum. Undiq̃ enim inimicꝰ venari eum ⁊ capere festinabat: ille ꝙo tanq̃ bone cogitationi acquiescẽs: descendit de monasterio suo. Et quia erat omnib admirandus. ignorans tñ huiusmodi insidias astutie: notus ꝙo ⁊ famosus omnibus a quibus videbatur existens. cum post longum tempus mulierem vidisset: ꝓ incantela sua supplantatus est: ⁊ incurrit in eam. Et veniens in desertum sequente dyabolo vestigia eius: cecidit iuxta flumẽ: ⁊ cogitãs q̃ inimicus gauisus est de ruina eiꝰ: voluit seipsuz desperare: maxime q̃ spiritum dñi ꝓtristauerit: ⁊ sãctos angelos. ⁊ venerabiles pres: quoz mlti etiã in ciuitatibus habitantes superauerunt dyabolum. Et cum nlli boz se silez facẽ possz ꝓstabat valꝺ ⁊ ñ recordabat: q̃ deꝰ ẽ q̃ ꝙtutẽ tribuit bis q̃ ad eũ duotissime conuertunt. Decatꝰ ꝙo ⁊ nõ videꝫ peccati sui curã voluit se in flumen illud iactare: vt perfectũ gaudiũ facẽt inimico. ⁊ ex multo animi dolore infirmatus ẽ corpore. ⁊ nisi postea misericors deus auxiliũ pstitisset ei ad perfectũ gaudium inimici sine penitẽtia moreretur. Nouissime autẽ in se reuersus cogitauit magnã laborẽ in afflictõne penitẽtie dem̃õstrare: ⁊ supplicare deo in fletu ⁊ luctu: ⁊ ita redijt iterũ ad mõasteriũ suũ. Et damnans ostiũ cellule sue (sicut solet super mortuũ) ita flebat supplicãs deo. Jeiunãs aũ ⁊ vigilans cum omni anxietate. extenuauit corpꝰ suuz: ⁊ ne sic satisfactũ putabat in ãimo suo. q̃ ꝓgrue penituisset. Fratribꝫ autẽ ad eũ sepius venientibus vtilitatis causa: ⁊ pulsantibus ostiũ: ipse dicebat ñ posse se aperire: dicendo. sacramento me constrinxi vnũ annuz deuote me penitentiã agẽ: ꝫ orate ꝓ me Nec eꝫ inueniebat qũo eis se excusaret. qm̃ illi scãdalisabant. ꝫ audiẽtes de eo: q̃ erat apud illos honorabilis ⁊ magnꝰ valde monachꝰ: ꝫ fecit totũ ãnũ intẽte ieiunãs: ⁊ deuote pniam agẽs. Die autẽ pasche ipa nocte resurrectõnis dñice: tollẽs lucernam nouam ⁊ refitiens eaz: posuit in cacabo nouo. ⁊ cooperiẽs cooperculo: surrexit ad orationem dicens. Misericors ⁊ miserator deus: qui ⁊ barbaros saluare vis. ⁊ ad veritatis tue agnitionem venire: ad te cõfugi fidelium saluatorem: miserere mihi: quia te plurimũ exacerbaui ⁊ inimicũ gaudere feci: ⁊ ecce mortuus sum obediens ei. Tu domine ⁊ impijs. ⁊ his q̃ sunt sine misericordia misereris. sed ⁊ proximis misericordiam impendi precipis: miserere humilitati mee: apud te enim nihil impossibile est. quoniam secus infernum. dissipata est sicut puluis anima mea Fac misericordiam: quia benignus es ⁊ misericors figmento tuo: qui ⁊ corpora que non sunt: in die resurrectionis suscitaturus es. Exaudi me domine q̃ defecit spiritus meus: ⁊ infelix ãima mea thabefacta

est: etiam 7 corpus meum quod coinquinaui. 7 iam viuere non valeo: ꝓ eo ꝙ non credidi. Ignosce peccatum per penitentiam: duplex habens peccatum ex desperatione. Viuifica me contritum: 7 igne tuo precipe banc lucernam accendi. vt et ego accipiens fiduciam misericordie 7 indulgentie tue residuo tempore vite mee: quod mihi donaueris mandata tua custodiam: 7 a timore tuo non recedam: sed deuote seruiam tibi omnibus diebus vite mee. 7 hec in nocte ipa resurrectōnis cū multis lacrimis dicens: surrexit vt videret si accensa esset lucerna. Et detecto cacabo: vidit ꝙ non esset accensa. 7 cecidit iterum in faciem suam: rogans deum 7 dicens. Scio domine quia certamen factum est vt coronarer 7 non in pedibus steti. eligens propter carnis delectationē tormentis impioꝝ addici. Parce mihi domine: ecce ei iterum confiteor tue bonitati turpitudinem meam coraꝝ angelis tuis: 7 coram iustis omnibus: 7 nisi qz scandalizari possent. omnibus etiam hominibus cōfiterer. Deus meus miserere mei. vt 7 alios erudiaꝝ domine viuifica me. Et ita tribus vicibꝫ orans exauditus est: 7 surgens inuenit lucernam ardentem clare: 7 exultans ꝓfortatus est in spe: admirabaturqꝫ ō dei gratia qui ita 7 de peccatis eius indulsit: 7 satisfecit iuxta petitionem eius: 7 animum ipius: 7 dicebat Gratias tibi ago domine quia etiam vite seculi huius mihi indigno miser⁹ es: in magno 7 nouo signo hoc peccatoribꝫ fiduciam tribuens. Parcis enim 7 misereris aiabus quas creasti. Ita aūt pseuerāte eo in ꝓfessione. illuxit dies 7 letabat' in dño: oblit⁹ cibi corpalis. Ignem aūt lucerne illius toto tpe vite suc seruauit. oleū subinde infundēs: 7 faciēs desup qūminus extingueret'. Et ita rursus diuinus spūs habitauit in eo. 7 factus ē apud oēs insignis: būilitatem exhibens in ꝓfessione: 7 actionegrārū dño cum leticia. Cui eē aī aliqt dies mortis sue reuelatū ē de transitu suo. ¶ Explicit liber ꝓtra fornicationem.

¶ Incipit liber ꝙ monachus nihil dz possidere.

FRater quidaz renūciās seclo. 7 dās que habebat pauperibꝫ: retinens autē pauca in sua ratione: veīt ad beatū anthoniuz. Qō cū agnouisset senex: dicit ei. Si vis monachus fieri: vade in illum vicū 7 eme carnes: 7 īpone corpori tuo nudo: 7 sic veni huc. Et cū sic fecisset fr ille: veiebāt aues 7 canes: 7 corpus ei⁹ lacerabāt. Cū aūt pueniſſet ad senē interrogabat si fecisset quod ei dixerat. Illo autē oīdēte corpus suū laceratū. Dixit sanct⁹ anthonius. Qui renūciant seculo: 7 volunt hre pecunias: ecce ita impugnatia demonibꝫ discerpūtur.

¶ Narrauit abbas daniel de beato arsenio: qz venit aliquando magistrianus: deferens ei testamentum cuiusdaz senatoris parentis eius qui reliquēat ei hereditatē magnā valde. Et accipiēs testamentū voluit illud scindē. magistrian⁹ aūt cecidit ad pedes eius dicens. Deprecor vt nō scindas illud: quia amputabitur mihi caput. Et dicit ei arsenius. Ego ꝓpus mortu⁹ sum qī ille. ipe autē qui modo mortu⁹ est qūo fecit me heredem. Et remisit testamentum nihil accipiens. ¶ Egrotauit aliqñ memorat⁹ abbas arsenius in scitbi. 7 op⁹ habuit in necessitate sua vsqꝫ ad vnam siliquam nummos. 7 cum nō inueniret: accepit a quodam velut elemosynam: 7 dixit. Grās tibi ago dñe. quia me dignum fecisti ꝓ nomīe tuo ad hoc peruenire: vt egens elemosynam postularez

¶ Narrauerunt de abbate agathone: quia longo tempore cellam sibi cum suis discipulis fabricaret. Quam cum perfecissent 7 cepissent illic habitare. vidit in ipsa prima ebdomada quoddam nō vtile sibi 7 dixit discipulis suis: illud quod dominus dixerat discipulis suis. Surgite eamus hinc. Discipuli autem eius ꝓtristati sunt valde: dicentes. Si omnino voluntatē habebas migrandi hinc. vt quid tāto labore sustinuimus edificantes longo tempore cellaz Incipient autem homines scandalizari in nobis et dicere. Ecce iterū migrant nusqꝫ sedentes. Ille aūt cum eos vidisset pusillanimes effectos: dixit eis. Et si scandalizantur aliqui: sed iterū sunt alij qui edificentur 7 dicant. Beati sunt isti qui propter deū migrauerunt 7 sua omnia ꝓtempserunt. Veruntamē dico vobis. qui vult venire mecum veniat: quia ego interim vado. Illi autem ꝓstrauerunt se in terraz rogantes vt concederet eis secuz abire. ¶ Dixit abbas euagrius fuisse quendam fratrem qui nihil habuit de substantia sua nisi tm euangelium 7 ipsum vendidit in pauperum nutrimentum: dicens quod dam verbum: quod memorie dignum est commendari. Ipsum verbum inquit vendidi quod iubet: vē de omnia q̄ habes 7 da pauperibus. ¶ Abbas theodorus cognomēto firme. habebat tres codices bonos. 7 cum venisset ad abbatem machariuz: dixit ei. Quia habeo tres codices: 7 pficio ex lectione eoꝝ: sed 7 patres petunt eos ad legendū. vt 7 ipsi pficiant. Dic g̃ mihi quid debeo facere: Et rndit senex: dicens. Boni sunt quidem actus: sed maius est oībus nihil possidere. Quod cum audisset: abijt 7 vēdidit memoratos codices: 7 dedit indigentibꝫ preciū eorum. ¶ Narrauit quidam patrum de abbate Johanne persa: quia ex multis virtutibꝫ suis ad pfundam simplicitatez atqꝫ innocentiā venerit. Hic autem habitabat in arabia vicina egipti: 7 mutuauit aliquando a fratre quodam solidū vnū 7 emit linum vt operaret': 7 venit alius frater rogans eum 7 dicens. Dona mihi abba aliquantulū lini: vt faciam mihi vestimentum quo vtar. Et dedit ei cum gaudio. Similiter alter veniens rogauit eum vt daret ei aliquantulum lini. vt faceret sibi tegumentum: et dedit ei. Et multis alijs petentibus: dabat similiter cum gaudio. Postea vo venit dominus solidi quē mutuo acceperat: volens accipere quod mutuauerat. Et dixit ei senex. Ego affero tibi eū. Et cū ñ haberet vnde redderet: abijt ad abbatem Jacobū dispensatorem: vt rogaret eum vt daret ei solidū. Et dum iret inuenit in terra iacentem solidum 7 non tetigit eum: 7 fecit orationem 7 reuersus est in cellam suam. Et venit iterum frater ille: 7 cepit ei molestus esse ꝓ solido. Et dixit ei. Ego reddam tibi. Et abijt iterum senex: 7 inuenit solidum in terra vbi erat prius: 7 rursus facta oīone reuersus est in cellam suam. Et ecce frater iterum cepit molestus esse ei. Et dixit senex. Adhuc semel expecta me: 7 affero tibi

solidum tuum. Et surgens venit ad illum locum: et inuenit ipsum solidū ibi. Et facta oratione tulit eū: 7 venit ad abbatem Jacobum 7 dixit ei. Abba cuz venirem ad te: inueni hunc solidum in via. Ostende ergo caritatem 7 predica illum: ne quis perdidisset eum. Et predicauit abbas: 7 nemo est inuentus qui perdidisset solidum illum. Tunc ergo dicit senex abbati Jacobo. Si ergo eum nemo perdidit: da eum illi fratri: quia ipsi debeo solidum. Et cum venirem ad te. vt tu mihi solidum prestares. 7 redderem debitum: inueni eum in via. Et miratus est abbas Jacobus. quomodo compulsus pro debito inuenisset: 7 non stat: im tulisset eum. Et reddidit solidum illi fratri. Et hoc mirabile erat de ipso. quia si veniebat quis mutuum petere aliquid ab eo. non per seipsuz dabat: sed dicebat fratri mutuum postulanti. vade tolle tibipsi: quod opus habes. Et quando referebat ei quod mutuum accepisset: dicebat ei. Repone illud iterum in locum vnde tulisti. Si autem nihil referebat ille qui mutuum acceperat: senex nihil dicebat ei. ¶ Narrauerunt quidam patrum quia venerat aliquando frater aliquis in conuentum cellarum coram abbate Jsaac vestitus modico cuculo: 7 dixit ei abbas Jsaac. Hic monachoruz est habitatio: tu autem secularis es 7 non poteris hic esse. Dicebat autē fratribus abbas Jsaac. Patres nostri 7 abbas pambo. vetustis 7 de multis partibus vtebantur resarcitis vestibus: nūc autem pretiosis vestibus vtimini: Discedite hinc desertaltis. cum locum hunc. Quando autem profecturi erant ad messem: dicebat eis. Jam vobis nulla mandata dabo: quoniam non obseruatis. ¶ Dixit abbas Lassianus. Quia sincletius aliquis nomine. cum renunciasset seculo. 7 facultates suas pauperibus diuidens aliqua sibi retinuisset ad proprium vsum: nolens perfecte ex omnibus renunciantium humilitatem. 7 cōmunis monasteriorum vite suscipe regulam. ad quē (sancte memorie) pater basilius hoc dixit. Et senator esse desisti: 7 monachū te nō fecisti. ¶ Dixit qdā fr abbati pistāmōi. Quid faciā: qr durū mihi ē vendere: quod manib; meis laboro? Et respondēs senex dixit. Quia abbas sysois 7 ceteri vēdebāt op9 manuū suarū. Hoc em̄ nō ledit. sed qñ nō vendis. semel dic p̄cium spēmqz quā tradis. etsi vis relaxaē modicū precij in te est sic em̄ requiē inuenies. ¶ Iterum dixit ei frater. Si habeo qd sufficiat necessitati b; meis glūnde. videt tibi vt nō cogitem de labore manuū: Respōdens senex dixit. Quantū vis: habeas. tamen nō negligas opari. 7 quantū potes: fac tm̄ non p̄turberis animo. ¶ Frater interrogauit abbatem sarapionem dicens. Dic mihi vnū verbum. Dixit ei senex. Quid tibi habeo dicere? Tu tulisti ea que erant viduarum 7 orphanorum: 7 posuisti ī fenestra: viderat em̄ eam codicib; plenam. ¶ Interrogata est (beate memorie) sincletice. si perfectū bonum esset nihil habere? At illa dixit. 7 valde bonum est his qui possunt: et em̄ bi qui tolerare possunt: tribulationem quidem carnis habent: sed anime req̄em possident: quoniam sicut fortia vestimenta duz calcantur 7 pedibus sepius reuersantur. lauant' atq; candidantur ita fortis anima p voluntariam paupertatez amplius confirmatur. ¶ Dixit abbas ypericius. Thesaurus monachi ē voluntaria paupertas. Thesauriza ergo tibi frater in celo. qr ad requiescendum ibi sine fine sunt secula. ¶ Erat quidam sanctorum sylagrius nomine. Hic habitabat ī hierosolimis. 7 laborabat opādo: vt pane tm̄ nō egeret Et dum staret in platea. volens vendere qd manibus suis fuerat operatus. Contigit vt caderet cuidam saccellus cum solidis mille. 7 inueniens eum senex: stetit in eodem loco dicens. Necesse est mō euz qui perdidit huc venire. Et ecce veniebat qui perdiderat plorans: 7 tulit eum seorsum. 7 reddidit illi saccellum suum. Quem ille rogabat vt acciperet aliquam partem ex eo: sed senex nullatenus acquieuit. Tunc ille cepit clamare 7 dicere. Venite 7 videte hominem dei 7 quod fecit. Senex aūt occulte fugiens: exiuit de ciuitate ne agnosceretur de eo quod fecerat: 7 honorarent eum. ¶ Interrogatus est senex quidam a fratre. quid faceret vt saluus esset. Ille autem expolians se vestimento suo cinxit lumbos suos: atqz extendens manus suas dixit. Sic debet nudus esse monachus ab omni materia seculari: et crucifigere se aduersus temptationem atqz certamina mundi. ¶ Quidam frater rogauit senem quendam. vt acciperet pecunias suis necessitatibus profuturas. Ille autem nolebat. vtpote: qui opere manuum suarum esset sibi sufficiens. Sed dum ille psisteret obsecrando. vt saltem pro indigentium necessitate susciperet: respondit senex 7 dixit. Duplex mihi obprobrium est: quia et cum non indigeam: accipio. 7 aliena tribuens vanaz gloriam colligo. ¶ Venerunt aliqñ quidam grecorum. vt darent elemosynam in ciuitate ostracen: 7 assumpserunt sibi yconomos ecclesie vt ostenderent eis qui necessitatem maiorem haberent. Illi autem duxerunt eos ad quendam leprosum 7 dederunt ei. Ille autez nolebat accipere: dicens. Ecce modicas palmas habeo quas operor. 7 facio plectas: 7 ex eis manduco panē. Iterum durerunt eos ad cellam vnius vidue: que erat cum filijs suis. Et cum pulsarent ad ostium: cucurrit filia eius ad ostium nuda. Mater autem eius abierat ad quoddam opus: erat enim candidatrix. Et dabant filie eius vestimentum et nummos. Illa autem nolebat accipere: dicens venisse matrez suam 7 dixisse sibi. confide: quia voluit deus 7 inueni opus quod faciam hodie. vnde sumamus victum nostrum. Et cuz venisset mater eius: rogabant eā vt acciperet. et noluit: dicens. Ego habeo curatorem meum deum. 7 vos eum vultis tollere a me hodie. Illi autem cognoscentes fidem eius: glorificauerunt deum. ¶ Venit quidam vir magnus ignotus. portans aurum in scithi: et rogabat presbiterum heremi: vt aurum illud erogaretur fratribus Dixit autem presbiter. Non opus habent fratres Et cum nimis vehemens esset. 7 non acquiesceret. posuit sportā cū solidis ī ingressu eccie. Et dixit pbr Qui op9 bz: tollat illd sibi: 7 nemo tetigit: qdā etiam nec aspexerunt. Et dixit ei senex. Suscepit deus

oblatõnẽ tuã: vad̃ 7 da illõ paupib̃. Et valõ edificat⁹ discessit. ¶ Obtulit qdã fr̃ seni pecũiã dicẽs ei. Habe hanc pecuniã ad expensas tuas: quia senuisti 7 infirmus es. Erat eñ leprosus. Hic autem rñdens dixit. Tu post sexaginta annos veniſti auferre a me nutritorem meum: Ecce tantuz tps habẽs in infirmitate mea: nihil indigui deo tribuente 7 pascente me. Et nõ acquieuit accipere. ¶ Narrauerũt senes de quodam ortulano q̃ laborabat. 7 omnẽ laborem suum expenderet in elemosynam: 7 tantũ sibi retineret: quantũ ad victũ ei⁹ sufficeret. Postea ꝙo sathanas immisit in cor eius: dicens. Collige tibi aliquantulã pecuniam: ne cũ senueris aut egrotaueris opus habeas ad expensas. Et collegit 7 impleuit lagenam de nũmis. Contigit aũt eũz infirmari 7 putrescere pedem eius: 7 expendit quod collectum fuerat in medicos: 7 nihil ei ꝓdesse potuit. Postea ꝙo venit quidaz de expertis medicis: 7 dixit ei. Nisi incideris pedẽ tuũ: putrefiet. Et ꝓstituerũt vt inciderent ei pedẽ. Illa autẽ nocte rediens in semetipm 7 penitentiã agens ꝺ̃ his que gessit: ingemuit 7 flenuit: dicens. Memor esto dñe operũ meor̃ prior̃. q̃ faciebam cũ labore in ortu meo: 7 exquo pauperib̃ ministrabã. Et cũ hoc dixisset: stetit angelus dñi: et dixit ei. Vbi sunt nũmi quos collegisti: Et vbi est spes tua de qua tractasti: Tũc intelligens dixit. Pec caui dñe ignosce mihi: 7 ammodo vlterius hoc nõ faciam. Tũc angelus dñi tetigit pedem eius. 7 sanatus est: statimq̃ exurgẽs abiit in agrũ operari. Venit ꝯ medicus ꝑm tps constitutũ cũ ferramentis. vt secaret pedem eius: 7 dicunt ei. Exijt mane operari in agrum. Tũc admirans medicus: perrexit in agrũ vbi operabat̃ frater ille. 7 videns eũ fodientẽ terraz glorificabat deũ: q̃ reddiderat ei talem sanitatez.

¶ Frater interrogauit senẽ quendã dicẽs. Vis teneam mihi duos solidos ꝓp̃ infirmitatẽ corporis: Videns autem senex cogitationez eius. q̃ vellet tenere: dicit ei. Etiaz. Et vadens fr̃ in cellaz suã: ꝺtinebatur in cogitationib̃ suis dicens. Putas vex mihi dixit senex an nõ: Et surgens iterũ venit ad senẽ agens pn̄iam 7 rogãs eũ: dicẽs. Propter deum dic mihi veritatem. q̃ affligor cogitatõib̃ meis: propter duos solidos: Et dixit ei senex. Quia vidi te voluntatem bñ retinendi eos: dixi tibi vt teneres: verũtamen non est bonum tenere plus q̃ opus est corpori. Si ergo duos solidos retinueris: in ipsis inueniet̃ spes tua. etsi ꝓtigerit vt pereant: de⁹ iam nõ cogitat de nobis. Cogitationẽ ergo nostram iactemus in domino: q̃m ipsi cura est de nobis. ¶ Explicit liber de eo q̃ monachus nihil debeat possidere.

¶ Incipit liber de patientia siue fortitudine.

Sanct⁹ abbas Anthonius. cũ sederet aliq̃n in heremo: animus eius tedium 7 ꝓfusionẽ cogitationum incurrit: 7 dicebat ad dñm Dñe volo saluus fieri: ꝑ nõ ꝓmittũt me cogitatões mee. Quid facio in hac tribulatione. aut quo saluꝰ ero. Et modice assurgens: cepit foras exire: 7 vidit quendam tanq̃ seipsum sedentem atq̃ operantem deinde surgentem ab operibus 7 orantem: 7 iterum surgentem 7 plectam de palmis facientem: inde rursus ad orationem surgentem. Erat autẽ angel⁹ domini missus ad correptionem 7 cautelaz dandã anthonio: 7 audiuit vocem angeli dicentis. Sic fac et saluus eris. Ille autem hoc audito: magnum sũpsit gaudium atq̃ fiduciam 7 ita faciens: salutem quam querebat inuenit. ¶ Frater interrogauit abbatem agathonem dicẽs. Mãdatuz mihi venit. 7 est mihi pugna grauis in loco in quo eĩpm mandatũ. Volo ergo ꝓpter ipsum mandatũ pergere illuc: 7 paueſco bellum. ¶ Dixit abbas ãmonas. Quia quatuordecim annos fecerat in scithi. deprecans deũ die ac nocte: vt daret ei virtutẽ superandi iram. ¶ Dixit abbas bisarion. Quia quadraginta noctes mãserit inter spinas stãs 7 nõ dormierit. ¶ Frater qdã sedẽs singularis turbabat̃. 7 pergens ad abbatẽ theodorũ de firme: dixit ei q̃ turbaretur. Senex aũt dixit ei Vade humilia mentem tuã 7 subde te 7 habita cũ alijs. Abijt aũt in mõtẽ 7 mãsit cũ alijs: 7 reuers⁹ postea ad senem: dixit ei. Nec cũ alijs hoĩbus habitãs quietem inuenio. Et dixit ei senex. Si solitari⁹ ñ q̃escis: nec cum alijs. cur voluisti te monachũ facere. Nonne vt sustineas tribulationes: Dic autem mihi. quot annos habes ĩ isto habitu. Et dixit ei. octo Et dixit ei senex. Crede mihi. ego habeo in isto habitu septẽ agĩta annos 7 nec vna die potui requiem inuenire 7 in octo annis vis requiez habere. ¶ Int̃ rogauit aũt eũ item frater quidã dicens. Si fiat ſbito sonitus ruine alic⁹. fit ne timor ibi abba: Et dixit ei senex. Si celũ terre adhereat: theodor⁹ nõ formidat. Poposcerat eĩ ꝑcib̃ a dño. vt auferret̃ ab eo formido: ꝓterea interrogauit eũ frat̃. ¶ Dicebãt de abbate theodoro 7 bño lucio de nono alexãdrie. q̃ fecerũt quinq̃ginta annos. seducẽtes animos suos 7 dicentes. trãsacta hyeme ista. migrabim⁹ hinc: 7 iteruz q̃n fiebat estas. dicebant. q̃ trãsacto estiuo: discedim⁹ hĩc. 7 sic faciebãt toto tpe ꝙersatõis sue sp reminiscendo pñes. ¶ Dicebat abbas pastor de abbate Johanne breui statura: q̃ rogauerat deum vt tolleret ab eo oñes passiones. 7 fieret securus: et veniens dixerit cuidam. Video me quietũ: 7 nullaz habentem pugnam: 7 dixit ei senex. Vade 7 roga deum. vt inbeat in te moueri pugnam: quoniam pugnando proficit anima. Et cum rediſſet pugna: vlterius ñ orauit vt auferetur ab eo: sed dicebat. Domine da mihi tolerantiam sustinendi has pugnas. ¶ Venit abbas macharius maior ad abbatem anthonium in montem. Et cum pulsasset ostium: exiuit ad eum 7 dixit ei. Tu quis es: Et ille ait. Ego sũ macharius. Et claudens ostium intrauit: 7 dimisit cum foris. Et cũ vidiſſet postea patientiam eius: aperuit ei: 7 congaudens ei dicebat. Multum tẽpus est ex quo videre te desiderabam: audiens de te. Et exhibens ei hospitalitatem: refecit eũ erat eñ ꝺ̃ multo labore fatigatus. Vespere autem facto: infudit sibi abbas anthonius modicas palmas: 7 dixit ei abbas macharius. Da mihi vt 7 ego infundam quod operer. Ille autem dixit. Non habeo plus. Et faciens fasciculum maiorem: infudit eum. 7 sedentes sero 7 colloquentes de vtilitate animarũ: faciebat fle-

ctam:7 ipsa flecta descendebat per fenestram in spe
luncaz. Et ingrediens mane sanctus anthonius: vi
dit collectionem flectarum abbatis sancti macharij
7 admiratus est:7 osculans manus ei9:dicebat. Mꝝ
ta virtus de istis manib9 egreditur. ¶ Descendit ali
qñ ipse macharius de scithi ad locũ qui dicit there
nuthin:7 intrauit dormire in monumentũ. vbi erant
antiquitus sepulta corpora paganoꝝ 7 traxit vnuz
corpus sub caput suũ tanqꝫ plumatiũ ð scirpo. De
mones autem videntes fiduciam eius: torquebant.
7 volentes terrere eũ: vocabant quandam mulierez
dicentes. Nonna veni nobiscũ ad balneũ. Et alter
demõ de sub ipo. tanqꝫ ex mortuis illis:respõdit:di
cens. Peregrinũ quendã habeo super me:nõ pos
sum venire. Senex aũt nõ expauit:sed confidẽs tũ
debat corpus illud:dicens. Surge 7 vade si potes.
Quod cum audissent demones: clamauerunt voce
magna dicentes. Uicisti nos:7 fugierunt confusi.
¶ Dicebat abbas mathois. Uolo aliqð leue op9:
7 ꝓtinuo cogito qꝫ graue 7 qꝫ cito finitur. ¶ Narra
uerunt de abbate myleto. qz cum haberet aliquan
do cũ duobus discipulis suis. i finibus persarũ:exi
erunt duo filij impatoris ꝑm ꝓsuetudinem in vena
ti onẽ:7 miserunt retia per longum. per miliaria qua
draginta. vt quodcũqꝫ intra retia inueniret:occide
rent. Inuentus est autem senex cũ duobus discipu
lis suis iuxta retia. 7 cum vidissent eũ pilosum 7 terri
bilem aspectu:admirati sunt: 7 dixerunt ei. Homo
es an spiritus aliquis: Dic nobis. 7 dixit eis. Hõ sũ
peccator:7 exiui flere peccata mea:7 adoro filiũ dei
viui. Illi autem dixerũt ei. Nõ est alius deus. nisi sol
ignis 7 aqua:ipsos adora 7 sacrifica eis. Et ille rñ
dens ait. Iste res creature sũt: 7 erratis. sed obsecro
vos. conuertimini 7 agnoscite deũ verũ:q 7 ista crea
uit:7 cetera oñia. Illi autem deridẽtes dixerũt. Cõ
demnatũ 7 crucifixum dicis esse verum deum. Et ille
rñdit. Etiam ipsum qui crucifixit peccatũ:7 qui occi
dit mortem:hunc dico esse verum deum. Illi autem
tam ipi qꝫ fratrib9 qui cum eo erant inferebant tor
menta:7 cogebant eos sacrificare. Et duos quidez
fratres post plurima tormenta: decapitauerũt senez
autem diebus multis torquebant. Postea ꝛo sta
tuerunt eum in quodaz loco:7 sagittabãt in eũ qua
si in signuz. vnus a dorso:7 alius a pectore. Et dixit
eis senex. Quoniam facti estis ad consensuz in vnũ
vt effundatis sanguinem innocentem:crastina i mo
mento hac hora que modo est. sine filijs remanebit
mater vestra: 7 priuabitur aspectu vestro:7 ꝓprijs
sagittis sanguinem vestrum inuicem effundetis. Il
li autem subsãnantes verba eius: exierunt in crasti
num:vt venarentur. Et contigit vt euaderet de reti
bus eoꝝ vnus cervus:7 ascenderunt equos: 7 curre
bant vt comprehenderent cervũ. Qui cum iacta
ssent sagittas post ipsum: inuicem se peremerunt:et
mortui sunt iuxta verbum quod predixerat senex.
¶ Dixit abbas pastor. Quia signum monachi:in
temptationibus apparet. ¶ Dixit iteruz qui supra
Quia Isidorus ꝓsbiter in scithi. allocutus si aliquã
do plebem fratrum dicens. Fratres. nunquid nõ ad
laborandum venimus in hunc locum:7 Et nunc vi
deo:qz nullus hic labor est. Ego igit collecta plebe
mea:vado vbiẽ labor:7 ibi inueniam requiẽ. ¶ Di
xit sancta sincletice. Si in monasterio cum alijs con
uersaris:non mutes locum:lederis eñ omnino si fa
cias hoc. Etem si gallina dereliquerit ouа sua fota:
sine pullis ea exire faciet:ita monachus vel virgo fri
gescit:7 mortificatur in fide:de loco ad locum trans
eũdo. ¶ Dixit iterum aliud. Quia dyabolus cum
per stimulos pauptatis non mouerit:diuitias adhi
bet ad seducendum:7 dum per ꝓtumelias 7 obꝓbria non prevalet:laudes 7 gloriam adhibet. Si au
tem sacietatem corporis immittit:7 cum delectatio
nib9 seducere non potest. per molestias q̃ contra vo
tum eueniunt:animam conatur euertere. Infirmita
tes eñ quasdam graues immittendo:aduersus euz
qui temptandus est adhibet. 7 per eas pusillanimes
faciens monachos:conturbat caritatem eorum quã
habent ad deum. Sed qñis concidat corpus 7 fe
bribus validis inflamatur:insuper etiamsi intolera
bili siti affligatur: siquidem pctores qui hec sustine
nes. recordare futuri seculi penas. 7 eternum ignem.
7 indicibilia tormenta 7 ita non deficies ad ea que in
presenti contingunt:insuper 7 gaude quia visitauit
te deus:7 ideo famosissimum illud dictum in lingua
habeto. castigans castigauit me dominus:7 morti nõ
tradidit me. Si ferrum es:per adhibitum tibi ignez
amittis eruginem. Qsi iustus es. 7 hec pateris:ð ma
gno ad maiora ꝓmoueris. Aurum es:sed per ignez
probatior eris. Datus est tibi angelus sathane sti
mulus carnis tue:exulta videns cui similis factus es
Pauli eñ apli:simile donum accipere meruisti. Si
febribus si rigore frigoris castigaris:memor esto qð
scriptura dicit. Trãsiuimus per ignem 7 aquam (re
siduũ est qð sequit) vt introducamur in refrigeriuz.
Obstinuisti primum:expecta secundũ:agẽs que vir
tutuz sunt. clama verba ꝓphete dicentis. pauper et
inops 7 volens ego sum. Perfectus eñ eris: p hu
iusmodi tribulationem trinitatis. Ait eñ. In tribu
latiõe dilatasti me. In his ergo marie exercitijs ani
mas nostras ꝓbemus:ante oculos eñ habemus ad
uersarium nostrum. ¶ Dixit iteruz. si infirmitas mo
lesta nobis fuerit:non ꝓtristemur:tanqꝫ qui ꝑ infir
mitate ac valnere corporis. nõ possim9 stare ad ora
dum aut ad psallendum. Hec eñ nob oñia p de
structionem corporeis desiderijs necessaria sunt. quo
niam ieiunia 7 labores ꝓpter turpes delectationes
nobis ꝓstituta sunt. Si ergo egritudo ista retundit
superflua: de his obꝓandis oratio est. Sicut eñ ma
gno 7 forti medicamine egritudo:ita egritudini cor
poris vicia reciduntur. Hec est magna virtus. quã
do in infirmitatib9 tolerãtia fuerit:7 p gratiarũactio
nem mittitur ad deum. Si aut tamus oculos: nõ
feramus graviter:extollentie eñ instrumentum ami
sim9:sed interioribus oculis gloriã dñi speculemur.
Surdi si fuerimus:nõ curem9:qz auditũ vanũ ami
simus. Manus nre ex aliq passione debilitate sũt ꝙ
interiores paratas habemus. Aduersus temptatio
nes inimici:infirmitas totũ corpus nrm tenet:ꝙ interi
ori homini nostro sanitas crescit. ¶ Dixit iteruz q̃
sup. Qui in seculo isto aliqua crimia cõmiserũt etiã
nolẽtes mittunt in carcerem:7 nos ꝑ peccatis nris
redigamus nosmetipos in custodiam. vt volũtaria

mentis nostre vindicta: futuras a nobis penas ammoueat. Si ieiunas: non tibi inuenias occasionē dicendi: q̄ exacerbatus egritudinem incurristi. qm̄ et qui non ieiunant: similes egritudines incurrūt. Inchoasti aliquid boni: non reuoceris p impedimenta inimica: qm̄ ipse inimic⁹ patientia tua destruet. Et enim. qui nauigare ceperint. primo pandentes vela: p̄sperum ventum inueniunt. postea autem si p̄trarius eis ventus occurrerit: non mox incursu contrarij venti. aut exonerant. aut deserunt nauem. sed paulum sustinentes aut pugnantes aduersus procellaz iterum rectum cursum inueniūt. Ita ergo ⁊ nos cōtrarium spiritum incurrentes: crucem p̄ velo erigamus: ⁊ sine piculo secli isti⁹: nauigiuz explicabimus.

¶ Dicebant de (beate memorie) virgine sara. q̄ supra alpheū fluminis sexaginta annos habitauerit: ⁊ nunc̄ inclinata sit: vt flumen ipsū aspiceret. ¶ Dixit abbas ypericius hymni spirituales sint in ore tuo: ⁊ meditatio assidua subleuet pondus temptationū supuenientium tibi. Huius em̄ rei exēplum manifestum est. Nam sarcina alicuius oneris. viator p̄gratiatus: flando ⁊ respirando oneris ⁊ vie paulatiz laborem imminuit. ¶ Dixit iterū qui supra. oportet aduersus temptationes armari. quoniam modis oībus supereniunt: sic enim superuenientiby probati apparebimus. ¶ Dixit quidā senex. Si venerit homini temptatio: vndiq̄ ei multiplicant temptatōes vt pusillanimis fiat: ⁊ murmuret. Et narrauit senex ita. ¶ Frater quidam erat in cella. ⁊ venit sup eū tēptatio: ⁊ si quis eū videbat: nec euz salutare volebat nec̄ in cellam recipere. Etsi opus habebat: panem ei nemo mutuauit. etsi de messe veniebat: nemo euz (sicut erat consuetudo) vt reficeret inuitabat. Venit autem semel in messe per cauma: ⁊ nec panes habuit in cella sua: ⁊ in omībus bis gratias agebat do. videns aūt deus patientiam eius: abstulit bellū temptationis ab eo. Et ecce quidaz statim ostium eius pulsauit: trahens camelum onustū pane ab egipto. Quod cū vidisset frater ille: cepit flere dicens. Domine nō sum dignus vl modice tribulari. Et cū trāsisset tribulatō eius: tenebant eū fratres in cellis suis ⁊ in ecclesia ⁊ repausabant eū. ¶ Dicebat senex propterea nō promouemur: q̄ nescimus mensuras nostras. Nec̄ patientiam habemus in opere quod cepimus: sed sine aliquo labore: virtutem volum⁹ possidere. ¶ Quidam frater interrogauit senem dicēs Quid facio quia cogitatio mea non dimittit me. vl vna hora sedere in cella mea: ⁊ dixit ei senex. Fili renertere ⁊ sede in cella tua: ⁊ labora manibus tuis: et ora deum incessanter. ⁊ iacta cogitatū tuū in dño: et ne quis te seducat exire īde. Et dicebat. Quia erat quidam adolescens secularis habens patrem: ⁊ desiderabat fieri monachus. ⁊ dum multum supplicaret patri suo. vt dimitteret eum conuerti: non ei acquiescebat. Postmodum autem rogatus a fidelib⁹ amicis: pater vix acquieuit. Et egressus frater ille adolescens: introiuit monasterium. Et factus monachus: cepit omne opus monasterij perfecte agere: ⁊ ieiunare quotidie. Cepit etiam ⁊ biduanas abstinere: similiter autem ⁊ semel in ebdomada reficere. Videbat autem abbas suus ⁊ mirabatur: ⁊ benedicebat dominum in abstinentia ⁊ labore ipsius. Contigit ergo post aliquod tempus. ⁊ cepit frater ille supplicare abbati suo: dicens. Rogo te abba vt dimittas me: ⁊ vadam in heremum. Dixit ei abbas. Fili. noli hoc cogitare: quia non potes sufferre talem laborem: ⁊ ignoras temptationes dyaboli: ⁊ versutias eius. etsi contigerit tibi temptatio: non inueīs ibi qui te consoletur a perturbatione inimici: que tibi illata fuerit. Ille autem cepit amplius instare ⁊ rogare: vt eum permitteret abire. Videns autem abbas eius quia eum retinere non posset: facta oratione dimisit eum. Postmodū autem dixit abbati suo. Rogo te abbas. vt concedas qui ostendat mihi viam ⁊ iter quomodo pergere debeam. Et ordinauit cum eo duos monachos monasterij: ⁊ abierunt cum eo. Ambulantibus autem eis per heremum vna die et altera: defecerunt pre estu ⁊ proicientes se in terram iacebant. ⁊ soporati modice somno: dormierunt. Et ecce aquila venit percutiens eos alis suis: precessit procul ⁊ sedit in terra. Et euigilantes viderunt aquilam: ⁊ dixerunt ei. Ecce angelus tuus: surge sequere eū. Et surgens ⁊ valedicens fratribus. sequebatur aquilam: ⁊ venit vsq̄dum staret. Que mox surgens: volauit vsq̄ ad vnum stadium: et iterum resedit. Similiter frater sequebatur eam: ⁊ iterum volauit: ⁊ sedit non longe. Et factum est hoc per horas tres. Postmodum autem dum sequeretur eam diuertit se aquila in dexteram partem sequentis se et non comparuit. Frater ergo ille nihilominus sequebatur. ⁊ respiciens vidit tres arbores palmaruz ⁊ fontem aque ⁊ speluncam modicam: ⁊ dixit. Ecce locus quē īp̄araūit dominus. Et ingressus speluncam: cepit in ea sedere: sumens cibum dactilorū. ⁊ de fonte aque bibens ⁊ fecit ibidem sex annos: neminem hominem videns. Et ecce vna die venit ad eum dyabolus in similitudine abbatis cuiusdam senioris: habens vultum terribilem. Videns autem eum frater ille: timuit: ⁊ procidens in orationem surrexit. Et dixit ei dyabolus. Oremus iterum frater. Et surgentibus eis: dixit dyabolus. Quantum tēporis habes hic: Et frater respondit. Habeo annos sex. Dixit ei demon. Ecce vicinum meum nesciebam: ⁊ non potui cognoscere nisi ante dies quatuor q̄ hic habitares: ⁊ cogitaui mecum dicens. Vadam ad hominez dei istum: ⁊ conferam cum eo qđ potest saluti eē anime mee. Et hoc dico frater: quia nihil proficimus sedentes in cellis nostris: quia corpus ⁊ sanguinem Christi non percipimus. ⁊ timeo ne efficiamur externi ab eo: si nos ab hoc misterio elongauerimus. Sed dico tibi frater. Ecce hinc per tria miliaria sunt monasteria habentia presbiteros. eamus illuc omni dominico die: aut post duas ebdomadas. et accipiamus corpus ⁊ sanguinem Christi et reuertamur ad cellas nostras. Placuit autem fratri illi suasio dyabolica. ⁊ veniente dominico die: ecce dyabolus venit ⁊ dicit ei. Veni eamus: quia hora est. Et exeuntes perrexerunt ad predictum monasterium in quo presbiter erat. et ingressi ecclesiam miserunt se in orationem. exurgens autē ab oratione frater ille: respiciens: non inuenit eum quem adduxerat secū: ⁊ dixit. Ubi putas p̄rexit. an ad cō-

munem necessitatem ambulauit: Et cum diu sustineret ⁊ nõ inueniret: exiens foras requirebat eũ. Et cum non reperisset: dixit ad fratres loci illius: interrogans eos. Ubi est abbas ille senex: qui mecum ecclesiam ingressus est: Et dicunt ei. Nos neminẽ alium vidimus nisi te tm̃. Tunc cognouit frater ille. qz demon fuisset: ⁊ dixit. Videte cũ qua argutia dyabolus me eiecit de cella mea. Sz tm̃ nõ multuz inde anxior: qz ad bonũ opus veni. Decipiam ergo corpus ⁊ sanguinẽ xp̃i: ⁊ sic reuertar ad cellam meã. Et post factas missas in ecclesia. volenti reuerti fratre illo ad cellam suã: tenuit eũ abbas monasterij ipius: dicens. Nisi reficias nobiscũ: nõ te dimittem ꝓ reuerti. Et cum pcepisset cibum: ⁊ reuerteret ad cellã suã Ecce iterũ dyabolus venit in similitudine cuiusdaz inuenis secularis: ⁊ cepit eũ respicẽ a summo capitis vsqz ad pedes: ⁊ dicere. Ipse est iste an ñ ẽ hic: Et cepit eũ ꝓsiderare. Et dixit ei frater. Quid me sic respicis. At ille ait. Puto nõ me cognoscis. nã ꝓ tantũ tps qũo habes me cognoscere: Ego em̃ sum vicinus patris tui: filius illius. Quid autem: Nõne est dictus pater tuus sic. ⁊ mater tua tale nomen nõ habuit. ⁊ sozor tua sic non est dicta. ⁊ tu sic nõ vocaris. ⁊ mancipia illa ⁊ illa sic nõ sunt dicta: Mr̃ xo tua ⁊ sozor añ tres annos mortue sunt. p̃ xo tu⁹ mõ defunct⁹ ẽ: ⁊ te fecit heredẽ dicens. Cui habeo dimittere substantiam meam: nisi filio meo viro sancto: q reliquit seculum ⁊ abijt post deũ. Ipsi ergo dimittã omnia bona mea. Mõ vadãt aliqui qui eũ requirãt vt veniens distrahat omnem substantiã meã: ⁊ eroget eam pauperib ꝓ anima sua ⁊ mea. Et prexerũt multi requirẽtes te: ⁊ minime inuenerũt. Ego aũt veniens ex occasione ꝓ causa quadã huc: cognoui te. Unde nõ facias moras: sed veni ⁊ vende omnia: et fac ꝑm voluntatẽ p̃is tui. Rñdens frater ille: dixit. Nõ necesse habeo reuerti ad seculũ. Et dixit ei dyabolus. Si nõ veneris: ⁊ perierit substantia illa: in cõspectu dei tu exinde reddes ratõez. Quid em̃ tibi mali dico. vt venias ⁊ eroges ea pauperib ⁊ egenis quẽadmodũ bonus dispensator. vt nõ a meretricib ⁊ male viuẽtib extricẽt: qd̃ pauperib dimissum ẽ: Aut quid onerosum ẽ. vt venias ⁊ facias elemosynam ꝑm voluntatem p̃is tui. ꝓ aĩa tua ⁊ sua: ⁊ reũtaris in cellam tuã: Quid multa: Suadens fratrez deposuit in seculum. ⁊ veniens cum eo ad ciuitatem reliquit eũ. Voluit autẽ frater ille ingredi domũ patris sui tanqz iam defuncti. ⁊ ecce ipse p̃ eius vnus egrediebatur. ⁊ videns eum: non cognouit. ⁊ ait ad eũ. Quis es tu: Ille xo turbatus: nihil potuit rñdere. Et cepit eũ iterato p̃ eius interogare vñ essz. Tũc ꝓfusus dixit ei. Ego sum filius tuus. Et ait ei. Ut quid reuersus es: Erubescebat aũ ei dicere qd̃ verũ erat: sed dixit. Caritas tua fecit me reuerti: qz desiderabam te videre. Et remãsit ibi. Pd⁹ aliquan tulũ aũt tpis: incurrit in fornicatõez. ⁊ mltis supplicijs afflictus a p̃e suo. infelix ipe nõ egit pniam: ꝑ remansit in seculo. Jdeoqz dico fratres: qz monach⁹ nunqz debet quolibet modo suasus ab aliquo egredi de cella sua. Uenerunt quidam in heremũ ad quendam senem magnum: ⁊ dixerunt ei. Quomodo ꝓtentus es hic abba: ⁊ sustines laborem hũc: Et dixit senex. Totus labor tpis mei quez hic sustineo: nõ est ydoneus ꝓpari ad vnum diem tormentorum que peccatoribus in futuro seculo prepant. Dicebat senex. Quia antiqui nõ cito migrabant de loco ad locum: nisi forte ꝓ tribus reb. id est siqs erat qui ꝓtristaret aduersus aliuz. ⁊ satisfaciẽs ei ꝓ oĩa nõ potuisset eũ placare. aut iterum si cõtigisset vt a pluribus laudaret. aut si in temptationem fornicationis incidisset. Frater quidam dixit abbati arsenio. Quid facio abba. qz affligit me cogitatio mea: dicens. Non potes ieunare neqz laborare. vel infirmos visitare. quia ⁊ hoc merces est: Videns aũt senex dyabolica semina esse: dixit ei. Uade manduca ⁊ bibe ⁊ dormi tm̃mõ d̃ cella nõ exeas. quia perseuerantia celle: perducit monachum in ordinem suum. Qui cum fecisset tres dies extediatus est. ⁊ inueniens paucas palmas scidit eas: ⁊ iterũ in crastinũ cepit plectam facere ex eis. Qui cuz esuriret: dixit intẽ se. Ecce alie pauce sunt palmule: explico eas ⁊ manduco. Et cum expendisset eas: iterũ dixit. Lego parum ⁊ sic manduco. Et cum legisset: dixit. Dico aliquantos psalmos: ⁊ iam secur⁹ mãduco. Et ita paulatim ꝓficiebat (deo coopante) donec veniret ad ordinem suũ. ⁊ cũ accepisset fiduciam aduersus cogitationes malas: vincebat eas. Interrogatus senex. quare frater sedens in cella tedium pateretur: dixit. Quia adhuc ñ vidisti. neqz resurrectõz neqz accẽsa tormenta. Nam si hec vidisses: etiamsi ita esset cella tua plena vermibus. ⁊ vsqz ad collũ tuũ mergereris in ipis: sustineres vtiqz ⁊ nõ extediareris. Quendam senem rogabãt fratres. vt quiesceret a gui labore. Ille aũt respondit eis. Credite mihi o filij. qa abraham penitebit cũ viderit magna ⁊ preclara dona dei. cur nõ amplius fuerit in laboribus decertat⁹ Frater interrogauit senem dicens. Tribulatiões mee nutant: ⁊ tribulor. Et ille dixit ei. Tu sede in cella tua: ⁊ cogitatões iterũ veniũt. Sicut em̃ si asina ligata sit. ⁊ pullus eius nõ stringatur. licz currat huc atqz illuc: semper tamen ad mrem suã reuertit vbicunqz illa fuerit. ita erũt cogitatões eius. qui propt deum tolerabiliter in cella sua r̃sederit. qz etsi ad modicum nutant: ꝑ iterũ reuertunt ad eũ. Senex q̃dam sedebat in heremo qui lõge habebat aquaz a cella sua: vltra duodecim miliaria. Ubi dum semel iret haurire aquam: defecit ⁊ dixit. Quid necesse est vt hũc laborẽ patiar: Uenio ⁊ habito circa aquam hãc. Et cũ ꝑ dixisset: vidit quẽdã sequẽtẽ se: numerantẽ vestigia sua. Interrogauit aũt eũ senex dicẽs. Quis es tu: Et ille dixit. Angelus dñi sum: ⁊ miss⁹ sũ numerare vestigia tua: ⁊ dare tibi mercedẽ. Qd̃ cũ audisset senex: forti animo factus est ⁊ prõptior: ⁊ adhuc longius posuit cellã suã ab aqua illa. Dicebant patres. Si tibi ꝓtigerit temptatio in loco q̃ hãbitas: nõ deseras locũ in tpe tẽptatõnis: q̃ si deseruerit. quocũqz prexeris: aĩ te inuenies qd̃ fugiebas: ꝑ patiẽs esto donec tẽptatõ trãseat. ne discessio tua alijs scãdalũ fiat: ne forte alijs q̃ circa locũ ipz hãt tribulationẽ ingerat discessio tua. Frat quidam erat in ꝓgregatione inquietus: ⁊ frequenter mouebat ad iram. Dixit ergo ad semetipm. Uado ergo ⁊ solus alicubi habito. ⁊ cũ nõ habuero cũ quo dicã

vel audiam: ero quiet⁹. 7 quieſcit a me paſſio ire. Egrediens ergo manebat in ſpelunca ſolus. Una aũ die implens ſibi ſuriſculam aque: poſuit illam in terra: contigit autem vt ſubito verſaretur. Ille ꝙo impleuit ſecundo: 7 iterum verſata eſt. Deinde tercio implens poſuit eam: 7 iterum verſata ẽ. Qui cõmotus furore: tenuit vaſculum illud: 7 fregit. In ſe autem reuerſus cognouit. quia ab eodem demone iracundie ſit illuſus: 7 dixit ei. Ecce ſolus ſũ: 7 vicit me paſſio hec. Reuertar ergo in cõgregationem q; vbi cꝫ labore 7 patientia opus eſt. 7 maxime adiutorio dei. ¶ Frater interrogauit ſenem dicens. Quid facio pater: quia nihil operor monachile: ſed in negligentia quadam ſum manducans 7 bibens 7 dormiens. inſuper 7 in cogitationib⁹ turpibus 7 multa perturbatione tranſiens ab opere ad opus: 7 a cogitatione in cogitationem: Dixit autez ei ſenex. Tu ſede in cella tua: 7 fac quod potes ſine perturbatione. ita eſt enim parum illud quod modo facis: ſicut quando abbas Anthonius magna 7 plurima in heremo faciebat. Credo enim in deo: quia quicunq; ſedet in cella ꝓpter nomen eius 7 cuſtodit conſcientiã ſuam: inueniatur 7 ipſe in anthonij loco. ¶ Interrogatus ſenex. quomodo oporteat vigilanter monachum non ſcandalizari. quando videt aliquos ad ſeculum reuertentes: reſpondit. Intueri debet monach⁹ canes qui venantur lepores. 7 ſicut vnus ex eis videns leporem: inſequitur. ceteri autem tm̃ modo canem videntes currentem: aliquando cuz ipſo curruntpoſtea ꝙo laxantes poſt ſe reuertuntur: ſolus autem ille qui videt leporem: ſequitur donec comꝑhendat: nec impeditus ab intentione curſus ſui: per illos qui poſt ſe reuertuntur ſed neq; de ꝑcipitijs neq; de ſiluis neq; de vepribus curans: ꝫ 7 ſpinas aliquotiens incurrens. graditur 7 pungitur. 7 non quieſcit donec comprehendat: ita 7 monachus vl̃ q dominum noſtrum ih̃m xp̃m querit: cruci indeſinenter intendit. 7 que occurrant ſcandala: omnia preterit: donec ad crucifixum perueniat. Dixit ſenex. Sicut arbor non poteſt fructificare. ſi ſepius transferatur: ſic nec monachus frequenter migrans de loco ad locum: poteſt fructificare. ¶ Frater quidam dum ſolicitaretur a cogitationibus ſuis vt exiret a monaſterio indicauit hoc ip̃m abbati. Abbas autem dixit. Vade ſede in cella tua 7 da parietibus celle tue in pignore corpus tuum vt non exeas inde: cogitationem autem tuam dimitte: dicẽs. Cogitet quid vult tm̃ ne eicias de cella corpus tuum. ¶ Dixit ſenex. Cella monachi eſt caminus ille babilonis: vbi tres pueri dei filiuz inuenerunt: ſed et columna nubis ex qua deus locutus eſt moyſi. ¶ Frater quidam nouem annis manſit impugnatus a cogitationib⁹ ſuis vt exiret de congregatione fratrum: 7 quotidie tollebat pelliculam ſuam: in qua iacere ſolitus erat vt exiret. Et quando fiebat veſpere: dicebat ad ſemetip̃z Craſtina die hinc diſcedam 7 mane dicebat in cogitatione ſua: ero zquebo mihi hic ſtare 7 hodie ꝓpter dominum. Qui cum impleſſet nouem annos de die in diem ita faciens: abſtulit ab eo dom⁹ omnem temptationem eius. ¶ Frater quidam incidẽs in temptationem. tribulando perdidit regulam monachalez. 7 cum vellet iterũ obſeruationi regl'ari dare ꝓncipia: a tribulatione impediebat'. 7 dicebat in ſemetip̃o. Qñ habeo me iterũ inuenire ſicut aliq̃n eram: Et deficiens animo nõ prevalebat vel inchoare opus monachi. Veniens autem ad quendã ſenem narrauit ei que agebantur circa ip̃ſum. Senex autem audiẽs ea de quib⁹ affligebatur: adhibuit ei tale exemplum: dicens. Homo quidam habuit poſſeſſionem. 7 de negligentia eius in ſentes redacta ẽ: 7 repleta eſt tribulis 7 ſpinis. Viſum eſt autẽ ei poſtea vt excoleret eam: dixitq; filio ſuo. Vade 7 purga agrum poſſeſſionis illius. Et venit filius eius vt purgaret. Qui cum reſpexiſſet: vidit multitudinem tribulorum 7 ſpinarum increuiſſe ei: 7 deficiens aio: dixit in ſemetipſo. Quando habeo hec omnia eradicare 7 purgare: Et piciens ſe in terram cepit dormire. Hoc autem fecit multis diebꝫ. Poſt hec veit pater eius volens videre quod fecerat: 7 inuenit eũ nihil operatum. Et dixit ei. Quare vſq; modo nihil feciſti: Et dixit iuuenis ille patri ſuo. Dor vt veniebam operari patez. cum vidiſſem hanc multitudinem tribulorum 7 ſpinarum: reuocabar ab aſſumptione laboris: 7 pre tribulatione proiciebam me in terraz 7 dormiebã. Tũc dixit pater ſuus. Fili ad mẽſuraz latitudinis quam iaces in terra occupas. p ſingulos dies operare: 7 ita paulatim ꝓficiet opus tuum: 7 tu puſillanimis non efficieris. Quod cum audiſſet iuuenis: fecit ſic. 7 in paruo tempe purgata eſt 7 exculta poſſeſſio. Et tu itaq; frater paulatim opare: 7 non deficies: 7 deus per gratiam ſuam reſtituet te iterũ in priorem ordinem tuũ. Hoc audito frater ille abiit: 7 cuz omni patientia ſedens: faciebat ſicut edoctus fuerat a ſene: 7 ſic inueniens requiem promouebat' p dñm xp̃m. ¶ Senex quidam erat qui frequenter egrotabat. contigit autem enm vno ãno non egrotare. Qui grauiter affligebat' 7 plorabat: dicens. Dereliquit me deus: 7 non viſitauit me.

¶ Dixit quidam ſenex. quia frater aliquando ſtimulabatur a cogitationibus ſuis per annos nouem ita vt metu ipo deſperaret ꝺ ſalute ſua. 7 adiudicãs ſemetip̃m dixit. Perdidi iã animã meã: 7 iã q; periꝝ vadã ad ſeculũ. Qui cũ abiret: facta ẽ ei in via vox dicẽs. Tẽptationes q̃s nouẽ ãnis ſuſtinuiſti: corõe tue erãt. fuerte g̃ in locũ tuũ: 7 ſubleuabo te a cogitationib⁹ mal'. Vñ agnoſcit'. q; nõ ẽ bonũ deſpare ſe ſe aliquẽ ꝓ his q̃ in cogitatõe eueniũt. He etm̃ cogitatões magl corõnã nob⁹ ꝓparẽt: ſi bñ eas exegerim⁹. ¶ Senex quidã erat in thebaida. ſedens i ſpelũca. 7 habuit quẽdã diſcipulũ ꝓbatũ. Cõſuetudo autẽ erat vt ſenex veſpere doceret diſcipulum 7 cõmonẽt eũ q̃ erãt aĩme ꝓfutura. p⁹ ãmonitõez ꝙo faciebãt oroez: 7 dimittebat eũ dormire. Cõtigit autẽ laicos q̃ſdã ſciẽtes mltã abſtinẽtiã ſenis velle ad eũ 7 cũ ꝓſolat⁹ eos fuiſſz: ceſſert. P⁹ q̃ diſceſſũ ſedit iterz ſenex veſpe p⁹ miſſas ꝭm ꝓſuetudinẽ admonẽs illum fratrẽ 7 inſtruens eũ. 7 cum loqueret' granat⁹ eſt ſomno. Frater autem ſuſtinebat donec excitaret' ſenex: 7 facẽt ei iuxt ꝓſuetudinẽ oroem. Cũ ergo non euigilante illo ſene: diu ſederet diſcipulus: compul-

sus est cogitationũ suaꝝ molestijs vt recedẽt 7 dormiret. Qui extorquens sibi restitit cogitatõi 7 resedit. Iterũ aũt ꝓpellebat somno: 7 nõ abijt. Similit factũ est vsqꝫ septies: 7 restitit aĩmo suo. Post hec iam media nocte transacta euigilauit senex: 7 inuenit eum assidentez sibi: 7 dixit ei. Vsqꝫmodo nõ discessisti. Et ille ait. Nõ: qz nõ dimiseras me pat. Et dixit senex. Et quare me ñ excitasti: Et ille rñdit. Nõ te presumpsi pulsare: ne te ꝓtribularem. Surgẽtes aũt ceperunt facere matutinos. 7 post matutinorum finem: dimisit senex discipulum. Qui cũ. sederet solus: factus est in excessu mentis: 7 ecce quidam ostẽdebat ei locum glorioſum. 7 sedem in eo: 7 super sedem septem coronas. Interrogabat autem illũ qui ei hec ostendebat: dicẽs. Cuius sũt hec: Et ille dixit. Discipuli tui. 7 locũ quidẽ 7 sedẽ ꝑ ꝓuersatiõe sua donauit ei deus: has autem septem coronas nocte ista ꝓmeruit. Hec audiens senex miratus est: 7 tremefactus vocauit discipulũ: 7 dixit ei. Dic mihi quid feceris nocte hac: Et ille dixit. Ignosce mihi pr̃: qz nihil feci. Senex aũt existimans qz humiliãdo se non ꝓfiteret: dixit ei. Crede nõ quiesco nisi dixeris mihi quid fecisti: vl quid cogitasti nocte hac: Ff aũtẽ nihil sibi ꝓscius quid egisset. nõ inueniebat qd diceret: dicebat seni. Ignosce mihi pat: qz nihil feci nisi tm̃ hoc qꝺ ꝓpulsus sum motu cogitationũ mearum vt discederem 7 dormirem septies: sed qz a te dimissus ꝑm consuetudinem nõ fueram: non recessi Audiens hoc senex. statim intellexit quia quotiens cogitatõi sue restitit: totiens coronabat a deo. Et frater quidem nihil horum dixit. cã vtilitatis eius: ꝫ aljs narrauit hec spiritalib patrib vt discam⁹: qz ꝑ paruis cogitatõmib deus nobis coronaz tribuit. Bonũ ergo est. vt extorqueat sibiꝑi hõ in oñi re ꝓpter deũ. Etem̃ (sicut scriptum est) regnũ celorum vim patitur: 7 violenti diripiũt illud. ¶ Egrotauit aliqñ senex quidaz qui solitarius habitabat. 7 quia nõ habebat qui ei seruiret: surgebat. 7 qꝺcunqꝫ iuenisset in cella sua manducabat. Et cum ꝑ aliqꝫ dies ita faceret: nemo veniebat ad visitationem e⁹. Trãs actis xxo trigĩta dieb 7 nullo veniente ad euz misit dominus angelum suum qui ministraret ei. Et cum sic fieret ꝑ septez dies: recordati sunt fratres 7 dixerunt. Eamus 7 videamus ne forte infirmetur ille senex. Cum ergo venissent 7 pulsassent: discessit angelus ab eo. Senex de intro clamauit. Discedite hinc fratres. Illi autem leuantes a cardine ostium intrauerunt: 7 interrogauerunt eum quare clamauerit. 7 ille dixit. Quia triginta dies habui laborans in infirmitate: 7 nemo visitauit me: 7 ecce iam septem dies sunt. qꝺ dominus angelum suuz misit vt ministraret mihi. qui cum venissetis: recessit a me. Et hec dicẽs dormiuit in pace. Fratres aũt mirati sunt: 7 glorificauerunt deũ dicentes. Quia nõ derelinquet dominus sperantes in se. ¶ Dixit quidam senex. Si te occupauerit infirmitas corporis: noli pusillanimis fieri. qz si te dominus deus vult corpore debilem fieri: quis es qui si moleste suscipias: Nonne ipse pro te cogitat de oĩbus. Nunquid sine ipo viuis: Patienter ergo fer: 7 roga eum vt donet tibi que expediant: hoc est vt quod voluntas ipius est: facias. et sede cum patientia manducans qꝺ habes in caritate. ¶ Narrauit quidam patrum dicens. Quia cuz essem in oxirinco: venerunt ibi pauperes vespe sabbati. vt acciperent agapen. 7 dormientibus eis: erat ibi quidam habens tm̃modo mattam: cuius mediatatez sibi subtermittebat: 7 medietate cooperiebat. Erat aũt ibi validum frigus. Et cum exisset ad vrinam: audiui eum murmurantem 7 gementẽ pre frigore 7 ꝓsolabat seipsum: dicens. Gratias tibi ago domine. Quãti sunt modo in custodia diuites. qui etiam in ferro sedent: atqꝫ pedes habent in ligno cõstrictos: qui nec vrinam suam libere faciunt: Ego autem velut impator sum. extendens pedes meos: 7 vbi volo ambulo. Hec illo dicente: ego stabaz audiens verba eius. Ingrediens autem narraui ea fribus: 7 audientes multũ edificati sunt. ¶ Frater interrogauit senem dicens. Si fuero in aliquo loco et nata mihi fuerit tribulatio. 7 nõ habuero cui me cõmittam: 7 indicem illi passionem animi mei. quid faciam: Dicit ei senex. Crede in deo: quia ipse mittet angelum 7 gratiam suã: 7 ipse tibi est cõsolatio: si in caritate rogaueris eum. Et addidit dicens. Audiui eñ qz in scithi tale aliquod factum est. Erat eñ ibi quidam qui sustinebat temptatões. 7 non habens fiduciam in aliquo cui ꝓfiteretur: parabat a sero me lotã suaz vt discedẽt. Et ecce noctu apparuit ei gr̃a dei in specie virginis: 7 rogabat eum dicens. Nusqꝫ vadas: sed sede hic mecum: nihil eñ ex his male fit que audisti. Qui credens verbis eius: sedit. 7 statiz sanatum est cor eius. ¶ Finit liber de patientia siue fortitudine.

¶ Incipit liber qꝺ ꝑ ostentationẽ nihil fieri debeat.

AUdiuit aliqñ abbas anthonius de qꝺã inuene monacho. qz signũ qꝺã hmõi fecerit ĩ via cũ vidisset quosdam senes iter agẽtes 7 laborantes ĩ ambulando. iussit onagris vt venirẽt 7 portarent eos: donec venirent ad se. Illi aũt senes indicãtes hoc abbati Anthonio: dixit abbas Anthonius. Videt mihi monachus iste silis esse naui onerate omnib bonis. ꝺ qua incertũ ẽ: vtrũ queire possit ad portũ. Et post aliquãtũ tpis: subito cepit abbas anthonius flere: 7 trahẽ sibi capillos 7 lugẽ. Quod cum vidissent discipuli eius: dicũt ei. Quid ploras abba: Et respõdit senex. Magna colũna ecclesie cecidit modo. Dicebat aũt de monacho illo iuuene. Et adiecit. Venite 7 ambulate ad eũ: 7 videte qꝺ factũ est: Perrexerũt igit discipuli eius. 7 inuenerũt monachũ illũ supꝫ mattã sedentẽ 7 flentẽ peccatũ qꝺ fecerat. Videẽs aũt discipul⁹ senis: dicit eis Dicite seni vt obsecret deũ. decẽ tm̃ dierũ dare mihi inducias: 7 spero me satisfacturũ sibi. Qui tm̃ infra qnqꝫ dies mortu⁹ ẽ ¶ Laudat⁹ ẽ quidã a mõachis ff apꝺ abbatẽ anthoniũ. Ille aũt cũ venissꝫ ad eum: temptauit si portaret iniuriam. Et cum ꝓgnouisset: quia non posset ferre: dicit ei. Similis est domui q̃ a facie qdẽ ornata ẽ: deretro xxo a latrõib expoliata. ¶ Dicebãt abbate arsenio 7 de abbate theodoro ꝺ firme: qz sup oĩa bũanã gr̃iam odio habe-

rent. Abbas ergo arsenius: non cito occurrebat alicui. abbas ꝓo theodorus occurrebat quidem: ꝫ velut gladius. ¶ Eulogius quidam nomine discipulus fuit Johannis archiepi. Qui eulogius presidit erat. 7 abstinens atqꝫ ieiunans biduanas leuãdo. aliqñ etiam 7 vsqꝫ ad ebdomadam trahebat ieiunuꝫ panem tm̃modo comedens 7 sal: 7 per hoc laudabatur ab hominib;. Qui venit ad abbatez Joseph in loco qui vocatur paneso: credens se aliquam duriorem continentiam inuenire apud eum. Et suscipiens eum senex cum gaudio quod habuit: fecit ei ꝓ caritate parari. Dixerũt autez discipuli eulogij Non comedit presbiter nisi panem 7 sal. Abbas aũ Joseph cautus manducabat. Qui cũ fecissent tres dies: nõ audierũt eos aut psallẽtes aut orantes. Occulte eñ erat opus eorum. 7 exierunt nihil edificati. Deo autem dispensante: facta ẽ caligo: 7 errantes i via reuersi sunt ad senem. 7 priusqꝫ pulsarent ostiũ: audierunt eos psallentes: Et cum ante ostium expectassent diu: audita voce psallentiũ postea pulsauerũt. Et suscepit eos itez senex gaudẽs. Hi aũt q cũ Eulogio erant: ꝓpt̃ cauma tulerunt suristulã: et dederunt ei vt biberet. Erat autem permixta de mari 7 flumine: 7 nõ potuit bibere. Qui cum hec in aĩmo suo cogitaret: cepit rogare senem: vt disceret institutum eius: dicens. Quid est hoc abba q; a primo nõ psallebatis: sed nũc cepistis postqꝫ nos sum⁹ egressi. 7 qz aquam volui bibere: 7 inueni eam salsam: Dixit ei senex. Frater aliquis motus est: 7 per errorem miscuit aquam marinam. Eulogius ꝓo rogauit senem: volens agnoscere veritatem. Et dixit ei senex. Paruus iste calix ꝓo vino est quod caritas ꝓuidet: hec autem aqua est quam fratres assidue bibũt Et in his verbis docuit eũ habere discretionem cogitationum: 7 abscidit ab eo omnez humanitus mouentiam mentis eius: 7 factus est ꝑmunis: manducans decetero omnia q̃ apposita sunt ei. Didicit etiam ipse in secreto operari: 7 dixit seni. ꝓcerto in caritate sunt opera vestra. ¶ Dixit abbas Zenon: discipulus abbatis siluani. Nunqꝫ maneas in loco nominato. neqꝫ sedeas cum homine habẽte magnũ nomen: neqꝫ mittas fundamentum vt edifices tibi cellam aliquando. ¶ Venit aliquando frater quidam ad abbatem theodorum de firme: 7 fecit tres dies rogans eum: vt audiret ab eo sermonem. Ille autem non respondit ei: 7 egressus est tristis. Dixit ergo discipulus suus. Abba quare ei non es locut⁹. Ecce egressus est tristis. Et dixit ei senex. Crede mihi. propterea non dicebam ei sermonem: qz negociator est: 7 in alienis verbis vult gloriari. ¶ Alꝰ frater interrogauit eundem senem. videlicet abbatem theodorum: 7 cepit loqui 7 erquirere de rebus que necdum fuerat operatus. Et dixit ei senex. Adhuc tibi. nec nauem inueniſti. nec vasa tua in ea posuisti. nec nauigare cepisti: 7 iam in illam ciuitatem vbi disponebas peruenisti. Cum ergo prius operatus fueris rem de qua loqueris: tunc ex ipsa re loquẽ. Dixit abbas cassianus. Quia venit frater quidaz ad abbatem Serapionem: 7 horabatur eum senex: vt ſm morem oratione faceret. Ille autem dicens se peccatorem: 7 ipso habitu monachi indignum: non acquiescebat. Voluit autem etiam pedes eius lauare: 7 isdem verbis iteruz vsus nullatenus acquieuit. Fecit autem illum gustare: 7 cepit senex in caritate monere eum: dicens. Fili si vis proficere permane i cella tua: 7 attende tibipsi: 7 operi manuum tuarum non enim tantũ procedere expedit: quantũ sedere. Ille autem hec audiens exacerbatus est 7 vultum mutauit: ita vt nec latere posset senez. Dixit ergo ei abbas Serapion. Usqꝫ mõ dicebas peccatoꝝ suz: 7 accusabas teipsum tanqꝫ indignum iam viuere. 7 nunc quia te cũ caritate admonui: ita exacerbari debuisti: Si enim vis revera humilis esse: que tibi ab alio imponuntur. Disce portare viriliter: 7 non odiosa verba effundere tibipi in malum. Hec autẽ audiens frater: penitentiam gessit coram sene: 7 multũ proficiens discessit. ¶ Audiuit aliquando iudex ꝓuincie de abbate moyse: 7 perrexit in scithi vt videret eum. Et nunciauerunt quidam seni de aduentu iudicis: 7 surrexit vt fugeret in paludem. Et occurrit ei ille iudex cum suis: 7 interrogauit eum dicens. Dic nobis senex vbi est cella abbatis Moysi: Et dixit eis quid vultis eum querere: Homo fatuus ẽ 7 hereticus. Et veniens iudex ad ecclesiam dixit clericis. Ego audiens de abbate moyse: veni vt viderem eum: 7 ecce occurrit nobis senex pergens in egiptum. 7 interrogauimus euz vbi esset cella abbatis moysi: 7 dixit nobis. Quid eum queritis. Fatu⁹ est 7 hereticus. Audientes aũt clerici: ꝓtristati sũt dicẽtes. Qualis erat senex ille: q̃ hec de sancto homine locut⁹ est ad vos. At illi dixerũt. Senex vestimẽto vetustissimo vtẽs: lõgus 7 niger. Et illi dixeũt. Ipe est abbas moyses: 7 qz noluit videri a vobis. idõ vobis hoc de se dixit. Et multũ edificat⁹ iudex: discessit. ¶ Frat̃ interrogauit abbatẽ mathoen dicens. Si abiero manẽ in aliq̃ loco. qõ vis vt agã ibi: Dixit ei senex. Si habitaueris in loco: ne velis tibi illic nomen facẽ de aliq̃ re: dicẽdo. aut nõ venio in ꝓuentu fratrũ. aut nõ mãducabo ꝫ vl illud. Hec ei nomen vnũ tibi faciũt. postea importũitatẽ patier̃: qm̃ homies vbi ꝫ audier̃t: ibi current. ¶ Abbas nesteron maior ãbulabat i hẽmo cũ aliq̃ fr̃e. 7 videtes draconẽ: fugerũt. Et dixit ei fr̃. 7 tu times pr̃: Et rñdit senex. Nõ timeo fili: ꝫ expedit qz draconẽ vidẽs fugi qm̃ ñ habui effugẽ spm̃ vane glie. ¶ Veit aliqñ iudex ꝓuicie vidẽ abbatẽ pastorẽ: 7 nõ acqescebat senex. Judex aũt tenuit filiũ sororis ei⁹ velut malefactorẽ: 7 redegit eũ i carcerẽ: dicẽs. Si venerit senex 7 rogauerit ꝓ eo: dimittã eũ. 7 veit mr̃ pueri ad fratrẽ suũ abbatẽ pastorẽ 7 cepit plorare ad ostiũ eius. Ille aũt oĩno ñ dedit ei rñsũ. Illa aũt ꝓpulsa dolore: increpabat eũ dicẽs. Et si viscera ferrea habes. 7 nulla te ꝓpassio mouet. flectat te saltẽ miseratõ sãguis tui. Ille ꝓo mãdauit ei. Pastor filios ñ genuit: idõ ñ dolz. Audiẽs aũt ꝫ iudex: ꝓmisit dicẽs. Vel ꝓbo iubeat: 7 ego eũ dimittã. Senex aũt r̃mãdauit dicẽs Exaĩna cãz ſm legẽ. etsi dign⁹ ẽ morte: moriat. si aũt ñ ẽ: fac qõ vis. ¶ Dixit idẽ abbas pastor: doce coꝝ tuũ ꝓuaẽ: qõ doceat alios lĩgua tua. ¶ Dixit iterũ. Quia hoies ad loq̃ndũ pfcti vidri volũt: 7 ĩoperanto id quod loquuntur: minores sunt. ¶ Venit aliquando abbas Aldelfius: qui fuit episcopus

tatis: 7 p̃ caritatem non fictam. ne spiritu exaltationis elatus pdas laborem tuum: sed esto spiritali sale conditus in xp̃o. ¶ Dixit senex. Quia siquis plusq̃ dignus est honorat̃ aut laudatur. amplius patitur detrimentum: qui aũt omnino nõ fuerit ab hominib̃ honoratus. hic in celestibus honorabitur. ¶ Frater aliquis interrogauit senem: dicens. Bonum est assidue penitere? Et respondit ei senex. Vidimus ibm filium naue. quia cum pronus iaceret in facie: apparuit ei deus. ¶ Interrogatus senex quare ita inquietaretur a demonib̃. respondit. Dico quia arma nostra abiecimus: quod est contumelia. 7 humilitas. patientia 7 paupertas. ¶ Frater quidam interrogauit senem dicẽs. Si quis frater tulerit ad me deforis cogitationes suas. dicã ei vt nõ eas afferat ad me? Et respõdit ei senex. Noli. Et dixit frater. Quare? Respondit ei senex: quia nec potuim⁹ id custodire. 7 ne forte cum dicimus proximo ne faciat illud: inueniamur 7 nos postea idipm facientes. Et dixit frater. Quid ergo debet fieri? Et respõdit ei senex: Si voluerimus taciturnitatẽ seruare: sufficit proximo modus ipe. Interrogatus est quidam senex. quid esset humilitas. Et ille respondit. Si peccanti fri in te ig̃ueris. anteq̃ apud te penitentiã agat. ¶ Dixit senex In oi temptatione nõ culpes hominem. sed temetipsum tm̃: dicens. quia pro peccatis meis hec euenerũt mihi. ¶ Dixit senex. Nunq̃ preteriui ordinem meũ vt altius ambularem: neq̃ suz aliq̃n ī humilitate positus. Dis em̃ cogitatio mea in hoc erat. vt deprecarer deum: quousq̃ spoliaret me veterem hominem. ¶ Frater quidam interrogauit senem dicẽs. Quid est humilitas? Et rñdit ei senex. Vt bene facias his q̃ tibi male faciunt. Et dixit fr̃. Vt queniat homo ī banc mensuram quid faciet? Rñdit ei senex. Fugiat eligens taciturnitatẽ. ¶ Frater aliquis interrogauit senem dicens. Quod est opus peregrinationis? Et ille dixit ei. scio fratrem peregrinãtẽ. qui cum inuent⁹ esset in ecclesia. 7 contigisset ibi fieri agapẽ: sedit ad mensam vt manducaret cum fratribus. Dixerunt aũ quidam. Istũ hic quis tenuit? Et dixerunt ei. Surge 7 vade hinc foras. Qui surrexit 7 abijt. Alij vero cõtristati de expulsione eius: egressi sunt 7 reuocauerunt eũ. Post hec interrogauit eum quidam dicens. Quid putas est in corde tuo. q̃ expulsus es. 7 iterũ reuocatus? Et ille dixit. Posui in corde meo. q̃ equalis eẽz cani. qui q̃n insectat̃ foras egreditur: q̃n autẽ vocat̃: ingreditur. ¶ Venerunt quidaz aliq̃n ď thebaida ad quendã senem. habentes secum vnum qui a demonio vexabat̃: vt curaret̃ ab illo sene. Senex ꝓo cum diu rogaret̃. Dixit dmoni. Exi de factura dei. Et respondit dem̃. Exeo: sed interrogo te vnũ sermonẽ: vt dicas mihi. Qui sũt hedi. 7 qui sũt agni Et dixit senex. Hedi quidẽ tales sunt quales ego: agnos ꝓo deus scit. Et audiens demon clamauit voce magna: dicẽs. Ecce ꝓpter istam humilitatẽ tuam ego exeo. Et exiuit eadẽ hora. ¶ Manebat quidam monachus egiptius in suburbano cõstantinopolitane ciuitatis. 7 dũ transiret theodosius iunior imperator p̃ viam illam: reliquit oẽs qui in obsequio ei⁹ erãt 7 venit solus in cellã eius. 7 pulsans ad ostium monachi. Aperuit ei monach⁹. Videns aũt eum agnouit q̃ imperator esset: sic tm̃ suscepit eum tanq̃ vnũ ex officio militantium. Cum ergo introijsset: fecerunt oratione 7 sederunt. Cepit aũt eum interrogare imperator dicens. Quõ sunt patres in egipto? Et ille respondit. Orant pro salute vestra oẽs. Imperator aũ circumspiciebat in cella eius. si quid haberet: 7 nihil ibi vidit nisi paruam sportellam. bñtem modicũ panis 7 lagenam aque. Et dixit ei monachus. Gusta modice. Et infundit ei panem. 7 immisit oleum 7 sal: 7 manducauit 7 dedit ei aquam bibere. Dixit aũt ei imperator. Scis quis sim ego? Et ille dixit ei. Deus te scit quis sis. Tunc dixit ei. Ego sum Theodosius imperator. Ille aũt statim adorauit salutans eum humiliter. Et dixit imperator. Beati estis vos monachi: qui securam vitam habetis. 7 non cogitatis ď hoc seculo. Veritatem dico quia in imperio natus sum 7 nunq̃ ita delectatus sum pane 7 aqua: sicut hodie. Satis em̃ 7 libenter comedi. Et cepit extunc honorare eum imperator. Senex ergo egrediens fugit: et iterum venit in egiptum. ¶ Dicebant senes. Quia quando temptamur. tunc magis humiliamur quoniam deus sciens infirmitatem nostram: protegit nos. si autem gloriamur. aufert a nobis protectionem suam: 7 perimus. ¶ Cuidã fratri apparuit dyabolus trãsformatus in angulum lucis: 7 dixit ad eum. Ego sũ ãgelus Gabriel. Quare clausisti oculos tuos? Ego sum missus ad te. Ille aũt dixit ei. Vide ne forte ad alium missus sis: ego em̃ non sum dignus vt angel⁹ mittatur ad me: dyabolus aũt statim non comparuit. ¶ Dicebant senes. Quia si vel pro veritate angel⁹ tibi appareat. ñ suscipias facile: sed humilia temetipm̃: dicens. Non sum dignus videre ãgelum. viuẽs in peccatis. ¶ Narrauerunt de alio sene: quia sedẽs in cella sua 7 sustinens temptationes. viderit demones manifeste: 7 contempserit eos. Cum aũt dyabolus se videret vinci a sene: venit 7 ostendit se ei: dicẽs Ego sum christus: quare clausisti oculos tuos? Et respondens senex: dixit ei. Ego hic xp̃m nolo videre: sed in alia vita. Audiens aũt hec dyabolus nõ cõparuit. ¶ Alterum senẽ volentes seducere demones dixerunt ei. Vis videre xp̃m? Et ille dixit. Anathema vobis: 7 de quo dicitis. Ego autem meo xp̃o dicenti credo. Si quis vobis dixerit ecce hic xp̃c. ecce illic: nolite credere. Quo dicto statim nõ comparuerunt. Narrauerunt de alio sene. q̃ perseuerauit ieiunans septuaginta ebdomadas: semel in ebdomada reficiens. Hic postulabat a deo de quodam sermone scripturarum sanctarum: 7 non reuelabat ei deus Dixit ergo in semetipo ecce tantum laborem assumpsi 7 nihil profeci: vado ergo ad fratrem meum 7 requiram ab eo. Qui cum egressus clausisset ostiuz vt abiret: missus est ad eum angelus dñi: dicens. Septuaginta ebdomade quas ieiunasti. nõ te fecerunt proximum deo: nunc ꝓo quando ita humiliatus es. vt ad fratrem tuum pergeres missus sum tibi indicare sermonem. Et aperiens ei de re quam querebat: discessit angelus ab eo. ¶ Dicebat senex quidam. Quia si quis timore dei 7 humilitate iniungit fratri aliquid facere: sermo ipse qui propter deum egredit̃ facit fratrem illum subiectum existere. 7 implere q̃d fuerat imperatum. si autem quis volens iubere fra-

tri.7 non hoc ꝑm timorez dei fecerit:sed quasi per auctoritatem. volens sibi in eo potestatem defendere: deus videt occulta cordis.non permittit eum audire vel facere quod iubetur. Manifestum est enim opꝰ quod ꝑm deum fit.7 iterum manifestum est: quod ꝑ voluntate aut potestate iniungitur:quoniam quod a deo est cum humilitate 7 obsecratione imperatur: quod autem ex potestate est.cum furore 7 perturbatione:vtpote.quoniam a maligno est. ¶ Dixit senex volo vinci magis cum humilitate q̄ꝫ vincere cum superbia. ¶ Dixit senex. Non contemnes astantem tibi:quoniam nescis vtrum in te sit spiritus dei.an in illo. Assistentem autem tibi.dico eum:qui minister tuus est. ¶ Frater aliquis interrogauit senem dicens. Si habito cum illis fratribus. 7 video aliquam rem inconuenientem:vis vt loquar:Et dixit ei senex.Si sunt aliqui maiores tibi aut coetanei.tace magis:7 requiem habebis. In hoc em̄ q̄ te minorem facies:etiam securum te reddes.Dicit ei frater. Quid ergo facio pater:Perturbat enim me spiritus. Dicit ei senex.Si laboras: cōmonefacito semel humiliter. Si autem non obediunt tibi: relinque laborem tuum in conspectu dei.7 ipe te consolabitur. Hoc est enim vt proiecit se dei cultor coram deo:7 relinquat ipe voluntates suas. Attende aut tibi vt ꝑm deum sit solitudo tua:7 tamen quomodo video.bonum est tacere. Humilitas em̄ tibi est taciturnitas. ¶ Frater quidam interrogauit senem dicens. Quid est profectus hominis:Et respondit ei senex.profectus hominis est humilitas. Quantum enim quis ad humilitatem inclinatus fuerit:tantum eleuabitur ad profectū. ¶ Dixit senex. Quia siquis dicat alicui ignoscite mihi.humilians se:comburet demones temptatores. ¶ Dixit senex. Si acquisieris taciturnitatem.non habeas apud temetipm.quasi aliquam virtutem iam obtineris:sed hic q̄ indignus sum loqui. ¶ Dicebat senex quidam: Nisi velauerit pistor oculos animalis circūeuntis ad molam.conuertet se animal 7 comedet labores suos:ita 7 nos velamen accipimus ꝑm dispensationem dei.ne videamus que operamur bona.7 beatificantes forsitan nosmetipos.perdamus mercedē nostram. Propterea ergo relinquimur per interualla temporum simul 7 semel sordidas cogitationes assumere:vt cum easdem cogitationes aspicimus.nosmetipsos.ꝓprio iudicio condemnemus. Ne em̄ sorde ipse cogitationes:velamē sint ipius modici boni operis. Quando aūt homo seipm accusat:nō perdit mercedem suam. ¶ Dixit senex quidam. Volo magis doceri q̄ꝫ docere. Item dixit. Non doceas ante tempus:alioquin oīm tempore vite tue minoraberis intellectu. ¶ Interrogatus est quidam senex. quid est humilitas. Et respondēs dixit. Humilitas magnum opus est 7 diuinum. Via aūt humilitatis hec est.vt labores corporales assumi debeant.7 ascribat seipm homo peccatorem:7 ponat se subiectum omnibus. Et dixit frater. Quid est esse sub hominibus:Respondit senex. Hoc est esse subiectum hominibus.vt nō attendat quis aliena peccata:sed sua semp aspiciat:7 deprecet sine intermissione deum:vt ignoscat. ¶ Rogauit quidam frater senem dicens. Dic mihi vnam rem quam custodiam 7 viuam per eam. Et dixit ei senex. Si potueris cōtumeliam pati 7 sustinere:magnū est hoc 7 super oēs virtutes. Dixit senex. Qui ꝓtemptum 7 iniuriam 7 damnū patienter fert:potest saluus esse. ¶ Dixit senex cuidam. Nō habeas noticiam cum abbate.neq̄ꝫ frequenter adiungeris ei:qm̄ ex hoc fiduciam sumes. 7 desidere incipies vt teneas etiam ipe primatum. ¶ Frater quidam erat in congregatione.7 oīm pondus quod fratrib⁹ imminebat ipe suscipiebat.ita vt se etiam in fornicatione accusaret. Quidam aūt fratres ignorātes actus eius ceperunt murmurare aduersus eū:dicentes. Quanta mala fecit hic:7 nec operatur. Abbas aūt sciens.que agebat frater ille:dicebat fratrib⁹ Volo vnam mattulam istius fratris cum humilitate.q̄ꝫ omnes vestras cum superbia. Et vt demonstraret ex dei iudicio.qualis esset frater ille:attulit omnia que operati fuerant alij fratres 7 mattam eius de q̄ querebantur.7 accendit ignem.7 iactauit in medium. consumptaq̄ꝫ sunt opera 7 matte illorum oīa:matta aūt fratris illius illesa permansit. Hoc autem videntes illi fratres timuerunt.7 penitentiam coram illo egerunt habentes eum deinceps velut patrem. ¶ Interrogatus est quidam senex. quomodo quidam dicerent videre se aspectum angelorum:Et respondit dicens. Beatus est qui peccatum suum semper videt. ¶ Frater aliquis contristabatur aduersus alium fratrem. Quod audiens ille venit satisfacere ei. Ille aūt non aperuit ei ostium celle sue. Perexit ergo ille ad quendā senem:7 dixit ei causam. Et respondit ei senex. Vide ne quasi iusticiam adhibeas cause apud teipsum in corde tuo. tanq̄ꝫ culpaturus fratrem tuum.vt quasi illum reprehendas 7 teipm iustifices:7 propterea nō tetigit deus cor eius. vt aperiret tibi. Verumtn̄ hoc est quod dico tibi.vt si vel ille peccauit in te.ponas in corde tuo.quia tu i illo peccaueris 7 fratrem tuum iustifica:et tunc deus dat in corde illius cōcordare tecum. 7 narrauit illi exemplū tale:dicens. Duo quidā erant seculares 7 religiosi:7 colloquentes secū.egressi sunt.7 facti sunt monachi. Emulationem aūt habentes vocis euāgelice:sed nō ꝑm scientiam:castrauerunt se quasi ꝓpter regnum celoꝝ. Audiens aūt hoc archiepus:excōmunicauit eos Illi aūt putantes q̄ bene fecissent. indignati sunt p̄ eum dicētes. Nos propter regna celoꝝ castrauimus nos:7 excōmunicauit nos. Eamus 7 interpellemus aduersus eū.bierosolimoꝝ archiepm. Abeuntes ergo:indicauerunt ei hec oīa. Et dixerit eis archieps bierosolimitarū. Et ego vos excōmunico. Ex quo itaq̄ cōtristati.abierunt anthiochiā ad archiepm: et dixerūt ei oīa que acta fuerant circa se. Et ille silr excōmunicauit eos. Et dixerūt ad semetipos. Eamus romam ad patriarchā: 7 ipe nos iudicabit de oibus istis. Euntes g̃ ad summum archiepm romane ciuitatis suggesserunt ei que fecerunt eis memorati epi:dicentes. Venimus ad te:q̄ tu es caput oīm. Dixit eis et ipe. Et ego vos excōmunico:7 segregati eritis. Tūc defecerūt extores toti⁹ ꝓsilij : 7 dixerūt ad semetipos. Isti epi sibiuicē deferūt 7 ꝓsetiūt.ꝓpt̄ qđ i synodis cōgregāt:ꝫ eam⁹ ad illū viꝝ đi scm epiphaniū.epm đ cypro q̄ ꝓpheta est et personam hominis non accepit. Cum aūt proximarent ciuitati eius.reuelatum ē

ei de ipsis: 7 mittens in occursum eorum. mandauit eis. Ne intretis ciuitatem istam. Tunc illi in se reuersi: dixerunt. In veritate nos culpabiles sumus. Ut quid ergo nosipos iustificam⁹: Nunquid qꝝ illi nos iniuste excõmunicauerunt. etiam 7 iste ꝓpheta: Ecce eim deus reuelauit de nobis. Et reprehenderunt semetipsos valde: similiter 7 culpam quam fecerant. Tunc videns deus qui corda nouit: quia se in veritate culpabiles fecerãt. reuelauit episcopo epyphanio 7 vltro misit 7 adduxit eos. Et consolatos eos suscepit in communionez: 7 scripsit de eis archiepiscopo alexandrie: dicens. Suscipe filios tuos: qm̃ inuerita te penitentiam egerunt. Et addidit senex. qui hoc exemplum narrauerat: dicens. Hec est sanitas hoīs 7 hoc est quod vult deus. vt hõ culpaz suam proīci at ante deum. Hec cum audisset frater: fecit ꝑm verbum senis. 7 pergens pulsauit ostium fratris. Ille aĕ mox vt sensit eum. prīnus apud illum deintus penitentiam gessit. aperuitqꝫ statim ostium. 7 osculati sũt seinuicem er aīo: 7 facta est inter vtrosqꝫ pax magna.

¶ Duo monachi qui erant etiam carnales fratres. habitabant simul: 7 volebat dyabolus separare eos abinuicem. Semel ergo vnus qui erat iunior etate īcendit lucernam. 7 posuit eam sup candelabrum. Fecit aũt opera sua demon 7 euertit candelabrum: pro qua re cecidit eum maior frater cum ira. Ille aũt penitentiam egit: dicens ei. Habe patientiaz in me frater: 7 iterum accendam eam. Et ecce virtus domini venit: 7 torquebat demonem illum vsqꝫ mane. Demon aũt nunciauit principi suo: quid factum fuisset. Et audiuit sacerdos paganorum id quod retulerat demon. 7 egressus factus est monachus: 7 ab initõ cõuersationis sue tenuit humilitatem: dicens. Humilitas soluit oēm virtutē inimici sicut ego audiui demones loquentes dicendo. Quia qñ perturbamus monachos. conuertitur vnus ex eis. 7 agit penitentiam: 7 destruit omnez virtutem nostram. Explicit liber d̃ Humilitate.

¶ Incipit liber de penitentia.

Dicebãt fratres de abbate gelasio. qꝝ habuerit codicem in membranis: valentē solidos decem 7 octo. Continebat eim vet⁹ 7 nouum testamentum totũ. 7 positus erat codex ipe in ecclesia: vt qui vellet de frib⁹ legeret in eo. Supueniens aũt quidam frater pegrin⁹ applicuit ad senem. 7 videns codicem illum concupiuit. 7 furatus est eũ. 7 eriuit atqꝫ discessit. Senex aũt nõ est secutus post eũ vt comprehenderet eum. cum vticqꝫ intellexissent quod fecerat. Ille aũt pergens in ciuitatē: querebat cui venderet eum. Et cum inuenisset qui vellet emere. cepit sedecim solidos preciũ ipi⁹ postulare. Ille ho volēs compare: dixit. Da mihi p mum vt ondam eum: 7 sic dabo tibi precium. Dedit ergo illi codicem ad ostendendum alicui. Quē accipiens ille qui emere cupiebat. attulit eum ad abbatē Gelasium. vt ꝑbaret si bonus esset codex: aut si tantum valeret. Dixerat eim ei et quantitatem quaz vē dito⁹ postulabat. Et dixit senex gelasius. Eme illuz qꝝ bonus codex est: 7 valet hoc precium quod dixit tibi. Ille aũt retulit venditori aliter: 7 non sicut audierat a sene. Dixitqꝫ. Ecce ostendi codicem illum abbati gelasio. 7 dixit mihi qꝝ bonus est: sed non valet quantum dixisti. Ille hoc audiens dixit ei. Nihil aliud dixit senex: Et respondit. Nihil. Tũc dicit ei. Jã nolo vendere codicem istum. Cõpunctus aũt venit ad senem. penitentiam agens: 7 rogans eum vt codicem reciperet. Senex aũt nolebat euz recipere. Tũc dixit ei frater. Quia si non recipis eum: non possum securus esse. Et dicit ei senex. Si non potes securus eē nisi recipiam: ecce recipio eũ. Et remansit frat ille apud eum vsqꝫ ad exitum suum: profitiens de patiētia senis.

¶ Factus est aliqñ conuentus in cellis pro quadam causa: 7 locutus quidem Euagrius abbas. Et dixit ei pbiter monasterior. Scimus abba euagri: qꝝ si esses in patria tua forte aut eps eēs aut multorum caput: nunc aũt hic velut pegrinus sedes. Ille ho cõpunctus. non quidem turbulenter aliquid respondit: sed mouens caput. respiciens ad terrã. digito scribebat 7 dixit eis. Reuera fratres ita est.

¶ Sedente aliqñ abbate Johanne breui statura. ante ecclesiã. circumdederũt eum frēs: 7 exquirebant ab eo singuli de cogitationib⁹ suis. Quidam aũt senex hoc audiens: accensus inuidia dixit ei. Suriscula tua abba Johãnes. plena veneno est. Et respondit ei abba iohes. Ita est abba. Hoc aũt dixisti qꝝ ea que foris sunt tantũmõ vides. Si aũt videres que intro sũt quid eras dicturus:

¶ Dicebãt de Johe minore d̃ thebaida. q fuit discipulus abbatis Antonij. qꝝ duodecim ãnos fecerat in ministerio. seruiens seni in infirmitate eius: 7 post hec sedebat super mattaz. Senex ho contristabat pro eo. Et cũm multum laborasset cum illo: nunqꝫ dixit ei. sanus esto. Quando aũt iam moriturus erat: residentib⁹ senibus loci. tenuit manũ eius: 7 dixit. Sanus sis. sanus sis. sanus sis. Et tradidit eum senib⁹ dicens. Hic angelus est: non homo

¶ Dicebant de abbate ysidero qui erat in scithi. qa siquis habuisset fratrem infirmum aut pusillanimez aut iniuriosum: 7 volebat eum expellere foras: ille docebat. Adducite eum ad me. Et apprehendens euz: patientia sua curabat aĩm fratris illius.

¶ Abbas macharius in egypto positus inuenit hoiez qui adduxerat aĩal. 7 rapiebat que habebat. Ipe ho vt peregrinus astitit furi. 7 adiuuabat eum ad aĩal onerãdum: 7 cum oī quiete deduxit eum: dicens in semetipo. Nihil intulimus in hunc mundũ: sed dñs dedit 7 sicut ipe voluit ita factum est: bñdictus in omnib⁹ deus. Facta aliqñ congregatione fratrum in scithi cum voluissent senes ꝑbare abbatem moysen: contẽ pserunt enm dicens. Ut quid iste ethiops in mediũ nostrum venit: Ille aũt audiens tacuit. Cum ho dimissus fuisset q̃uentus: dixerunt ei qui iniuriose euz tractauerant. Nec mõ nõ es turbatus: Et ille respõdit. Turbatus sum 7 nõ sum locutus.

¶ Paysius frater abbatis pastoris habuit affectũ cũ quodã monacho ex cella sua. Abbas autez pastor nolebat hoc Qui consurgens iuit ad abbatem ammona: 7 dicit ei. Frater meus Paysius habet cum quibusdam affectuz. quod ego non libenter fero. Dicit ei abbas ãmonas. Abbas pastor adhuc viuis: vade in cellam tuam: 7 pone in corde tuo. quia iam annum habes ī

sepulchro. ¶ Dixit abbas pastor. Omnis labor qui-cunqz euenerit tibi: ex taciturnitate superat. ¶ Quidam frater Iesus ab alio fratre: venit ad abbatem Ysoi thebeum: 7 dixit ei. Iesus sum a quodam fratre: 7 volo me ego vindicare. Senex aūt rogabat eum dicens. Noli fili: sed dimitte magis deo vindictam. Ille autem dicebat. Non quiesco: donec me fortiter vindicavero. Dixit autem senex. Quia hoc semel statui sti apud te: surge oremus. Et surgens senex: dixit. Deus iam nobis nō es necessarius: quia nosipi 7 volumus 7 possumus nos vindicare. Hoc autem audiens frater: cecidit ad pedes senis illius: dicens. Jam non contendam cum fratre illo: sed rogo ignosce mihi. ¶ Quidam videns quendam religiosum portātem mortuum in lecto: dicit ei. Mortuos portas: vade 7 viuentes porta. ¶ Dicebant de quodam monacho: quia quando quis appetisset aut exacerbasset eū tantomagis ille ad eum concurrebat: dicens. Quia huiusmodi causa homines corriguntur. ab his qui i conuersatione studiosi sunt. Nam qui eos beatificāt magis confundunt animas eorum. Scriptum est ei Quia qui beatificant vos: seducunt vos. ¶ Venerunt aliquando latrones in monasterium cuiusdam senis: 7 dixerunt ad eum. Omnia que in cella tua sūt tollere volumus. Et ille dixit. Quantum vobis videtur: tollite filij. Tulerunt ergo quodcunqz inuenerunt in cella senis: 7 abierunt. Obliti sunt aūt ibi sacculum quod erat absconditum in cella. Senex vero tollens eum. secutus 7 post eos: clamans 7 dicens. Filij tollite quod obliti estis in cella. Illi ꝙo admirātes patientiam senis: reuocauerunt oia in cellam eius. et penitentiam egerunt omnes adinuicē: dicentes. Hic ꝙo homo dei est. ¶ Fratres quidam venerunt ad quendam senem sedentem in deserto loco. 7 inuenerunt foris extra monasterium puerum pascentez pecora 7 loquentez verba que nō decebant. postqz ꝙo viderunt senem: 7 indicauerunt ei cogitationes suas. 7 de responsione ei⁹ se profecisse senserunt: dicunt ei. Abba quomodo acquiescis tecum habere pueros istos. 7 nō precipis eos vt constringant? Et dixit senex. Credite mihi fratres: dies habeo mīlitos exquo volo eis precipere. 7 redarguo meipm: dicens. Si ꝑparum nō portauero. quomodo maiorē temptationem si ꝑmiserit mihi deus inferri: portare possum? Et propterea nihil eis dico. vt fiat consuetudo portandi ea que superuenerint.

¶ Narrauerunt de quodam sene qui habuerit puerulum cohabitantem secum: 7 videns eum quia fecerit opus quod non expediebat ei: dixit ei semel. Non facies hanc rem: 7 ille non obediuit ei. Hoc autem senex videns. abiecit de cogitatione sua curam illius: iactans ꝓprium iudiciū super ipo. Puer autez clausit ostiū celle in qua erant panes ꝑ tres dies: 7 dimisit senē ieiunum. 7 nō dixit ei senex. vbi es. aut quid facis foris? habebat aūt vicinum senem. q̄ cum agnouisset: qz tardaret puer ille: fecit pulmentū modice et dabat ei ꝑ parietem: 7 rogabat vt gustaret. Et dicebat seni. Quid tardat fr̄ ille foris? Senex ꝙo dicebat. Nō ei vacauerit: reuertet. ¶ Narrauerunt aliqui. Quia philosophi quidam aliqn̄ voluerunt probare monachos: 7 venit vnus monachus transiens: stola indutus 7 bene vestitus. Et dixerunt ei philosophi. Tu veni huc monache. Ille ꝙo indignatus: iniurijs aggressus est eos. Transyt 7 alter monach⁹ magnus rusticus genere: 7 ipsi dixerunt ei. Tu monache male senex veni huc. Ille ꝙo cursim venit: 7 ceperunt ei alapas dare. Ille aūt conuertit eis aliā maxillaz. Statim ꝙo philosophi illi surrexerunt: 7 adorauerunt eum: dicentes. Vere hic est monachus. 7 fecerunt eum sedere in medio sui: 7 interrogauerunt euz dicentes. Quid est quod plus facitis nobis ī solitudine ista? Jeiunatis 7 nos ieiunamus. Castigatis corpora vestra. Et nos castigamus. Sed 7 quicqd aliud facitis: 7 nos facimus. Quid ergo plus facitis nobis sedentes in heremo? Respondit eis senex. In gratia dei speramus nos: 7 mentem nostram custodimus. Et illi dixerunt ei. Nos hoc custodire non possumus. Et edificati: dimiserunt eum. ¶ Senex quidam erat habens probatum discipulum: quem aliquando contristans expulit foras. Ille ꝙo expectabat sedens foris. Et aperiens senex ostiuz inuenit eū 7 penitentiam egit apud eum: dicens. Ab hodierno die tu pater meus es. qm̄ humilitas 7 patiētia tua vicit pusillanimitatem animi mei. Veni ergo intus. am modo eī tu pater 7 senex ego aūt iuuenis 7 tuus discipulus: quoniam opere tuo superasti senectutem meam. ¶ Dicebant quidam senum q̄ audierit ab aliquo viro sancto esse iuuenes: qui ducatum prebeant senibus in vita ista: 7 narrauit dicēs. Quia erat quidam ebriosus senex. 7 opabat vnam mattam in die 7 vendebat eam in vicino vico: 7 bibebat quod accipiebat de precio eius. Postea ergo veni t ad euz iuuenis quidam frater: 7 manebat cum ipo: qui similiter operabatur 7 ipse mattam vnam. Tollebat autē senex 7 vendebat: 7 ambarum mattarum precium expendebat in vino. Illi autez fratri afferebat tantummodo modicum panis ad vesperam. Et cum hoc triennio iugiter faceret: nihil locutus est frater ille. Post hec ꝙo dixit frater ille ī semetipso. Ecce nud⁹ sum 7 panem cum egestate comedo. surgam ergo et discedam hinc. Iterum aūt cogitauit in semetipso: dicens. Vbi habeo ire? Sedebo hic. Ego enim propter deum sedebo in hac vita communi. Et statim apparuit ei angelus domini: dicens. Nusqz discedas veniemus enim ad te cras. Et rogauit frater senem dicens. Non discedas hinc alicubi: quia venient hodie mei tollere me. Cum ergo facta essz hora (qua solebat senex descendere ad vicum) dicit fratri. Nō venient hodie fili: iam enizstarde est. Et ille dixit ei. Omnino scias quia venient. Et dum hec loqueretur: dormiuit in pace. Senex autem flebat: dicēs. Heu heu me fili: quia multis annis sub negligentia viuo: tu autem paruo tempore saluam fecisti per patientiam aīmam tuam. Et ex illo die factus est senex sobrius et probatus. ¶ Dicebant de quodam fratre: qui seni cuidam magno vicinus erat. quia ingrederetur et raperet quicquid habebat senex in cella sua. Videbat autem senex. 7 non obiurgabat eum: sed extorquebat sibi plus solito manibus operari: dicens. Credo opus habet iste frater. Et exigebat a se

maiorem solito laborem: & astringebat ventrem suũ. vt cum indigentia comederet panem suum. Cum aũt mori cepisset senex ille. circumsteterunt eum fratres: & respiciens in euz qui furabatur: & dicit ei. Junge te huc ad me. Et tenuit & osculatus est manus eius dicens. Gratias ago istis manibus fratres: quia propt̃ ipsas vado ad regnum celorum. Ille aũt compunct⁹ & penitentiam agens. factus est & ipse probatus monachus: exemplum sumens de actibus magni senis illius. ¶ Fuit quedam meretrix nomine Thais. tante pulcritudinis. vt multi propter eam venditis substantijs suis pene ad vltimam peruenirent paupta tem: & amatores sui pre zelo litibus inter se consertis frequenter puelle limina sanguine iuuenum replebãtur. Quod cum audisset abbas Paphuncius. sumpto habitu seculari & vno solido. profectus est ad eã ad quandam ciuitatem egipti: deditq; ei solidũ quasi pro mercede peccandi. Jlla accepto precio: ait illi. Ingrediamur domum. Cum aũt esset & lectum pretiosis vestibus stratum ascendere inuitaretur: dicit ad eam. Si est interius cubiculum: in ip̃m eamus. Jlla q; dixit. Est quidem cubiculum vbi nullus ingreditur: sed deo non est locus qui diuinitatis eius oculis abscondatur. Quod cum senex audisset: dixit ei. Et scis esse deum: Cum aũt respondisset se scire deum. & regnum futuri seculi: necnõ & tormenta peccatorum. Dixit ei senex. Si ergo hec nosti. cur tantas animas perdidisti. vt non solum pro tua: sed & illorũ animabus reddita ratione damneris: Jlla ꝯo hec audiens: prouoluta ad pedes abbatis paphuncij exorabat: dicens. Scio esse penitentiam pater: & confido remissionem peccatoz sortiri te exorante. Tm̃ peto tribus horis indutias. vt post hoc vbi iusseris ad te veniam: & quodcunq; preceperis: faciam. Cunq; locum illum abbas constituisset quo venire deberet. illa collectis omnib⁹ quecunq; ex peccato susceperat perlatisq; in mediam ciuitatem combussit: clamans. Venite omes qui peccast̃ mecum: & videte quõ ea q̃ mihi contulistis exuram. Erat aũt precium eorũ bonorum. quadringentarium librarum auri. Cũq; oia consumpsisset: in locum quem ei abbas constituerat prexit. Quam ille repto virginum monasterio. in cella parua claudens. ostium celle plumbo signauit. paruamq; fenestram reliquit. p quam ei victus modic⁹ inferet̃. iussitq; oĩb⁹ diebus panis & paululum aque a ministris ministrari. Cum aũt senex ostio plũbato discederet: ait Thais. Quo iubes pater vt ex naturali meatu aquam meam fundam. At ille respõdit. In cella. Sic em̃ digna es. Cum iteruz quemadmodum deuz deberet orare inquireret: dixit ei senex Nõ es digna nominare deũ. neq; ĩ labijs tuis nomẽ diuinitatis imprimere: sed nec ad celum manus expandere: qm̃ labia tua iniquitate sunt plena. & manꝰ tue sordibus inquinate: sed tantũmodo incumbens contra orientem aspice. hunc sermonem sp iterans: qui me plasmasti miserere mei. Cum ergo tribus annis ita fuisset inclusa. condoluit ei abbas paphuncꝰ & mox profectus est ad abbatem Anthonium. vt ab eo requireret. si remisisset illi deus peccata an nõ. Cũ ergo causam reinarrasset. conuocatis discipulis suis abbas Antonius precepit vt illa nocte omes vigilarent. & in oratione persisterent singillatim: quatenus vni alicui ex his declararet deus causam pro qua abbas Paphuncius venerat. Cum ergo singuli secessissent. & incessanter orassent: abbas paulus maior discipulus beati Anthonij abbatis. vidit subito in celo lectum precios̃ vestibus adornatum: quem quatuor virgines clara facie custodiebant. Cunq; paulꝰ intra se diceret. non est hec gratia alterius nisi patris mei Anthonij: vox ad eum diuina facta est. Non patris tui Anthonij: sed thaidis meretricis est. Quod cum mane facto abbas paulus retulisset: cognita dei voluntate abbas paphuncius cum gaudio discessit. & profectus ad monasterium in quo erat inclusa: ostium quod obstruxerat: dissipauit. Jlla ꝯo petebat vt adhuc permaneret diutius inclusa. Cum ꝯo aperuisset ostium dixit. Egredere: quoniam deus dimisit tibi peccata tua. Jlla respondit. Testor deum quoniam exquo hic ingressa sum. ex oĩbus peccatis meis feci velut sarcinam: & statui ante oculos meos. Et sicut non discedit anhelitus de naribus meis vna hora. sic nec discesserunt peccata mea ab oculis meis: & flebam illa semper considerans. Cui abbas respondit: Non propter penitentiam tuam dimisit tibi deus peccata tua: sed quia semper hunc timorem habuisti in animo. Et cum eam inde eduxisset: quinde cim dies superuixit tm̃. & quieuit in pace. ¶ Quidã frater sedebat in cella in egipto: magna humilitate p cipuus. Habebat aũt sororem in ciuitate meretricẽ que multis animabus perditio fuerat. Frequenter ergo monebant senes fratrem illum. & vix potuerunt ei psuadere. vt veniret ad eam: quatenus p admonitionem eius posset peccatum quod p eam fiebat terminari. Dum ergo veniret ad locũ. quidam ex notis videns eum: p̃cessit & nunciauit mulieri: dicens. Ecce frater tuus venit ad te de heremo. Jlla aũt p̃ gaudio relictis amatoribus suis quibus ministrabat: capite discooperto ad occurrendum fratri egressa est. Et cum vidisset eum: dum temptaret illum amplecti: dixit ei ille. Soror mea carissima. parce iaz anime tue: qm̃ propter te multi percunt. Considera quanta habes tormenta preparata: nisi cito penitere festinaueris. Jlla autez contremiscens: dicit ad eum. Et scis frater. quia est mihi salus vel ammodo: Cui ille dixit. Si volueris: adhuc tibi salus est. Jlla autem iacrans se ad pedes fratris sui: petebat vt eam secũ duceret in desertum. Cui frater suus dixit. Vade & cooperi caput tuum: & sequere me. Cui illa respondit. Eamus ait velociter. Oportet em̃ me deformare. ĩter homines potius nudo capite deambulare: q̃ ĩ officinam peccati mei iterum ingredi. Dum aũt pariter ambularent monebat eam frater ad penitentiaz. videns aũt ille. quia quidam fratres obuiarent ei: dicit ad eam. Quoniam necdum omnes sciunt. q soror mea sis. parum de via secede: donec isti transeant Quod cuz fecisset postq; transierunt illi. vocauit eã frater suus: dicens. Veni soror mea eamus viaz nostram. Jlla autem non respondit ei. Perquirens ergo ille. inuenit eam mortuam: & vestigia pedum eius plena sanguine. Erat enim discalciata. Tũc ille flẽs & eiulens. nunciauit senioribus patribus: omnia que facta fuerant. At illi contendebant inter se de salua-

tione eius. Manifestauit aũt dñs vni seni de ipa eo q nulla cura illi fuit de re corporali: sed vt ꝓpriuz vulnus sanaret neglexit omnia sua: z suspirauit graviter. z fleuit p peccato suo: ꝓterea suscepit de penitentiam eius. Explicit liber de Penitentia.

¶ Incipit liber de Caritate.

DIxit abbas Antonius. Ego iam nõ timeo deũ sed amo: quia amor foris mittit timorẽ Dixit iterum. Quia de ꝓximo ẽ vita z mors. Si enim lucramur fratrem: lucrabimur xp̃m. Si aũt scandalizamus fratrem. in xp̃m peccamus. ¶ Abbas Ammon de loco nytrie venit ad abbatem anthoniũ: z dixit ei. Video quia maiorez laborez q̃s tu sustineo. z quomodo nomen tuũ magnificatum est in hominib9 super me: Et dixit ei abbas antoni9. Quoniã z ego diligo deũ plusq̃s tu. ¶ Venit aliquando abbas hylarion de palestina. ad abbatem antonuz in montem: z dicit ei abbas antonius. Bene veneristi lucifer: qui mane oriris. Et dicit ei abbas hylarion. Pax tibi colũna lucis: qui sustines orbem terrarum. ¶ Dixit abbas Marcus abbati Arsenio. Quare nos fugis: Et dixit ei senex. Scit de9 q̃ diligo vos: sed nõ possiz esse cum deo z hominib9. Superiorum em̃ virtutũ milia z miliũ milia vnam habent voluntatẽ: habent homines aũt multas voluntates. Non possuz ego deũ dimittere: z venire z esse cum hominib9. ¶ Dixit abbas agathon. Quia p̃m voluntatem meam nunq̃s dormiui. retinens in corde dolorem quenq̃s aduersus aliquẽ: neq̃s dimisi dormire aliquẽ. habentẽ aduersuz me aliquid. ¶ Ascẽdente aliq̃n de scithi abbate Johãne cum alijs fratrib9: errauit qui eis ducatum prebebat in via. Erat enim nox. Et fratres dixerũt abbati Johãni. Quid faciamus abba. q̃ errauit frater iste de via: ne forte moriamur errãtes. Et dixit eis senex. Si dixerim9 ei aliq̃d ꝓtristabit'. Sed ecce facio meip̃m quasi defunctũ. et dico me nõ posse ambulare: sed iaceo hic vsq̃s mane Et fecerũt sic. Sed z residui dixerunt. Nec nos ibimus: sedebimus tecũ. Et sederunt vsq̃s mane: ne obiurgarent fratrem illum. ¶ Senex quidã erat in egipto anteq̃s veniret illuc abbas pastor. Ille autem senex habebat noticiam hominũ: z multum honorem. Cum ergo ascendisset abbas pastor de scithi cũ suis dimiserũt homines senem illũ: z venerunt ad abbatem pastorem. Ductus aũt invidia senex: male loq̃batur de eis. Hoc audiens abbas pastor ꝓtristabatur: z dixit fratrib9 suis. Quid faciemus de sene isto magno. quia nos in tribulatõez miserunt homines derelinq̃tes senem. z ad nos qui nihil sumus attẽdentes: Quomodo g̃ possumus sanare euz: Et dixit eis. Facite aliquid ad gustandũ. z tollite vasculuz vini z eamus ad eum z simul gustemus: forsitan per hoc possumus sanare animum eius. Tulerunt ergo quos parauerãt cibos: z prexerunt ad eum. Et dum pulsassent ostium. respondit discipulus eius: dicens Qui estis: Et illi dixerũt. Dic abbati tuo quia abbas pastor est: z desiderat benedici ꝑ vos. Hoc aũt nũciante ei discipulo eius. ille mãdauit: dicens. Va de q̃ mihi nõ vacat. Illi aũt pseverantes in cauma te dixerũt. Nõ discedimus: nisi meruerimus benedictionẽ senis. Senex aũt videns pseverantiã eoruz z humilitatem cõpunctus aperuit eis: z intrantes gustauerunt cum eo. Cum vero manducarent: dixit senex. In veritate dico min9 est quod audiui de vobis centuplũ em̃ est quod video in ope vestro. Fact9 est ergo eis amicus ex illo die. ¶ Dixit abbas Pastor. Lonare p̃m virtutem tuã. Nulli omnino face malũ: z castum serua cor tuũ. cum omni homine. ¶ Iterũ dixit. Non est aliquid maius in dilectõne. q̃s vt animam suam ponat quis ꝓ proximo suo. Eteni siquis audiens sermonem tristem cum posset ipe id facere. certet atq̃s sustineat z non contristet eum. vel etiamsi Iesus in re aliqua patienter tulerit. non retribuẽs cõtristanti atq̃s ledenti se: eo modo huiusmodi homo animam suam ponit ꝓ proximo suo. ¶ Contigit aliquando abbatem pambo iter cũ fratribus in partes egipti facere: z videns quosdam seculares sedentes: dixit eis. Surgite z salutate z osculamini monachos vt benedicamini: frequenter enim cum deo loquũtur z sancta sunt ora eorum. ¶ Dicebant de abbate paphnutio: quia nõ cito bibebat vinuz. Aliquãdo aũt in itinere ambulans. supuenit in conuentũ latronum z inuenit eos bibentes. Cognouit aut̃ eum qui erat primus latronum: z sciebat quia non biberet vinum. Videns ergo eum de multo labore: impleuit calicem vini. z alia manu tenuit gladiũ euaginatum: z dicit seni. Si nõ biberis: occidam te. Senex vero sciens quia mãdatum dei vult facere: z volens eum lucrari: accepit z bibit. Ille vero ꝓceps latronũ penitentiã apud eum egit: dicẽs. Ignosce mihi abba: q̃ cõtristaui te. Et dixit ei senex. Credo in deo meo: q̃ ꝑ hunc calicem faciat misericordiam tecum: z in hoc seculo et in futuro. Et rñdit latro. Et ego credo in deo: q̃ ãmodo non faciz alicui quicq̃s mali. Et lucratus est senex omne collegiũ illoꝝ latronum: per id quod se propter deum dimisit voluntati eorum. ¶ Dixit abbas yperitius. Eripe proximũ a peccatis quãta tibi est virtus sine imperio: qm̃ deus quertentes a peccatis nõ repellit a se. Verbuz autem malitie z nequitie nõ habitet in corde tuo. aduersus fratrem tuum: vt possis digne orare: pater dimitte nobis debita nostra sicut z nos dimittim9 debitoribus nostris. ¶ Duo fratres erant in cellis vn9 autem ex eis senex erat: z rogabat eum qui erat iuuenis: dicens. Maneamus simul frater. Et ille dixit ei. Peccator sum: z nõ possum manere tecum. Ille autem rursus rogabat eũ: dicẽs. Etiã possumus. Erat aũt senex ille mũdus: z nolebat audire q̃ monachus habẽt cogitatu fornicatõez. Et dic fr. Dimitte me vna ebdomada z itez loq̃mur. Venit g̃ postmodũ iuuenis ille: z volẽs senẽ ꝓbare: dicebat. In magnã temptatõez incurri ebdomada ista abba. Pergens em̃ ꝓ misterio quodã in vico. incidi in mulierẽ. Et dixit ei senex. Est tibi penitẽtia: Et dixit frat'. Etiaz Senex aũt dixit. Ego tecũ porto medietatẽ peccatoꝝ. Tũc dixit frat' ille. Modo scio q̃ possum9 simil' esse. Et mãserũt sil' vsq̃s ad exitũ suũ. ¶ Dixit q̃daz patrũ. Siq̃s te petierit rem aliquã z violẽter prẽsti-

teris ei: sit voluntas animi in id quod datur. sicut scriptum est: quia siquis te angariauerit vnum miliariū vade cum ipo duo. Hoc autem est vt siquis a te petierit rem aliquam: des ei ex animo z spiritu. ¶ Dicebant de quodam fratre. quia cum fecisset sportas z iposuisset eis ansas: audiuit vicinum suum alium monachum dicentem. Quid facio quia proximum est mercatum. z non habeo ansas quas imponam sportellis meis: Ille vero resoluit ansas quas imposuerat sportellis suis: z attulit eas fratri illi vicino: dicēs Ecce istas ansas superfluas habeo: tolle eas z impone sportis tuis. Et fecit opus fratris sui proficere ad quod opus erat: ppium autem opus reliquit imfectum. ¶ Dicebant de quodaz sene in scithi. q egrotauit: z voluit manducare modicum panis recentis. Hoc autem audiens quidam exercitatoz fratrum. tulit melotem suam. z misit in eam panem siccum. et vadens in egiptum mutauit illa pro pane recenti z attulit seni. Et cum vidissent fratres panes illos recentes: mirati sunt. Senex autē nolebat gustare: dicens. Quia sanguis fratris illius est. Et rogauerunt illum fratres dicētes. Propter dñm comede: ne vacuum sit sacrificiū fratris istius. Atq itaq rogatus comedit. ¶ Frater quidam interrogauit quendā senem dicens. Duo sunt frates ex quibus vnus quiescit in cella sua. ptrabens ieiunium sex dieruz. z multum sibi laborem imponens: alter vero egrotantiby deseruierit. Cuo opus magis acceptum est deo: Respondit ei senex. Si frater ille qui sex dieby ieiunium leuat: appendat se per nares. nō potest esse equalis illi. qui infirmantiby deseruit. ¶ Interrogauit quidaz senem quendā: dicens. quomodo sunt modo quidā laborantes in conuersatōne. z nō accipiunt gratiam sicut antiqui: Dixit ei senex. Quia tunc caritas erat z vnusquisq proximū suum trahebat sursum: nunc autem refrigescente caritate. vnusquisq proximū suum deorsum trahit. z propterea gratiam non meremur accipere. ¶ Perrexerūt aliquādo tres fratres ad messem: z susceperunt certum spacium sexaginta modiozum: quod meterent. Unus autem ex eis ipa prima die infirmari cepit: z reuersus ad cellam suam Duo autem remanserunt: z dixit vnus alteri. Ecce frater vides. quia incurrit egritudinem frater noster extorque ergo tu animo tuo paululum. z ego meo similiter: z credimus in deo. quia per oratōnem fratris nostri implebimus nos duo opera. z metamus partem ipsius. Cum ergo explicassent messem totius loci quem susceperant: venerunt recipere mercedes suas. z vocauerunt fratrem illum: dicentes. Veni frater accipe laborem tuū. Et ille dixit eis. Qualē mercedem accipiam: quia nō messui: Et illi dixerunt ei. Orationibus tuis consūmata est messis: veni ergo et accipe mercedes tuas. Facta ergo plurima contentione inter eos de hac re: illo scz dicente. nō accipiam quia non laborauit. illis vero non acquiescentibus. nisi z ipse acciperet partem suam: abierunt ad iudiciū cuiusdam magni senis: z dixit ei ille frater. Perrexi mus tres vt meteremus in agro cuiusdā vin ad mercedem. Cum autem venissemus ad locum quem messuri eramus. ipsa prima die in egritudinem cecidi. et reuersus sum in cellam meam: nec vna die metere cū eis preualens. z nunc cogunt me fratres isti: dicentes veni accipe mercedes. vbi non laborasti. Dixerunt autem z illi fratres. Reuera nos tres preximus metere: z suscepimus spacium sexaginta modioz quod meteremus. Et si fuissemus toti tres cū grandi labore vix potuissemus explicare illud. orationibus autē fratris huius. nos duo velotius q tres potuimus et demessuimus agrum. z dicimus ei veni: accipe mercedes tuas. z nō vult. Hoc audiens senex miratus est: z dixit vni de monachis suis. Percute signū in cella fratrum: vt ggregent se huc omnes. Qui cum venissent: dixit eis. Venite fratres: z audite hodie iustuz iudicium. Et indicauit eis omnia senex. z adiudicauit fratri illi vt accipet mercedes suas: z facēt ex bis mercedibus quod ipse vellet. Et discessit frater ille cōtristatus. z plorans: quasi iudiciū passus. ¶ Dicebat quidam senex. Quia patres nostri consuetudinem habuerunt venire ad cellas nouozum fratrum. qui solitarij habitare volebant cōuersari. z visitabāt eos: ne quis eozum temptatus a demoniby lederetur a cogitatōne sua. Etsi quādo aliquis eozum inueniebatur lesus: adducebant euz ad ecclesiam. z ponebatur peluis cum aqua. z fiebat p eo oratio qui in temptationiby laborabat. z lauabant omnes fratres manus suas in peluim. z pfundebatur aqua illa ille frater qui temptabatur: atq ita statim purgabaf frat ille. ¶ Duo senes multis ānis simul conuersati sunt: z nunq inter se litem habuerūt. Dixit autē vnus alteri. Faciamus z nos vnā litem: sicut homīes faciūt. Et ille rndit fratri: dicens. Nescio qualit fiat lis. Et ille dixit ei. Ecce pono in medio laterculū. z ego dico meum est hoc. tu aūt dic. nō: sed meū est. z ita fit litis initium. Posuerunt ergo testaz in medio sui: z dixit vnus eoz. Meū est hoc. Et alter dixit. nō: sed meuz est. Et ille rndit ei. Etiam tuū est: tolle z vade. Et discesserūt nec ptēdere inter se potuerūt. ¶ Frater aliquis interrogauit senem quendā: dicens. Si video fratrē de quo audio aliquā culpam. nō possuz suadē animo meo. vt introducā eum in cellā meā: si aūt videro bonū fratrē: ipsum libenter suscipio. Et dixit ei senex. Si facis bonū bono fratri. parū boni facis illi alteri duplum impende. Ipse est em qui infirmatur ¶ Dixit quidā senex nunq desiderani opus quod mihi vtile esset. z fratri meo dispendiū faceret: hmōi habens spem. quia lucrum fratris mei opus fructificationis mihi est. ¶ Quidam frater erat minister cuiusdam fratris. Contigit autem q vulnus fieret i corpore senis: z sanies multa ex eo cum fetore proflueret. Dicebat autem cogitatio sua fratri illi qui deseruiebat. Discede hinc: quia non potes sustinere fetorem putredinis istius. Ille vero frater vt reprimeret huiusmodi cogitationem. tulit vas aque. z lauabat vulnus senis illius. z recollegit ipsam aquam in vase z quotiens siciebat ex ipsa bibebat. Cepit autem iterum cogitatio sua solicitare eum: dicens. Si non vis fugere: vel non bibas fetorem hunc. Frater autē ille laborabat. z toleranter ferebat: bibens lauaturā vulneris illius. Et cum ita ministraret seni. Vidit deus laborem caritatis illius. z illam lauaturam in aquam mundissimaz vertit: z senem inuisibili medicamento sanauit. Explicit liber de Caritate.

Incipit liber de prouidẽtia 7 Contemplatione.

FRater quidam abyt ad cellam abbatis Arseny in scithi. 7 attendit p fenestram: 7 vidit senem totum quasi igneũ. Erat autem frater ille dignus qui talia intueretur. Et cum pulsasset.egressus est senex.7 vidit fratrem illum stupentem: 7 dixit illi. Est ne diu q̃ pulsas: vidisti ne aliquid. Et ille rñdit ei. Nõ. Et colloquens cũ eo dimisit eum. Dixit abbas daniel qui erat discipul9 abbatis Arseni.quia narrauerit ei abbas Arsenius tanq̃ de aliquo alio dicẽs:puto tamen q̃ de se dicebat. Quia cũ sederet in cella sua q̃dam ienũ: vox venit ei:dicẽs. Veni 7 oñdã tibi opa dominũ. Et surgens exyt.7 duxit eum in quẽdam locum.7 ostendit ei ethiopẽ incidentẽ ligna 7 facientẽ sarcinã grandẽ.7 temptabat portare eam 7 non poterat:7 p eo vt auferret sarcinã illam:ibat itez 7 incidebat ligna.7 addebat ad sarcinã. Hoc autem faciebat diutius. Et pcedens paululum:ostendit ei hominẽ rursus stantẽ super lacum.et implentẽ aquã ex eo:7 effundentẽ in cisternã ptusaz.que cisterna ipaz aquam itez refundebat in lacum. Et dicit ei iterum. Veni 7 ostendã tibi aliud. Et ecce vidi templum.et duos viros sedẽtes in equis.7 portãtes lignũ transuersum.vnus ptra vnuz:volebant aũt p ianuam introire in templũ.7 nõ poterant ppter lignuz illud qd̃ in transuerso portabãt: 7 nõ inclinãtes se vnus post vnum vt fieret lignũ illud directum:remanserunt foris extra ianuam templi. Et cum interrogasset quid hoc esset:ille respõdit ei. Hi sunt qui portant velut cum superbia iusticie iugum.7 non bñiliati sunt vt corrigerent se.7 humiliter ambularent in via xpi: ppter quod 7 remanent foris a regno dei. Ille autem qui ligna incidit. homo est in peccatis multis.7 pro eo vt agat penitentiã 7 subtrahat se de peccatis suis.alias iniquitates adhibet super iniquitates suas. Qui autem aquam implet.homo est qui opera quidem bona facit: sed habet in eis etiam 7 mala permixta. per hoc perdit 7 bona opera sua. Quapropter cõuenit omnem hominem sobrium esse in considerãdis operibus suis:ne inuanũ videat sustinẽ labores. Narrauit iterum abbas Daniel dicens. Dixit pater noster Arsenius de quodam sene in scithi.qui erat magnus in hac vita.simplex aũt in fide. 7 errauit pro eo q̃ erat ydeota:7 dicebat non esse naturaliter corpus xpi panem consecratũ quez sumim9:sed figurã eius esse. Hoc audientes duo senes q̃ diceret hunc sermonem.7 scientes quia magna esset vita eius 7 conuersatio:cogitauerunt quia innocenter 7 simpliciter diceret hoc. venerunt ad eum 7 dicunt ei. Abba audiuimus sermonem cuiusdam infidelis. qui dicit:q̃ panis quem sumimus.non naturaliter corpus xpi ẽ: sed figura eius. Senex autem ait eis. Ego sum qui hoc dixi. Illi autem rogabant eum:dicentes. Non sic teneas abba:sed sicut ecclesia katholica tradidit. Nos autem credimus quia panis ipe corpus xpi est calix ipe sanguis xpi p̃m veritatem.7 non p̃m figurã: sed sicut in principio puluerẽ de terra accipiens plasmauit hominem ad imaginem suam et nemo potest dicere quia nõ erat imago dei: q̃uis d̃ terra 7 puluere sit:ita 7 panis quem dixit quia corpus meum est: credimus quia p̃m veritatem corpus xpi est. Senex autem:ait eis. Nisi re ipsa cognouero: non mihi satisfaciat ratio vestra. Illi autem dixerunt ei. Deprecemur deum ebdomada hac de misterio hoc:7 credimus quia deus reuelabit nobis. Senex autem cum gaudio suscepit sermonem istum:7 deprecabat deum dicens. Domine tu cognoscis quoniã non p malitiam incredulus sum rei huius:sed per ignorantiaz errem:reuela ergo mihi domine ihu xpe quod verum est. Sed 7 illi senes abeuntes in cellas suas.rogabãt et ipsi deum:dicentes. Domine ihu xpe. reuela seni isti misterium hoc: vt credat et non perdat laborem suum. Exaudiuit autem dominus vtroq̃ 7 ebdomada completa. venerunt dominica die in ecclesiam. 7 sederunt ipsi tres soli super sedile de scirpo: quod in modum fascis erat ligatum. medius autem sedebat senex ille. Aperti sunt autem intellectuales oculi eorum.7 quando sunt positi panes in altare. videbatur illis tantũmodo tribus tanq̃ puerulus iacens super altare:7 cum extendisset presbiter manus vt frãgeret panem. descendit angelus de celo habens cultrum in manu.7 sacrificauit puerulum istum.sanguinem vero eius excipiebat in calicem. Cum aut frangeret presbiter in paruis partibus panem.etiam angelus incidebat membra pueri in modicas partes. Cum autem accessisset senex vt acciperet sanctaz cõmunionem:data est ipsi soli caro sanguine cruentata. Quod cum vidisset:pertimuit.7 clamauit:dicẽs. Credo domine:quia panis qui in altari ponitur.corpus tuum est.7 calix sanguis tuus est. Et statim facta est illa caro in manu ei9 panis p̃m misteriũ:7 sumpsit illud in ore.agens gratias dño deo. Dixerũt autem ei senes.deus scit humanam naturam.quia non potest vesci carnibus crudis.7 propterea transformauit corpus suum in panem. 7 sanguinem in vinũ: bis qui illud fideliter suscipiunt. Et egerunt gratias deo de sene illo. quia non permisit deus perire labores eius: et reuersi sunt ad cellas suas cum gaudio.

Iterum ipse abbas Daniel narrauit de alio magno sene:qui habitauit in inferioribus partibus egipti:quia diceret per simplicitatem. q̃ melchisedech ipse sit filius dei. Hoc autem indicatũ est (sancte memorie) Cirillo archiepiscopo alexãdrino de eo:7 misit ad eum. Sciens aũt quia signifer esset ipse senex. 7 quicquid peteret a deo reuelaretur ei. et quia simpliciter diceret hoc verbum:vsus est huiusmodi ratione dicens. Abba rogo te. quia in cogitatõne mea est.q̃ melchisedech ipe sit filius dei:7 rursus alia cogitatio mea dicit.quia melchisedech nõ sit deus:sed homo sit.7 summus sacerdos dei fuerit. Quoniã ergo hesito de hoc: idcirco misi ad te vt deprecaris deũ. quatenus tibi reuelare dignetur d̃ hoc.quid veritas habeat. Senex autẽ de conuersatõne sua p̃sumens: cum fiducia dixit. Da mihi tres dies inducias.7 ego deprecor deum de hac re:7 renuncio tibi quod mihi fuerit reuelatum de hoc. Intrans ergo in cellam suã deprecabatur deum de verbo hoc 7 veniens post tres dies dixit (sancte memorie) Cirillo epo. Homo est melchisedech. Archieps rñdit ei. Quõ q̃ stat apud

te abba: Et ille dixit ei. Deus oñdit mihi omnes patriarchas. ita vt singuli eoꝝ coram me transirent. ab Adaꝫ vsqꝫ ad melchisedech: ⁊ angelus mihi assistēs dixit. Ecce iste est melchisedech. Et ideo archiepē certꝰ esto: qꝛ sic est. Abiens aūt senex. p semetipm p̄dicabat. qꝛ homo essꝫ melchisedech: ⁊ gauisus ē magnifice (sancte mēorie) Cirillus epūs. ¶ Puer erat adhuc (sancte memorie) effrem. ⁊ vidit somniꝫ siue reuelatōnez. qꝛ nata sit vitis in lingua eius. ⁊ creuit ⁊ impleuit totam terram fructifera nimis: ⁊ quia venirent omnia volatilia celi. ⁊ comederunt de fructu vitis illius. Quantū autem manducabant: eo amplius implebatur fructu. ¶ Iterum vidit quidam sanctoꝝ in somnis ordinem angelicum. descendentez de celo p̄m preceptum dei. habentem in manu librū: hoc est thomū scriptum intus ⁊ foris. Dicebant autem adinuicem. Cui debet p̄mitti hoc: Quidam dicebant illi. alij aūt dicebant de alio. Responderūt autem ⁊ dixerunt. Vere vtriqꝫ quidem sancti sunt ⁊ iusti quos dicitis. verūtamen hoc eis cōmitti non potest. Multa etiam alia nomina sanctoꝝ dicentes: postea dixerunt quia nemini potest hoc alteri p̄mitti nisi effrem. Et vidit senex ille cui hoc in somnis apparuit: quia effrem dederūt thomū illuꝫ. Mane autem surgens audiuit effrem docentē. et velut fontem ebulientem de ore ipsius: ⁊ cognouit senex qui somnium viderat: qꝛ spiritus sancti est operatio qō egrediebatur de labijs effrez. ¶ Dicebāt de abbate Zenone. quia cū moraretur in scithi: exiit nocte de cella sua velut ad paludez. ⁊ cum errasset: fecit tres dies ⁊ tres noctes ambulans ⁊ laborans: ⁊ cū defecisset: cecidit semianimis. Et ecce puerulus stetit ante eū. habens panem ⁊ suriscula aque: ⁊ dicebat ei. Surge manduca. Ille autem surgens oauit: existimans qꝛ fantasma esset. Puer aūt respondens dixit ei. Bene feciſti. Surgens ergo accepit et manducauit: et post hoc dixit ei. Quantū ambulasti. tantum longe es a cella tua. sed surgens sequere me. Et statim inuentus est in cella sua. Dixit ergo ei senex. Veni intra: ⁊ da nobis orationem. Et cum intrasset senex: ille subito non cōparuit. ¶ Dicebat abbas Johannes. quia vidit quendā senum in excessu mentis tres monachos stātes trans mare: ⁊ facta est vox ad eos ex alia parte littoris dicens. Accipite alas igneas: et venite ad me. Et duo quidem ex eis acceperūt alas. ⁊ volauerunt ad aliud litus vnde facta est vox: tercius vero remansit ⁊ flebat fortiter ⁊ clamabat. Postea vero date sunt ⁊ ipsi ale. non ignee: sed infirme ⁊ debiles: ita vt cum omni labore mergendo ⁊ resurgēdo nimis afflictus veniret illuc. Sic est et generatio hec. Que si accipit pennas. non tamen igneas: sed vix infirmas ⁊ debiles potest accipere. ¶ Abbas macharius habitabat in loco nimis deserto. Erat autē solus in eo solitarius: in inferiori vero parte erat alia solitudo. in qua habitabant fratres plurimi. Obseruabat autem senex ad iter: ⁊ vidit sathanā venientē in habitu hominis. vt ptransiret per cellam eiꝰ. Vestiebatur autem quasi tunica eū vti linea. omnino vetusta ⁊ tota cribata: ⁊ per omnia foramina eius pendebant ampulle. Et dixit ei senior. Obe maior. vbi vadis: Et ille respondit. Vado cōmouere fratres. Senex autem dixit ei. At quid tibi ampulle iste: Et dixit. Gustū fratribꝫ porto. Et dixit ei senex. Et omnes ad gustandū. totas ampullas. cuꝫ gustu portas: Et rñdit. Etiā. Etsi vnum alicui nō placet: offeram aliud. Si aūt nec illud. dabo terciū: ⁊ sic p ordinem omnibꝫ oblatis. fieri nō potest nisi vel vnum placeat ex eis. Et cuꝫ hec dixisset: transijt. Et obseruabat senex custodiens vias: donec ille iterum remearet. Et cum vidisset euꝫ: dixit ei. Sanus sis. Et respōdit ei. Vnde mihi salꝰ: Et dixit ei senex. Quare: Rñdit Quia modo oñes sanctificati sunt: ⁊ nemo mihi acquescit. Et dixit ei senex. Neminē ergo amicum habes illic: Et ille rñdit. Vnū tantūmodo fratrem habeo ibi. ⁊ ipse mihi solus acquiescit: ⁊ quando videt me. puertitur ad me velut ventus. Senex vero dixit ei. Et quis vocatur frater ille: Rñdit. Theoctiscus. Et cum hec dixisset: ptransijt. Surgēs autē abbas macharius. perrexit ad inferiorem heremū. Quod cum audissent fratres. acceperunt ramos palmaruꝫ ⁊ occurrerunt ei obuiam. ⁊ singuli eoꝝ parabant cellas suas: incerti ad quē declinaret. Senex autem inquirebat: quis inter eos Theoctiscus vocaretur in loco illo. Et inueniens eum. intrauit in cellā eiꝰ. Theoctiscus ergo suscepit eū gaudens. Cum ergo cepissent secrete loqui: dicit ei senex. Quomodo est circa te frater. Et respondit. oratiōibꝫ tuis bene. Et dixit senex. Ne impugnāt te cogitatōnes. Et ille respō dit interdum bene sum. Erubescebat enim dicere ei Et dixit ei senex. Ecce quot annos habeo in cōuersatione loci istius. ⁊ omnes honorant me: ⁊ tamen in hac senectute infestus est mihi spiritus fornicatōnis Et respondit Theoctiscus dicēs. Crede abba ⁊ mihi. Senex autē simulabat alias quoqꝫ cogitationes sibi esse molestas: donec faceret illum confiteri. Deinde dicit ei. Quomodo ieiunas. Et ille dixit ad nonam. Dicit ei senex. Ieiuna vsqꝫ sero ⁊ abstine: ⁊ cōmenda euāgelia. vt memoriter retineas ea. sed ⁊ alias residuas ex aīo meditare scripturas: etsi tibi ascēderit cogitatio mala nunqꝫ deorsum aspicias. ꝫ semper sursum. et statim te dominus adiuuabit. Et senex corrigens fratrem illum: reuersus est in solitudinem suam. Et cum iter obseruaret: vidit iterum demonem illum: et dicit ei. Vbi vadis iterum. Et ille respondit commouere fratres. Et abijt. Dum autē reuerteretur: dicit ei senex. Quomodo sunt fratres illi. Et ille respondit. Male. Senex aūt dixit. Quare. Et ille respondit. Quia omnes sancti sunt. Et mains malum: quia et vnum quem habui amicum obedientem mihi. etiam ipse nescio vnde subuersus est. ⁊ nec ipse acquiescit mihi: sed omnibꝫ sanctior factus est. Et propterea iurani iam non ambulare ad illum: nisi post multum tempus. Et hec dicens. trāsijt relinquens senem. Senex vero intrauit in cellam suam: adorans et gratias agens deo. ¶ Abbas macharius volens p̄solari fratres: dicebat. Venit huc aliquando cum matre sua puer. qui a demonio vexabatur: et dicebat matri sue. Surge eamus hinc. Illa autem dicebat. Non possum pedibus ambulare fili. Et dicebat ei filius eiꝰ. Ego te porto. Et admiratus sum astutiā demonū quomodo eos exinde fugare volebat. ¶ Dicebat iterū de consolatōe scithi

ad fratres. Quãdo videritis cellam edificataz iuxta paludez: scitote quia prope est desolatio scithi. Qñ autem videritis arbores: iam ante ianuam est. Qñ vo videritis pueros: tollite melotes vestras z abite. ¶ Abbas moyses qui habitabat ī petra. impugnatus est aliquãdo a fornicatione: z cũ nõ ꝓualeret tenere se in cella. perrexit z indicauit hoc abbati ysidoro. Et rogauit eum senex: vt reuerteret in cellaz suã Ille autem nõ acquieuit: dicens. Non possuz abba Et sumpsit eum. z leuauit eum secũ in domũ: z dixit ei. Attende ad occasum. Et attendẽs vidit multitudinem demonum: z hi confusi erant z turbantes se ad pugnãdum. Dicit ei iteruz abbas ysidorus. Respice ad orientez. Et attendit: z vidit innumerabilẽ multitudinẽ angelorum in gloria. Dixit autem abbas ysidorus. Ecce isti sunt qui missi sunt ad auxiliãdum sanctis: qui vo ad occasuz ascendũt. Hi sunt qui impugnant nos. Plures ergo sunt qui nobiscũ sunt qz qui aduersum nos sunt. Et ita agẽs gratias deo abbas Moyses sumpsit fiduciaz: z reuersus est in cellam suã. ¶ Dixit abbas Moyses in scithi. Si custodierimus mãdata patrũ nostroꝝ. ego ꝓsumẽs de deo: spondeo vobis quia barbari huc nõ veniẽt. Si aũt non custodierimus: desolandus est locꝰ iste. ¶ Sedentiby aliquando fratriby apud eundem abbatem Moysen: dixit eis. Ecce barbari hodie in scithi venient: sed surgite z fugite. Dicunt ei illi. Et tu non fugies pater. Ille autem dixit eis. Ego per tot annos expecto diem istum: vt impleat sermo domini mei ihu xpi dicẽtis. Omnes qui accipiunt gladiũ gladio peribunt. Alij autem dixerunt ei. Neqz nos fugiemus: sed tecũ moriemur. Et dixit eis. Ego causam non habeo: vnusquisqz vestruz videat quomõ stet. Erant autem septez fratres cum eo: z dixit eis. Ecce barbari appropinquant ianue. Et statim barbari intrantes: occiderũt eos. Unus autem ex eis timore carnali pterritus: fugit z abscondit se post plectas de palma: z septem coronas vidit descendẽtes et coronãtes abbatẽ Moysen. z sex fratres qui cum eo fuerant interfecti. ¶ Dicebãt de abbate siluano. qz voluit aliquãdo pgere in syriam: et dixit ei discipulus suꝰ Marcus. Pater noli exire hinc: sed neqz ego te dimitto abire. Expecta ergo hic alios tres dies. Et cum expectaret abbas: tercia die dormiuit in pace Marcus discipulus eiꝰ ¶ Dicebat abbas Johannes. qui exiliatus est a marciano: quia venimus aliquãdo de syria ad abbatem pastorem. z volebamus eum interrogare de duricia cordis. Senex autẽ grece nesciebat: neqz interpres inueniebatur. Videns aũt nos senex tribulatos: cepit greca lingua loqui dicens. Natura aque mollis est. lapidis aũt dura. Et si vas aqua plena pendeat supra lapidem. ex q assidue stillans gutta cadat in lapidem. perforat eum: ita z sermo diuinus leuis est. cor autẽ nostrum durũ Audiens ergo homo frequẽter diuinum ymonem: aperitur cor eius ad timendũ deũ. ¶ Dixit abbas pastor. Scriptum est quẽadmodum desiderat ceruus ad fontes aquaz: ita desiderat anima mea ad te deꝰ Sicut ꝙ cerui in solitudine serpentes plurimos gluciunt. z cum veneno eorum accẽsi fuerint. ad aquas puenire desiderant ita z monachi in solitudinibꝫ habitantes. accendunt demonum malignorum veneno et ꝓpterea desiderant sabbato z dominica die venire ad fontes aquaz hoc est ad corpus z sanguinem domini nostri ihu xpi: vt purgent ab omni amaritudine demonum malignorum. ¶ Interrogauit aliqs frater abbatem pastorem dicens. Quid est qd scriptum est. non reddas malum ꝓ malo. Dixit ei abbas pastor. Hec passio q̃tuor modos hz. Primuz de corde. secũdum de aspectu. tercium de lingua. qrtum nõ reddere malum ꝓ malo. Si enim potueris pugnare cor: nõ venit ad aspectum. Custodi etiã ne loquaris. Si autem z locutus fueris: cito corripe. ne facias malum ꝓ malo. ¶ Narrauit sanctus Basilius episcopus dicẽs. Fuit in quodam monasterio feminaz quedam virgo: que stultam se esse ac demonem habẽ simulabat: que a deo ab omnibꝫ alys horroi habebat. vt nec cibum quidem cum ea caperẽt Talem quidẽ elegerat vitã: vt a coquina nunqz recedens. totius illic monasterij officium impleret. Et erat ꝑm vulgare ꝓuerbiũ vniuerse domus spangia impletuz a se rebus. probans quod in sanctis libris scriptum legimus. Siquis inquit ex vobis putat se sapiẽtem esse in hoc mũdo: sit stultus vt sapiens fiat Nec igitur inuolutum pãnis habebat caput ita qz omnibꝫ seruiebat. cetere autem ꝛgines tonse cucull coopiuntur. Nulla aliquãdo potuit hanc de qdringentis virginibus videre aliquando manducãtem: nunqz ꝓ oñe euum suum sedit ad mensam. A nulla vel modicam ꝓtem panis accepit: sed micas tm detergens mensarum. z abluens ollas. his solis alimonijs ꝓtenta viuebat. Nulli vnqz fecit iniuriã. Nulla personarum ipsius murmur audiuit. Nulli aut parum aut satis vnqz locuta est. Et certe cum ab omnibus cederetur. cum omnium viueret odio. maledicta omnium sustineret: sancto piterio ꝓbatissimo viro semꝑqz in deserto viuenti. astitit angelus domini quadaz die sedẽti in loco qui dicit porphirite. affatusqz est eum his verbis. Cur inquit grande aliquid te esse credis vt sanctus. z in huiusmodi tegẽs loco: Vis videre mulierẽ sanctiorem te: vade ad tabenẽsiotarum monasteriũ feminarum. z vnam ex eis illic inuenies in capite habentem coronam: ipsamqz cognosce te esse meliorem. Que dum contra populuz tm̃ sola diebus ac noctibus pugnat: cor ipius a deo nunqz recessit. Tu autem in vno loco residens. neqz quoqz aliquãdo ꝓgrediens: ꝓ omnes vrbes animo et cogitationes vagaris. Statimqz ad pdictuz monasterium venit: z magistros fratrum rogauit. vt introducerent eum ad habitaculũ feminarum. Quez mox illi. z vita glorioſum. z etate puectioris videntes: cũ fiducia magna introduci fecerunt. Ingressus autem desiderauit omnes sorores inspicere: inter qs solam illam ꝓpter quaz venerat nõ videbat. Aut autem ad postremum. Omnes inquit mihi adducite: dee esse eñ mihi videt aliq ex vobis. dicũt ad eũ. vnã adhuc stultã habemus intrinsecus ī coquina. Sic eñ eas q a demone vexant appellant. At ille. Exhibete inqt ipaz ad me: vt eã videã. Quo audito: supmeoratã vocare ceperũt. Que cũ nollet audire sentiens (vt credo) aliqd. aut fortassis hocipm diuĩa revelatione cognoscẽs: dicunt ei. Sanctꝰ pyterius de

siderat videre te. Erat enī vir magnus fama ⁊ noīe. Cūq; ad eū fuisset adhibita. vidissetq; pāno frontis ipsius inuolutā. iecit se ad pedes eius dicens. Bñ dic me inquit. Que similiter ad ipsius pedes se iecit: dicēs. Tu benedic me dñe. Omnes autem sorores obstupuerūt simul dicentes. Noli abba talē iniuriā sustinere. fatua est enī ista quā cernis. Cūc sanctus pyterius ipsis omnib; ait. Vos inquit estis fatue: nam hec vestra ⁊ mea nonna est. Sic enī vocant illi feminas spirituales. Et deprecor deum ait: vt dignus ipsa in die iudicij merear inueniri. Quo audito omnes simul ad pedes ipsius ꝓciderunt: singule se peccasse in eam varijs modis cōfitentes. verbigratia. Alia enim abluens sordes cathini. supra eam se fudisse dicebat. Alia vero colaphis eam a se verberatam sepe memorabat. Alia nares ipsius synape impletas a se esse deflebat. Cetere quoq; diuersas referebant se ei iniurias irrogasse: pro quibus omnibus sanctus ille fusis deo precib; egressus est. Post paucos autem dies. illa non ferens tantam gloriam. tantoq; se nolens honore sororum cumulari. grauaricq; se credens excusationibus singulorum: egressa de monasterio illo occulte. quo ierit. nī quem se miserit locū vel quo fine decesserit: ad nullius potuit noticiā peruenire. ¶ Beate memorie paulus simplex discipulus abbatis anthonij narrauit patribus talem rem. Quia aliquando veniens in monasterium visitandi gratia. ⁊ pro fratrū instructōne post consuetam adinuicem consolationem intrauerit ecclesiam dei. missas more solito celebrare. Beatus ergo paul⁹ intuebatur ad vnūquēq; introeuntium in ecclesiam quali animo intraret. Habebat enī ⁊ hanc gratiam datā sibi a deo vt sic videret vnūquēq; cuius animi esset: sicut nos facies nostras videmus adinuicem. Ingredientibus ergo omnib; clara facie ⁊ splendido vultu sed ⁊ vnūscuiusq; angelo gaudente. vnum vidit nigrum ⁊ obscurū corpore toto. ⁊ demones ex vtraq; pte tenentes ⁊ trahentes eū ad seipsos. ⁊ capistrū in nares eius mittentes: sanctuz vero angelum eius delonge lugubrem tristemq; sequentes. Paulus vero lacrimans. ⁊ manu frequenter pectus tundens. sedebat ante ecclesiam: plorans eum valde qui ei talis apparuerat. Qui autem videbant qd faciebat. et tam subitam eius mutatōnem ad lacrimas ⁊ ad luctū. interrogabant rogantes euz quid videret: timentes ne quid in reprehensione omniuz vidisset. pro quo hec faceret. Postulabāt etiam vt ad missas intraret cuz eis. Paulus autē repellens eos. ⁊ negans se ingressurum. sedebat foras ianuaz tacens ⁊ plorans nimis eum. qui ei taliter apparuerat. Post paululum autē dimisso ecclesie conuentu. iterum intendebat singulos exeuntes. vt quoz um introitum agnouerat sciret quales exirent. Et ecce vidit illum virum nigrum et obscurum toto corpore prius. exeuntem ab ecclesia: clarum quidem vultu. candidū vero corpore. demones autem qui ante euz tenebant. postea delonge sequentes: sanctū vero angelum iuxta ipsum ambulātem. letum ⁊ promptū ⁊ gaudentem sup eum valde. Paulus vero exiliens cū gaudio: clamabat benedicens deum ⁊ dicens. O ineffabilis dei miscōia ⁊ benignitas: o diuitie miseratōnis eius ⁊ inumerabilis bonitas. Currens aūt ⁊ ascendens sup altum gradum: magna voce dicebat. Venite ⁊ videte opera dñi: q̄ terribilia sunt ⁊ omni stupore digna. Venite ⁊ videte eum qui vult omnes homīes saluare: ⁊ ad agnitionem veritatis venire. Venite adoremus ⁊ procidamus ante eum: ⁊ dicam⁹ quia tu solus potens es peccata dimittere. Ad hāc vocem eius. omnes soliciti cucurrerūt cupientes audire que dicebat. Et ꝙ nientib; oīb; referebat paul⁹ q̄ vidisset. anteq; ecclesiam intrarent. ⁊ que postea: ⁊ interrogabat virum illum vt diceret ei causam: pro qua ei tantam subito immutatōnem deus donauerit. Homo ergo ille cōuictus a paulo coram omnib; qui circa ipsum erant. aperte narrauit: dicens. Ego homo peccator sum. ⁊ multo tpe in fornicatōne viri vsq; nūc: ingressus aūt modo ecclesiam dei. audiui vocem ysaie ꝓphete cuz legeretur. magis autem vocem dei loquentis in eo. vbi dicit. lauamini mūdi estote: auferte malū de animabus vestris coram oculis meis. discite bene facere ⁊ si fuerint peccata vestra tanq; feniciuz velut nix dealbabuntur. ⁊ si volueritis ⁊ audieritis me. bona terre manducabitis. Ego inquā fornicator in hoc ꝓmone cōpunctus sum nimis. ⁊ ingemiscens intra conscientiam meam: dixi ad deum. Tu deus qui venisti in mundū ꝓ peccatores saluos facere ⁊ qui hec que modo lecta sunt p ꝓphetam ꝓmisisti: comple effectu et opere etiā in me indigno peccatore. Ecce enī animo do promitto tibi. ⁊ spondeo sermone ⁊ ꝓfiteor corde quia ab hodie iam non ero fornicator: sed abrenuncio sordib; seculi. ⁊ seruio tibi animodo in conscientia munda. hodie ergo domīe ⁊ in hora hac suscipe me penitentē ⁊ interpellantem te: ⁊ rēuentē omne peccatum. In his igitur promissionib; ait egressus sum de ecclesia: statuens in animo meo nihil vltra agere mali coram oculis domini. Quod cū audissent omnes: clamauerūt vna voce ad dominū dicētes. q̄ magnificata sunt opera tua dñe: omnia in sapientia fecisti. Qua propter cognoscētes hoc xpiani de sanctis scripturis ⁊ diuinis reuelatōnib; quātaz de⁹ habeat bonitatem circa eos qui ad eū deuote ꝓfugiūt. ⁊ per penitentiā emūdant prioza delicta. q̄ nō solū nō coguntur penas exoluere pro peccatis antea cōmissis: verūetiam consequi bona promissa. Nō ergo despemus de nostra salute. q⁹ sicut p ysaiam ꝓphetā promisit dñs. eos qui peccatis inuoluti sunt lauari. ⁊ sicut lanam albā ⁊ niuem dealbari. ⁊ bonoꝝ celestium que in ciuitate celestis hierusalem sunt: repleri. ita et nunc iterum per sanctum ezechielem prophetaz iure iurando promisit dicens. Viuo ego inquit dicit dominus. quia nolo mortē peccatoris: sed magis vt conuertatur ⁊ viuat.

¶ Hucusq; de greco in latinuz transtulit pelagius dyaconus romane ecclesie. Et abhinc deorsum Johannes eiusdem ecclesie subdyaconus.

Abiit aliquādo zacharias ad abbatē suū siluanū. ⁊ inuenit eū in excessu mētis: ⁊ erāt man⁹ ei⁹ extense in celū. ⁊ cū vidisset ista: clausit ostiū ⁊ exijt. Et itrās circa horā sextā atq; nonā inuenit eū eodem modo. Circa decimā ꝙo horā pulsauit. ⁊ ingressus inuenit

cũ quiescentẽ: et dicit ei. Quid habuisti hodie pat̃ Qui dixi ei. Infirmatus sum hodie fili mi. Ille ꝓ tenens pedes eius dicebat. Non te dimittã: nisi mihi indicaueris qđ vidisti. Respondit ei senex. Ego in celum raptus fui. ⁊ vidi gloziam dei: ⁊ illic steti vsq; modo: ⁊ nũc dimissus sum. ¶ Dixit sancta sinclectice. Efficiamur prudentes sicut serpentes. ⁊ simplices sicut colũbe: vt astute intelligamus laqueos dyaboli. Nam prudentes sicut serpentes dictũ est: vt nõ ignozemus impetus dyaboli ⁊ artes eius. Etẽ simile aliquid ex alio simili scelere supatur. nã et simplicitas columbe demonstrat puritatem actionis.

¶ Dicebat quidam patrum. Quia dum sederent aliquando seniozes ⁊ loquerentur de bonis edificatõnib. erat inter eos vnus ꝑuidens ⁊ vidit angelos manus agitantes ⁊ laudantes deũ. vt aũt venisset locutio secularis. discedebant angeli. ⁊ volutabantur porci in medio eoꝝ pleni fetoribꝫ: ⁊ polluebãt eos Cum autem rursus loquerentur de edificatione. venientes iterum angeli laudabant deum. ¶ Dixit quidam senex. Hoc est quod scriptum est sup duob ⁊ tribus peccatis tyri auertã me. sup quatuoz autez non auertam. videlicet cogitare malum ⁊ consentire cogitatui. ⁊ locutioni: quartus vero est pficere opus In hoc ergo nõ auertitur ira dei. ¶ Dicebant de q̃ dam sene magno in scithi. quia quotienscunq; edificabat cellulam egrediebat cũ gaudio: ⁊ ponens fundamentum. nõ discedebat donec consũmaretur. Aliquando ergo exiens ad fabricandã cellam contristabat valde: ⁊ dicunt ei fratres. Quare tristus ac mestus es abba. Qui dixit eis. Desolandus est locus iste filij. Ego em̃ vidi quoniã ignis accẽsus est in scithi: ⁊ accipiẽtes fratres palmas cedentes extinxerũt eum. ⁊ iterum accensus est. ⁊ accipientes rursus fratres palmas cedentes: extinxerunt eum. Tercio accensus. ⁊ repleuit totam scithim. ⁊ iam nõ potuit extingui: ideoq; ergo contristoz ac mestus sum. ¶ Dixit quidam senex. Scriptum est: iustus vt palma florebit. Significat autem hic sermo bonoꝝ actuũ altum ⁊ rectum ac dulcem fructum. Est vero in palma vnum incardiuz. ⁊ ipm candidum: omnẽ habẽs operatõnem in se. simile autem ⁊ sup iusto reperitur Vnuz em̃ ei ⁊ simplex est coz: ad deum tantũmodo respiciens. Est autem ⁊ album. habens illuminationem fidei: ⁊ omnis operatio iusti in coꝛde ipsius est. Nam ⁊ acumen stimulozum eius aduersus dyabolum ẽ ꝓpugnaculum. ¶ Dixit aliquando alt̃ senex. Sunamitis heliseũ suscepit: eo q; nõ haberet affectum cum aliquo homine. Dicitur sunamitis persona anime habere: heliseus vero psonam sanctispiritus designare. Quacũq; ergo hoza recedit anima a seculari ꝓuersatione ⁊ pturbatione. aduenit ei spiritus dei ⁊ tunc poterit parẽ cuz sit stenlis. ¶ Alius quidã patrum dixit. Quia oculi porci naturale habent figmentum. ita vt necessitate semp intendãt in terram: nec aliquãdo possunt respicere ad celũ. Sic ergo et anima eius qui in dulcedine voluptatuz delectatur. semel delapsa in luxurie scenuz: difficile potest respicere ad deuz. aut sapere aliquid dignũ deo ¶ Fuit quidam magnus inter ꝑuidentes. hic affirmabat dicens. quia virtutem quã vidi stantem sup baptisma: eandem etiam vidi sup vestimentũ monachi. quando accepit habitum spiritualez. ¶ Cuidã seni data ẽ gratia videndi q̃ fiebãt: ⁊ dicebat. Quia vidi in cenobio aliquando meditantem frẽm in cella et ecce demon veniẽs stabat foris cellam: ⁊ dum frater ille meditaret non prevalebat ingredi. cum autẽ cessabat meditando. tũc demon ingrediebatur cellã ¶ Dicebant de quodam sene. Quia dep̃catus est deum. vt videret demones: ⁊ revelatum est ei. Non opus habes videre eos. Senex autem rogabat dicẽs. quia domine põt me ꝓtegere gratia tua. Post hec dominus revelauit oculis eius ⁊ vidit eos. quia tanq; apes sic circũdant homines. stridentes dentibus suis: angeli vero dei increpabant illos. ¶ Dixit quidã senex. Quia duo fratres erant ei vicini. vnus peregrinus: ⁊ alius inchoꝛis. Erat autem pegrinus ille modicum negligentioz. ille vero inchoꝛis studiosus valde. Contigit autem vt dꝛmiret ille pegrin⁹ in pace. At ille senex vicinus eoꝝ cum esset ꝑuidus vidit multudinem angelozum deducẽtium animaz eius. ⁊ cum perueniret ad celum vt intraret. facta est questio de illo ⁊ venit vox desuper dicens. Manifestum est. quia modicũ negligẽtioz fuit pegrinus: sed ꝓpter pegrinationẽ eius aperite ei. Et post hec dꝛmiuit ⁊ ille inchoꝛis: ⁊ venit omnis cognatio eius ad eum. Cernens vero senex ille non venire angelos ad deducẽdum animaz eius. miratus est. ⁊ cadens in faciem suam in conspectu dei dixit. Quomodo pegrinus ille cum negligentioz fuerit talẽ gloziam habuit et hic cũ studiosus esset nihil huiusmodi meruit. Et venit vox ei dicens. Hic studiosus cuz venit vt dꝛmiret aperuit oculos suos ⁊ vidit parẽtes suos flentes: ⁊ cõsolata est anima eius. Peregrinus vero ille licet negligentioz fuerit. tamen nullum suoꝝ vidit et ingemiscens fleuit ⁊ deus ꝓsolatus est eũ. ¶ Narrauit alter patz quidam. Quia erat aliquis solitarius in heremo nylopoleos: ⁊ ministrabat ei quidaz secularis. sed fidelis. Erat autem in eadem ciuitate homo qui erat diues ⁊ impius. Cõtigit ergo vt moreretur ille diues: ⁊ deducebat eum tota ciuitas simꝫ et episcopus cũ lampadibꝫ. Egressus autem ⁊ ille q̃ ministrabat illi solitario ꝑm ꝓsuetudinem portãs ei panes. ⁊ invenit quia comederat eum belua. Et cecidit ĩ faciẽ suã in ꝓspectu dñi: dicẽs. Nõ surgã hinc donec demõstret̃ mihi a deo: que sint hec. Quia ille quidẽ impi⁹ talẽ apparatũ habuit ĩ deducẽdo: ħ ꝓpter q̃ fuinit deo die noctuq; ista ptulit. Et ecce angel⁹ dñi veniẽs dixit ei. Ille impi⁹ habuit pũũ bonũ in ħ secko: ⁊ recepit illud ħ. vt illic nullã req̃em inueniat: iste aũt solitari⁹ qui hõ erat ornat⁹ ad omnez ꝓbutez hẽbat ꝓpter quod ipe vt hõ modicũ aliq̃d culpe. et recipit hic illud. vt ibi inveniat pur⁹ coꝝ deo. Et ita ꝓsolatus ĩ his ꝓbis abijt: glorificãs deũ sup iudicia ei⁹ q; vera lũt. ¶ Scti pres de scithi pphetauerũt de vltima generatõe dicẽtes. Quid opati sumus nos. Et respondens vnus ex illis vir magne vite nomine cyrion: dixit. Nos mandata dei custodimus. At illi responderunt dicẽtes. Hi vero qui fuerint post nos. quid erunt facturi. Qui dixit eis. Dimidium operis nostri operaturi sunt. Et dixerunt ei. Hi autem qui post ipsos fuerint. quid facient. Qui respondit

Omnino nō habebit opationem generatio illa. ventu re sunt autem illis temptationes. ⁊ qui repti fuerint ꝓbati in tempore illo meliores qꝫ nos et patres nostri erunt. ¶ Narrauit quidā senex dicēs. Quia erat quedam virgo ꝓuecta etate. valdeqꝫ ꝓfecerat in timore dei: ⁊ interrogata est a me. que res ad hanc eam adduxerat ꝙuersationem. At illa ingemiscens ita cepit dicē. Mihi quidem venerande pater. cum adhuc essem puula erat pater modestus ac mansuetus moribus. Debilis vero et infirmus corpore: qui ita vixit curam sui agens. vt vix aliquādo in publico videret ab his qui in eodē habitabant vico. Terrā autem suā assidue operabatur: ⁊ ibidem semp occupabat vitam suam. Si quādo fortasse sanus fuisset fructus culture sue domū portabat. Plurimū autē temporis in lecto ⁊ languoribꝫ detinebatur: tantaqꝫ erat taciturnitas. vt ignorantibꝫ eum. sine voce crederent esse. Mater vero mihi erat ecōtrario curiosa absqꝫ modo: atqꝫ vltra oēs mulieres que erant in regione hac turpior. Sermones vero eius ita ad vniuersos mouebant: vt putaret omne corpus ipsius lingua esse. lites frequētius cōmittebant ad omnes ab ipsa: in ebrietate autem vini. cum viris luxuriosis demorabatur. Dispensabat autem ⁊ ea que int⁹ domi erant tanqꝫ meretrix pessima: vt etiam substātia multa valde nō potuerit nobis sufficere. Nam huic a patre meo delegata erat dispensatio domus. Corpus autem suum ita turpitudine abutebat: vt pauci de vico ipso potuissent effugē libidinē eius. Nūqꝫ corpori eius morbus occurrit: nec dolorem aliquem sensit vel aliq̄ntulū: sed a natiuitate vsqꝫ ad vltimū diem suum. integrum sanumqꝫ corpus suū possedit Inter hec contigit vt pater meus longa egritudine fatigatus moreret. ⁊ cōtinuo aer cōmotus est. ⁊ pluuia ⁊ choruscationes atqꝫ tonitrua aerem cōturbabant. ⁊ neqꝫ nocte neqꝫ die ymber cessando triduo suꝫ lectum sine sepultura fecit euꝫ manere: ita vt homines vici illius mouentus capita admirarentur. qꝫ tātū malum vniuersos lateret dicentes. Siccine dei inimicus erat iste: vt nec terra eum recipiat ad sepultu ram. Sed tū ne intra domum membra eius dissoluta ingressum habitantibꝫ ꝓhiberēt. iminente adhuc aere tempestate ⁊ pluuia descendente: vix aliquo modo sepulture eum tradidmus. At vero mater mea post hec licentia plurima accepta cum impbitate maxima corporis sui libidine vtebatur. ⁊ ꝓstibulum deinceps faciens domum nostram. in tāta luxuria vixit atqꝫ delicijs: vt dū adhuc puula essem deficeret nobis substātia nostra. Vix enim aliquando cum timore (sicut mihi videtur) morte illius aduenīente. tātam meruit funeris ꝓsperitatem: vt etiā putaretur aer simul in exequijs deducere funus illius. Ego autem post obituꝫ eius puellari egressa etate. ⁊ desideria titillatōnis corporis mei. ieuniis refrenans. quadam die ad vesperam (vt fieri solet) cogitare cepi atqꝫ considerare. cuius vitam magis eligerem imitandam: vtrum matris aut patris qui modeste ⁊ mansuete ac sobrie vixit. Sed rursus cogitabā illud. quia nihil in vita sua cōsecutus sit boni pater meus. sed per omne tempus in infirmitate ⁊ tribulatione consumptus est: ⁊ ita finem suū accepit. vt nec sepulturam eius terra reciperet. Si igitur bone eēt huiusmodi conuersatio apud deum. quare ergo tanta mala assecutus est. qui sic viuere delegit. Sed bonuꝫ est inquit cogitatus meus sicut mater mea vixit me quoqꝫ viuere tradere voluptati ⁊ luxurie ac libidini corpus meum. Etenim nullum opus illa turpe pretermisit. in ebrietate omne tempus incolumis atqꝫ ꝓspere degens itaqꝫ vitam suaꝫ explenit. Quid ergo. Sic oportꝫ me viuere sicut mater. Melius est enim ꝓprijs oculis credere. que ve manifeste sunt cognita: ⁊ nihil ꝓtermittere. Et cū hoc placuisset mihi misere. eiusdem me constituere vite supuenit noxet ꝓtinuo mihi sapor accessit. Post hos ꝑmones astitit mihi quidam grandis quidem corpe: aspectu autem terribilis: deinde intuendo me ꝓterrens iracunda visione ⁊ aspera voce interrogabat me dicēs. Dic mihi inquit qui sunt cogitatus cordis tui. Ego aūt aspectu eius ⁊ habitu tremefacta: neqꝫ aspicē in euꝫ audebam. Maiori ꝑo voce vsus iterum iussit vt ea que mihi placerent sibi ꝓnunciarem. Ego autem ꝑ timore dissoluta ⁊ omnē oblita cogitatum: nihil esse dicebam. Ille vero neganti mihi reuocabat ad memoriam vniuersa que in corde meo meditata fueraꝫ Ego autem conuicta ⁊ ad pcem conuersa. supplicabam veniam consequi: ⁊ causam ei narrabam hmōi cogitatus. Qui ait mihi. Veni ergo ⁊ vide vtroqꝫ patrem scilicet ⁊ matrem: ⁊ cuius deinde volueris tibi elige vitam. Et apprehēdens mihi manum trahebat me. Ducens autem me in quendam campū magnum. habentem padisos multos ⁊ diuersos fructꝰ variasqꝫ arbores. ⁊ pulchritudinē inenarrabilem: et introduxit me illuc. Occurrens aūt mihi pater meꝰ amplexatus est in me. ⁊ osculabatur: filiā me vocās. Ego vero circūplexa eum. rogabam vt manerē cuꝫ ipso. At ille. Nunc inquit non potes hic esse: si vero volueris mea vestigia seq̄: venies huc non post multum tempus. Cum autem adhuc ego deprecarer vt manereꝫ cum ipso. trahens me rursus manu qui ibi me duxerat. veni ait. ostendam tibi ⁊ matrem tuam que in igne exuritur: vt scias ad cuius eorum imitationē declinare velis vitā tuā. Statuēs aūt me in domo tenebrosa. atꝫ obscura oī stridore ⁊ pturbatōne repleta: oñdit m̄ fornacē ignis ardētē. ⁊ picē feruentem. ⁊ quosdam illic terribiles aspectu stantes super fornacem. Ego autez inspiciens deorsum. video matrem meam in fornace vsqꝫ ad collum dimersam. stridentem dentibꝫ ⁊ igne ardentem: ⁊ vermium multorum fetorem fieri. Videns autem me mater: cū vlulatu clamabat filiam me vocans. Heu me filia de ꝓprijs operibus ⁊ peccatis meis hec patior. qꝛ quasi deliramenta mihi videbant vniuersa. que de sobrietate erant. Opera enim fornicationis ⁊ adulterij nō videbantur mihi hīe tormenta. ebrietatez qꝫ ⁊ luxuriam nō arbitrabar lucrari penas: ⁊ ecce ꝓpē exiguas delicias. quāta exoluo tormenta: ecce ꝓ contemptu dei quales recipio mercedes. Apprehenderunt me vniuersa immobilia mala. Nunc tempus auxilij o filia. nunc recordare nutrimentorum que a me cōsecuta es: nunc retribue beneficium si quid boni aliquando a me accepisti. Miserere mei filia. qꝛ in igne ardeo. ⁊ ab ipo igne non consumor: miserē mei quia

in huiusmodi cruciatibus examinor. Miserere mei filia: & porrigens manum tuam. educ me de loco hoc Me autez recusante hoc facere propter eos qui ibi astabant: rursuz cum mater clamabat. Filia mea ad iuua me: & noli despicere fletum proprie matris tue. Memento doloris mei in die parturietis te: & ne me despicias que gehenne ignibus deputeo. Ego autem a voce eius lacrimis commota humanuz aliqd patiebar: & cepi cum clamore condolens ei ingemiscere. Exurgẽtes vero hi qui ī domo mea erant. & accẽdentes ignem: causam mugitus mei interrogabãt Ego autem narraui eis que videram: & sic iam vnũ hoc deliberaui. vt patris mei sequerer vitaz: certa facta per ineffabilem misericordiam dei. quia pene reposite sunt his: qui male viuere non metuunt. Alia siquidem multa beata virgo ex ipsa visione cognoscens. per reuelationem dei: multam esse a deo & bonorum operum retributionem: & malorum actuum et turpis vite. maxias esse penas ãnunciabat. Jdeoqz dilectissimi. efficiamur melioris consiliz nobismetipsis: vt beati fieri sine fine possimus. ¶ Narrauit iterum idem senex de quodam episcopo: vt maxime ex eo fiduciam capiamus. qz facilis sit deus ad veniã si tm̃ nos peniteat commissio peccatorum. Nunciabat igitur a quibusdam eidem episcopo. inter fideliuz turmas duas consistere mulieres: que abrupta seculi gradiendo. impudice inuenirentur & viuerent Episcopus autem ex his que ei nunciata sunt commotus. suspicat9 est ne forte & alie huiusmodi essent et ad deprecandum deum se conuertit. certus inde rogans effici: quod & meruit. Post diuinam enim illam atqz terribilẽ consecrationem. dum accederẽt singuli ad participandum sancti misterij sacramenta. per vultus eorum cernebat animas: quibus vna queqz subiaceret peccatis. Et peccatorum quidem hominum videbat facies nigras: quosdaz vero ipo rum tanqz ab estu exustas facies habentes. oculos autem rubeos ac sanguineos. Justos autem videbat claros aspectu. & candidos amictu. Et alij quidem dum acciperent corpus domini exurebantur & incendebantur. alijs autem sicut lumen efficiebatur in se. & per os ingressum: oñe eorum corpus illustrabat. Erant autem inter ipsos etiam qui solitariã vitam elegerant. & bi qui in coniugijs erant: qui & ipsi ita esse videbantur. Deinde conuertit se. & cepit etiã mulieribus ipsa distribuere misteria. vt ꝓgnosceret quales et ipsarum essent anime: & vidit simili modo fieri nigras atqz rubeas facies eaz. sanguineas quoqz & albas. Jnter ipsas autem aduenerũt & ille duc mulieres que accusate erant apud eum ꝓpter quas maxime ad hanc precem et prouidentiam venerat. Cernit autem ipsas dum accedunt ad sanctum misterium. clarum habentes vultũ & honorificum: candida quoqz stola circumamictas. Deinde cuz & ipe participate fuissent misteria christi: facte sunt sicut a lumine illustrate. Rursum episcopus ad solitam se precem conuertebat. supplicans deo: discere cupiẽs modum reuelationum que ei demonstrate fuerant. Astitit autem angelus domini: & de singulis interrogare precipiebat. Sanctus vero episcopus. continuo de illis duabus sciscitabatur mulieribus. si vera esset illa ꝑma accusatio an falsa. At vero angelus affirmabat omnia vera esse que dicta de eis erãt. Episcopus quoqz ait ad angelum. Et quomodo in perceptõe corporis christi. splendide erant facies earz albam etiam stolam habebant. luminеqz fulgebant non paruo. Ait autez ei angelus. Eo q penituerint de actibus suis. & discedentes ab his. lacrimis & gemitibus atqz elemosinis pauperum. per confessionẽ diuinum meruerunt numeruz: decetero nequaqz in hisdem malis se casuras promittentes. si tm̃ de prioribus delictis veniaz mererantur: & meruerunt per hoc diuinam immutationem. & a criminibus absolute sunt: & viuẽt deinceps sobrie & iuste ac pie. Episcopus autem mirari se dicebat. non tm̃ de immutatione earum: hoc enim multis cõtigit fieri. sed de dei dono. qui non solum eas tormentis minime subiecit sed etiam tantam eis donare dignatus est gratiam. Ait autez ad eũ angelus. Ammiraris hoc iuste quasi homo. dominus autẽ omnipotens ac deus noster et pater. cũ naturaliter sit bonus ac misericors: hos qui discedunt a proprijs delictis. & per confessionez accedunt ad eum non tm̃ perire non patitur. sed etiam furorem suum aufert ab eis: & honore dignos facit. Etenim sic deus dilexit mundum: vt filium suuz vnigenitum daret pro eo. Quia igitur cum inimici essent homines. mori pro eis elegit multomagis domesticos effectos eos. & penitentiam agentes super his que gesserant. absoluit a penis: et eis q̃ ab ipso preparata sunt bona prestabit perfruenda. Hoc ergo scito: quia nulla delicta hominũ vincunt clementiam dei tm̃ vt per penitentiam ea que pridem quis gesserat mala. abluat actibus bonis. Cum enim sit misericors deus. scit infirmitatem generis humani & passionum fortitudinem. & dyaboli potentiam atqz astutiam: & lapsis hominibus in peccatis quasi filijs ignoscit. & expectat correctionem eorum. patientiam habens in ipsis conuertentibus vero atqz eius exorantibus bonitatem. tanqz infirmis cõpatitur. & absoluit confestim vincula eorũ: & donat eis bona, que preparata sunt iustis. Ait autem episcopus ad angelum. Obsecro te dic mihi etiam vultuũ differentias. & quibus peccatis vnusquisqz eorum subiaceat: vt etiam de his cognoscẽs. ab omni liberer ignorantia. Angelus autem dixit ad eum. Hi quidẽ qui splendido atqz hylari vultu sunt. in sobrietate et castitate et iusticia viuunt: modesti quoqz & condolentes ac misericordes sunt. Hi vero qui nigras habẽt facies fornicationis & libidinis operarij sunt. ceterisqz sceleribus & delictis implicati. Hi vero qui apparuerunt sanguinei atqz rubei. in malignitate & iniusticia viuunt: & amãtes detractiones. blaspbemi. dolosi. et homicide sunt. Rursum dicit ei angelus. Ad iuua eos: siquidem salutem eorum desideras. Propterea etiam meruisti orationum tuarum effectum: vt videndo discas discipulorum tuorum peccata: & per ammonitiones atqz obsecratõnes meliores eos ꝑ penitentiã facias: ei quoqz qui pro ipsis mortuus est. & resurrexit a mortuis. ibu xpo domio nostro ꝑ tum facias. Quãtacunqz igit tibi virtus ẽ & studiũ & dilectio circa dominũ tuũ xpm ihm: omnem eorum gere ꝓuidentiaz. vt conuertantur a ꝓprijs peccatis

ad cōmunem dominuz: 7 manifesta quibus delictis subiaceant.ne ꝓpriam desperent salutez. Ex hoc penitentibus quidem illis 7 conuertētibus ad deū animabus eorum salus erit. 7 epulatio futurorum bonorum:tibi vero erit plurima merces imitanti deum tuū.qui celos quidem reliquit 7 in terris demoratus est ꝓ salute hominum. ¶ Referebat quidā patruz qz tres sunt res honorabiles apud monachos:quibus oportz nos cū timore 7 tremore. 7 gaudio spirituali accedere. Videlicet ꝓmunicatō sanctoꝝ sacramentoꝝ. 7 mensa fratrum: et peluis in qua fratrum pedes lauātur. ¶ Proferebat autem 7 exemplum tale dicens. Quia erat quidam magnus senex ꝑuidus 7 contigit eū manducare cuz pluribus fratribz:7 cōmedentibus illis. videbat in spiritu ideꝝ senex sedēs ad mensam.quosdam edentes mel. alios aūt panes. alios vero stercus. Et mirabat intra semetipsum:et deꝑcabatur deum dicens. Domine reuela mihi misterium hoc.q̄ idem cibus omnib apositus est super mensam: 7 in manducando ita imutatus videt. vt quidaz edant mel. quidam autē panem.alij vero stercus. Et venit ei vox desup dicens. Illi q̄ māducant mel.hi sunt:qui cū timore 7 tremore 7 gratiarū actione edūt ad mensam 7 incessanter orāt.7 oratio eoꝝ sicut incensum ascendit ad deum.ideoꝝ mel comedunt. Qui autem panem māducant.hi sunt.qui gratias agentes.ꝓcipiunt ea que a deo donata sunt illis. Alij vero qui stercus manducāt: hi sunt.q̄ murmurant 7 dicunt.hoc bonuz est.id malū est.hec autem talia nō optet cogitare.ꝫ magis glorificare.deū atqꝫ laudes ei offerre: vt in nobis impleat illud qđ dictum est. Siue manducatis siue bibitis siue aliud quid facitis:oīa in gloriā dei facite. ¶ Explicit liber de ꝓuidentia 7 ꝓtemplatione.

¶ Incipit liber de sctis senioribz qui signa faciebāt

Dixit abbas dulas discipulus abbatis bysarionis,quia ambulātibus nobis secus litus maris.sitiui: et dixi abbati bysarioni. Abba sitio valde. Et cum fecisset senex oronē: dixit mihi. Bibe de mari.7 dulcis facta est aqua:7 bibi. Ego autem hausi modicū in vase:ne forte iterꝫ sitirem. Quod cum vidisset senex:dixit mihi. Vt q̄d aquā portas:dixi ei. Ignosce mihi ne forte iterꝫ sitirez. Et ait senex. Deus qui hic est:7 vbiqꝫ est. ¶ Alio tpe cū ei necessariuz esset. fecit oroez:7 trāsiuit chrisorroan fluuiū pedib. Ego aūt admiratus:interrogaui eū dicēs. Quo sentiebas pedes tuos:dū ambulares in aq̄. Et ait senex. Usqꝫ ad talum sentiebā aqua: reliqua aūt erant solida sub pedib meis. ¶ Rursum eūtib nobis ad alium senē: venit sol ad occasum.7 orās senex dixit. Obsecro dñe.stet sol donec pueniam ad ꝓximū tuū. Et factuz est sic. ¶ Venit aliqn̄ quidaz demoniū habēs in scithi.7 facta est oro ꝓipso in eccl̄ia.7 nō egrediebat demon ab eo.qz durus erat. Dicūt aūt adinuicem clerici loci illi9. Quid faciem9 huic demoni. Nemo ei pōt eū ejicere:nisi abbas bysarion. Et si rogauerim9 eū ꝓ ipso: neqꝫ in eccl̄iam veniet. Hoc autē faciam9. Ecce venit9 est mane q̄n oīs in ecclesiam faciam9 eū qui verat sedē in loco ipsi9:7 cū ingredit stemus ad orōnem 7 dicam9. Excita frēm illū abba Fecerūt aūt sic. Veniente itaqꝫ mane sene illo.stetерunt ad orōnem:7 dicunt. Excita illū frēm abba. Et dixit illi patēti. Surge egredē foras. Et ꝓfestiz exiuit demon ab eo:7 sanus fact9 est ex illa hora. ¶ Dixerunt seniores frēs aliqn̄ abbati helie in egipto de abbate agathone:qz bonus frat est. Et dicit eis senex. Scdm generatōez suā bonus est. Qui dixerūt ei. Scdm antiq̄s autē quid. At ille rn̄dens ait. Jam dixi vobis qz ꝑm generatōem suā bon9 est.scdm antiquos ꝭo vidi hominem in scitbi.qui facē poterat vt sol staret in celo.sicut fecit ihūs filius naue. Et hꝫ audiētes obstupuerunt:7 glorificauerunt deum.

¶ Dicebāt de abbate machario illo maiore.qz ascēdens de scithi portabat sportas. 7 fatigatus resedit et orauit dicens. Deus tu scis qz iam non ꝓualeo Et mox eleuatus inuētus est trans flumen. ¶ Habebat quidā hō filiū paraliticuz in egipto.7 adduxit eum ad cellā abbatis macharij: 7 relicto eo ad ostiū flente:recessit longi9. Respiciens aūt senex. vidit puerū plorantē:7 dicit ei. Quis te adduxit huc. Qui dixit. Pater meus ꝓiecit me huc:et abijt. Et dixit ei senex. Surge 7 apprehēde eum. Qui statim san9 factus est. 7 surgens apprehendit patrem suuz et sic abierunt in domum suam. ¶ Dicebat abbas pysois Quando eram in scithi cū abbate machario.ascendimus metere cum eo septem nomina:7 ecce vna vidua colligebat spicas post nos.et n̄ cessabat plorās Vocauit ergo senex dominum agri illius:7 dixit ei. Quid est anicule huic q̄ sic plorat.q̄ dixit ei. Quia vir eius habuit depositum cuiusdaz. 7 mortuus est non loquēs.7 non dixit vbi posuit illud:7 vult dñs depositi illius accipe eam.7 filios ei9 in seruitutē. Et ait ei senex. Dic illi vt veniat ad nos:vbi requiescimus in caumate. Et cum venisset: dicit ei senex. Ut quid sic ploras. Que ait. Vir meus defunctus est. accipiens cōmendatum alicuius: 7 non dixit:moriens vbi posuerit illd. Et dicit ei senex. Veni 7 ostende mihi sepulchrum viri tui. Et assumptis secū fratribus abijt cum ea:7 cum venissent ad locū vbi positus erat vir eius. dixit ad illam senex. Recede hīc in domū tuā. Et orantib illis. vocauit senex euz qui mortuus fuerat:dicēs. Ubi posuisti alienum depositū. Qui respondēs dixit ei. In domo mea abscondit est sub pede lectuli mei. Et ait illi senex. Dormi iterꝫ vsqꝫ in diem resurrectōnis. Videntes autē fratres.p timore ceciderūt ad pedes eius. Quibus dixit senex. Non ꝓpter me factum ē.hꝫ nihil eñ sum sed ꝓpter illam viduam 7 orphanos ipsius fecit deus rem hanc. Hoc autem scitote. quia sine peccato vult deus esse aniam:7 si quid petierit:accipit. Veniens aūt nunciauit vidue illi. vbi positum erat illd cōmendatum. At illa sumens illud reddidit domio suo.7 liberauit filios suos: 7 qui audierunt hoc glorificauerunt deum. ¶ Transiens aliquando abbas emyli9 ꝑ quendā locū vidit q̄ndā monachū detentū a quibusdam tanqꝫ homicidā. Accedens aūt senex interrogauit causam. 7 comperto quam ob causam calumniarent ei: dicit ad eos qui eū tenebāt.vbi est ille q̄ occisus ē. Et oñderūt ei. Tūc appropinquās ipsi

defuncto: dicit omnib⁹. Orate. Ipse vero expandente manus ad deū: surrexit is qui defunct⁹ erat: & dixit ei coram omnib⁹. Dic nobis quis ē qui interfecit te: Qui respondens ait. Ingressus ecclesiam cōmendaui pecunias p̄sbitero. ipse vero surgens occidit me: & portans p̄iecit me in monasterium abbatis huius. Sed rogo vos vt tollant ipse pecunie ab eo. & dent filijs meis. Tūc ait ad eum senex. Vade dormi: donec veniat dominus & resuscitet te. Et confestim obdormiuit. ¶ Venerūt aliquādo plures seniores ad abbatē pastorē. & ecce quidā de cognatis ipsius abbatis habebat filiū: & erat facies eius per opatōnem dyaboli p̄uersa retrorsum. Videns autē pater eius multitudinē patrū: accipiens puerum sedebat foris plorans. Contigit aūt vt vnus senior egrederet foras. Qui cum vidisset patrē pueri: ait illi. Quid ploras homo: Qui ait. Cognat⁹ sum abbatis pastoris & ecce p̄tigit huic puero temptatō ista: & volens eum isti seni offerre vt curaret eum. timui. Non em̄ vult nos videre: & nunc si cognouerit quia hic sum. persequens mittit & minat me hinc. Ego vero videns p̄ñtiam vestram: p̄sumpsi venire huc. Ergo quomō vis miserere mei: & introduc intus puerū istū & orate pro ipso. Et accipiens eum senex: intrauit & visus est prudenter. & nō statim eum obtulit abbati pastori: sed incipiens a mūmis fratribus dicebat. Consignate puerum istum. Cum autem fecisset omnes per ordinem consignare eū. ad vltimū obtulit eū abbati pastori: q̄ nolebat tangere eum. At illi rogabant eum dicentes vt omnes: ita & tu pater fac. Et ingemiscens surrexit & orauit dicens. Deus salua plasma tuum. vt nō dominetur ei inimicus. Et consignans curauit eum. ac reddidit patri suo sanum. ¶ Narrauit quidam p̄m de aliquo abbate paulo (qui erat in inferiori pte egipti) habitans iuxta thebaidā. Hic ergo paulus tenebat manib⁹ eos qui dicunt cornuti aspides. & serpentes & scorpiones: & scindebat eos per mediū. Videntes autem fratres admirati sunt: et interrogabāt eum dicentes. Dic nobis quid operatus es. vt acciperes gratiā istam: Qui ait eis. Ignoscite mihi fratres: si quis possederit puritatē: omnia subijciunt ei sicut ade. Quia quādo erat in paradiso. ante p̄uaricationē mādati: omnia terrestria obediebant ei. animalia quoq̄. ¶ Temporib⁹ iuliani apostate cū ascēderet in p̄sidem. missus est demon ab eodē iuliano vt veloci⁹ vadēs ad occidentē adducēt ei responsum aliqd̄ inde. Cum aūt pueniss̄et demon in quēdā locum vbi quidā monachus habitabat. stetit ibidē p̄ decem dies īmobilis: & non poterat vltra p̄gredi. q̄ monachus ille non cessabat orando neq̄ nocte neq̄ die: & regressus est demon sine effectu ad eum qui miserat illum. Dixit ei iulianus. Quare tardasti: Respōdit ei demon: dicens. Et morā feci: & sine actōne reuersus sum. Sustinui em̄ decem dies monachū nomine publium. si forte cessaret ab oratōne vt transirē: & nō cessauit. & prohibitus sum transire: & redij nihil agēs Tunc impiissimus iulianus dixit. Cum regressus fuero: faciam in eo vindictam. Et inter paucos dies interemptus est per p̄uidentiam dei. & continuo vnus ex p̄fectis qui cum eo erant: vadens vendidit omnia que habebat & dedit pauperib⁹ & veniens ad se-

nem illum. factus est monachus magnus. & sic quieuit in domino. ¶ Venit aliquando quidā secularis ad abbatem syssoi in montem abbatis anthonij. habens filiū secum. qui in itinere mortuus fuerat: & non est conturbatus. sed cum fiducia tulit eum secum & p̄cidit cum illo tanq̄ penitentiā faciens. vt benedicere tur ab eodem sene. Post pusillū vero surgens. reliquit cadauer ante pedes senis: et egressus est foras. Porro senex putabat q̄ penitentiā ageret ante pedes suos: & dicit ei. Surge vade foras. Nō em̄ sciebat q̄ mortuus erat. Et statim surgēs egressus est: & videns eū pater eius expauit. & intrans adorauit senem: & dixit causam. Et audiens hoc senex. cōtristatus est. Nō em̄ volebat hoc fieri. Precepit itaq̄ ei discipul⁹ illius senis. vt nemini diceret hoc vsq̄ ad obitum illi⁹ senis. ¶ Temptat⁹ est aliquādo abrahā discipul⁹ eiusdem abbatis syssoi a demone. & videns eū senex quia cecidit: surrexit & expandit manus suas in celum dicens. Deus: velis nolis. non te dimittam. si eum non curaueris. Et ilico curatus est frater ille.

¶ Senex quidā erat solitarius iuxta iordanem fluuium. & ingressus p̄pter cauma in speluncam. & inuenit ibi leonem: & cepit fremere leo ventibus suis ac rugire. Dixit autem ei senex. Quid angustiaris: Est locus qui capiat me & te. Si vero non vis: surgēs egredere hinc. Leo autem non fremens: egressus est inde foras. ¶ Ascendit quidā senex aliquando de scithi in terimitym. & ibi diuertit. & videntes homines laborem abstinentie eius. obtulerunt ei modicum vini Alij autem audientes de ipso: adduxerunt eū ad hominem quendam demonium habentē. Cepit autem demon ille maledicere senē illū: dicens. Ad istū potatorem vini me adduxistis: Et senex quidē p̄pter humilitatem nolebat eū ejicere. p̄pter imp̄operium vero eius dixit. Credo in xp̄o p̄iusq̄ finem faciam bibendi calicem istum: egredieris ab eo. Et cū cepisset senex bibere: clamauit demon dicens. Incendis me. Et anteq̄ consumeret bibens: exiuit demon p̄ gratiam dei. ¶ Misit quidam patrum discipulum suum haurire aquam. Erat autem puteus procul valde a cella ipsorum: & oblitus est funem portare secū. Dū vero venisset ad puteum frater ille. & cognouisset q̄ non portauerat funem: solito more fecit orationem. & clamans dixit. Lace: abbas meus iussit me lagenā istam implere aqua. Et continuo ascendit aqua vsq̄ ad summū putei. & impleuit frater ille lagenam suam: & restituta est aqua iterū in locū suum. Explicit liber de sanctis seniorib⁹ qui signa faciebant.

¶ Incipit liber de conuersatione optima diuersorū sanctorum.

Retulit abbas dulas dicēs. Quia ambulātes aliqñ i heremo ego & abbas me⁹ bysarion venim⁹ sec⁹ quādam spelūcā in quam ingressi. inuenim⁹ ibi quendam frem sedentē ac operantē plectam de palmis: qui noluit respicere ad nos. neq̄ salutare. nec omnino voluit loq̄ nobiscū. Dixit autē senex. Eamus hinc: forsitan nō est animus fratris illius loqui nobiscū. Egressi vero inde: ambulauimus ilico videre abbatem iohannem

ille audiens vltra nullatenus acquieuit. Sed cū venisset in ecclesiam deprecabuntur eum: vt si non ministraret vel calicem teneret. Qui non acquieuit dicēs. Si mihi de hac re amplius verbum feceritis discedo hinc: et sic eum dimiserūt. ¶ Abbas ysaac audiens quia presbiterum eum patres volebant facere in scithi: fugit in egiptum. Et ingressus in agrū latuit inter herbas. Contigit autem vt patres qui seq̄bantur eum. in eodem agro requiescerent: quia iam nox erat. et dimiserunt asinum vt pasceretur. Ille autem peruenit pascendo ad locum. vbi latebat abbas ysaac. Et mane facto querentes asinum. inuenerunt et senem: et mirati sunt. Cum autem vellent eum ligare: dicit eis. Jam non fugio. quia scio ex iussione dei esse. et quocunq̄ fugero ad hoc peruenturus sum.

¶ Abbas motoys, venit aliquando de loco qui vocatur ragita. in partibus gebilonis. Erat autem cum eo. etiam discipulus eius. Videns autem illum episcopus loci illius. tenens eum inuitum presbiterum fecit. Et dum pariter comederent: dicit ei episcop⁹. Indulge mihi abba. Scio enim quia hunc honorē nolebas: sed ego a te benedici desiderans. hoc facere presumpsi. Cui senex pro humilitate ait. Et mea cogitatio parum volebat: sed in hoc laboro. quia diuidi habeo a fratre qui mecum est: et solus non sufficio orationes meas implere. Dixit ei episcopus. Si scis eum dignum. ordinabo et ego illum. Respondit abbas motoys. Siquidem dignus sit: nescio. vnum tamen scio: quia melior est me. Ordinauit autem et illum. Uterq̄ tamen ita permanserunt vsq̄ ad finem suum. vt ad altare quantum ad oblationem sacrandam: nunq̄ accederent. Unde dicebat senex. Confido in deum meum. quia non habeo grande iudicium propter ordinationem hanc quia oblationes offerre non presumpsi. Nam ordinatō illorum est qui sine culpa sunt iusti et immaculati: ego autem me bene cognosco.

¶ De heremo et quare fugierunt in solitudinem.

ABbas arsenius ab abbate marco rquisit⁹ ē aliquādo: cur fugeret homines. At ille respōdit. Scit deus quia diligo homines: sed cum deo pariter et hominibus esse non possum. Superne enim multitudines ac virtutes vnius sunt voluntatis. homines vo et multas habent voluntates et varias: et ob hoc deū relinquere et cum hoībus esse non possum. ¶ Quidam fratres dum linum ex thebaida pergerent cōpare: dixerunt. per occasionem beatum Arseniū videamus. Quod cum Daniel discipulus eius ei nunciasset: precepit vt pro qua causa illic aduenissent de alexandria. ab eis inquireret. Cum ergo nūciasset qō propter linum pergerent compandum: respōdit arsenius. Ergo faciem meam non videbunt. quia non propter me: sed propter suū opus aduenerunt. Unde itaq̄ et susceptis eis fac obsequium. ac dimitte eos dicens. Quia senex non potest vobis occurrere.

¶ Abbas bisarion dum deambularet cum discipulo suo per heremum. venerunt ad quandam spelun cam. Et ingressi ibi inuenerunt fratrem sedentem et funiculum operantem. qui neq̄ respexit in eos neq̄ salutauit eos: neq̄ aliquid locutus est eis. Dixit ergo abbas bisarion ad discipulum suum. Eamus hinc. quia non vult hic senex loqui nobiscum. Et p̄fecti sunt ad Johannem abbatem. Cum autem reuerterentur. venerunt ad eandem speluncam: et dixit abbas bisarion. Ingrediamur iterum ad hunc fratrem: si forte vel modo persuadeat illi deus vt loquatur nobiscum. Et cum ingressi fuissent. inuenerūt eū mortuum. Et dixit discipulo suo. Ueni frater componamus illum. quia propter eum deus huc transmisit nos. Cum autem sepelirent eum. inuenerūt q̄ mulier esset: et admirati sunt et dixerunt. Quia magna misericordia domini est: quia et mulieres colluctantur et vincunt demonia. Et glorificantes deum qui est protector omniū: ad propria redierunt. narrantes que viderant.

¶ Que sit obseruantia heremite.

ABbas moyses ad solitarios solebat proferre sermonem: dicens. Quatuor sunt principalia obseruātie. id est tacendi. seruandi mandata dei. humiliandi semetipsum. et angustia paupertatis. Tres aūt has virtutes homo difficile possidet. vt semper lugeat et sp̄ suoꝝ memor sit peccatorum: et omni hora ponat sibi p̄e oculis mortem. ¶ Beatus anthonius solebat dicere. Patres antiqui egressi sunt in desertum et ipi sani effecti facti sunt medici et reuersi alios sanauerunt: ex nobis autem si quem egredi contigerit in desertum. anteq̄ ipsi sanemur. curam aliis adhibemus. et reuertitur ad nos infirmitas nostra: et fiūt vltima nostra peiora prioribꝫ. propt̄ quod dicitur nobis. O medice prius tibi curam impende.

¶ Qui sint siles vnius meriti fratres.

QUidam frater interrogauit Pimenionē abbatē: dicens. Qui sunt vnius meriti fratres: Respondit senex. Si fuerint tres simul. vnus quidem in omni verbo vel opere quiescens. alter autem infirmās et gratias agens. tercius vo cum munda cōsciētia illis obsequiū faciens: hi tres vnius meriti sunt. Dixit senex. Iniuriare aut mentiri aut periurare alienū a christo est. Per has quatuor res anima maculat̄. id est si amicitiam quis cum potentibꝫ habuerit. cōcupiscentias carnales studens: vel si ꝺ proximo suo detractauerit: aut si per ciuitatem ambulans oculos suos non custodierit: et si quācunq̄ noticiam cū muliere habuerit. ¶ Beatus arsenius referebat quod cum in propria cella resideret. vocem sibi audiret dicentem vt egrederetur foras: propter opera manuum contemplanda. Et egressus vidit hominem quē dam aquam de puteo haurientem atq̄ in vas perforatum mittentem: et aqua egrediens refundebatur in puteum. Et iterum parum progressus. vidit ethiopem ex lignis a se concisis sarcinaz facientem. Quam cum temptasset: et importabilem sensisset:

alia iterum ligna super ea congessit. Similiterq; tẽptatus cum nec mouere potuisset: tamen alia addere ligna non destitit. Et iterum progressus arsenius vidit ante portam ciuitatis duos iuuenes sedentes in equis. qui lignum transuersum portantes, ingredi non poterant ciuitatem. Lignum enim quod ab eis portabatur. non eos permittebat intrare z sequi vel humiliare alter alter non valebat z ita foris ciuitatem vterq; remanserunt. Ille ꝙ qui hoc fãcto Arsenio in spiritu ostendebat: dixit ei. Hunc quem prius vidisti aquam de puteo haurire. z de vase perforato rursum in puteum fundere. similitudo est hominis facientis elemosynam qui bonum opus imitatur efficere: sed quia in alijs operibus sepe committit iniquitatem propter hec mala. illud parum boni se coinquinans: perdit. Illum autem quem vidisti ligna concidere. z grauem sarcinam addidisse. facereq; graviorem. homo est in peccatis plurimis constitutus. qui post penitentiam aliud super peccatis suis onus augmentat. Hos ꝙ quos trãsuerso ligno renitente ciuitatem non posse ingredi cõsperisti: isti sunt qui iugum miserabile videntur ferre superbiaz et alter alteri se humiliare noluerũt. vt per hoc emẽdati viam christi humile sequerentur: atq; ideo extra regnum dei tam hi q; illi remanserunt. ¶ Interrogauit frater abbatem Sysoium: dicens. Dimissa est mihi hereditas a parentibus meis. quid faciam ꝺ illa: Respondit senex. Si dixero da illã in ecclesiam clericis. illi epulantur ex ipsa. Si dixero da illam consanguineis tuis. nullam habebis mercedem. Si ergo vis implere mandatum diuinum. da hanc pauperibus z egenis: z perfectus eris.

¶ Temporalis profectus delinquendus est propt̃ amorem caritatis.

Abbas sysoi⁹ dixit.

Cũ fuissez aliquando in mercato. et sportellas meas fratri venderez. videns quia iracũdia approximabat mihi: dimisi vascula mea fugiens. ¶ Dixit abbas Johannes. Ascenderam aliquando per viam heremi in scithi. texens plectam. z audiui camelarium loquentem sermones varios: et ne forte irascerer. dimisi plectam meam z fugi.

¶ Interrogauit frater abbatem Pimeniuz: dicẽs. Quid est quod dominus dixit: maiorem caritatem nemo habet q; vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quomodo hoc facit: Respondit senex. Siquis audit verbum malum a proximo suo. z dũ possit similia respondere. pugnat tamẽ in corde suo portare laborem. z vim sibi facit ne respondeat malum. vt contristet illum. iste talis animam suam ponit pro amico suo. ¶ Abbas Macharius dixit. Si reminiscimur malorum que ab hominibus patimur perdimus memorie virtutem. Item dixit. Si autez recolimus malorum que nobis ꝺemonibus mittũtur. sine perturbatione erimus: scientes q; ab initio bona deus creauit. dyabolus ꝙ mala supersemina uit. En sunt perditiones innumere. Et addidit: dicens. Culpa est monachi. si Iesus a fratribus: primꝰ in caritate purgato corde non occurit. Nam sunamitis non meruisset recipere helyseum prophetam in domum suam. nisi quia cum nullo alio habuit cauſam. Sunamitis enim in persona est anime. Helyseus ꝙ in persona spiritussãcti figurata. quia nisi pura sit anima. non meretur suscipere spiritum dei. Ita ira inueterata excecat oculos cordis. z animaz excludit ab oratione.

¶ Quid lamentatio vel paupertas que fit propt̃ deum operetur.

Sanctum Antoniuz

requisiuit frater: dicens. Quid faciaz ꝓ peccatis meis: Respondit. Qui vult liberari a peccatis. fletu z planctu liberabitur ab eis. z qui vult edificari in virtutibus per fletum lacrimarum edificatur. Ipsa laudatio psalmoruz planctus est. Memento exemplũ ezechie regis iude. sicut scriptum est per Ysaiam prophetam: qui flendo nõ solum sanitatem recepit: sed etiam per quindecim annos augmentum vite promeruit. z superuenientem hostis exercitum. videlicet centum z octogintaquinq; milia. per lacrimarum eius rigationem: virtus domini in mortem prostrauit. Sanctus Petrus apostolus flendo recepit: quod in christuz negando cõmiserat. Maria cum lacrimis rigauit pedes domini meruit audire optimam partem elegisse. Ipse timor sanctus permanens in seculũ seculi. ¶ Beatus macharius dixit. In veritate si facta est monacho despectio quasi laus paupertas sicut diuitie. inopia sicut epistole. nunq; morit̃ur. Impossibile est bñ credentem z pie colentem deum. cadere in passionẽ immundam z in errorem demonum.

¶ In hac vita homo requiez inuenire non potest.

Abbatem sysoiũ re

quisiuit frater. Post quantum tempus debet homo a se abscindere passiones: Respondit. Scriptum est in euangelio. quia peccatores deus non audit: sed qui cultor dei est z voluntatem facit. Ideo cum venerit impugnatio. abscide illam. quia fragilis est anima. Ante armetur q; a peccatis inquietur. ¶ Abbatem Pimenium interrogauit frater. Quid faciam. quia conturbant me cogitationes sedentem in cella: Respondit. Neminẽ despicias. nullum diiudices. de nullo male loquaris. z deus dabit tibi requiem. z statuet sessionem tuam sine conturbatione. Custodiam enim seniorum et q̃tem ipsoruz considera. Meditare in diuinis officijs z scias horas canonicas die ac nocte. Timor domini non discedat a corde tuo. z non glorieris. neq; te estimes cum iustis: z ex omni virtute tua custodi. vt non facias propriam voluntatem. Idem dixit. Sicut ad succensam ollam musce non appropinquant. si ꝙ tepida fuerit insidunt in eam. z faciunt ꝙmes: ita z monachum succensum igne diuini spiritus demones fugiunt. tepidum ꝙ illudunt z insequunt.

¶ Unde vicia oriuntur.

Sanctum Anthoniuz requisiuit frater. Quomodo deus repmittit bona anime per assiduitatē scripturarum. 7 non vult anima in bonis permanere. ꝫ declinat ad transitoria caduca 7 immunda: Respōdit. Ad hoc iungitur quod psalmista ait. Iniquitatem si conspexi in corde meo ñ exaudiet dñs. Ignorans q̄ cum venter plenus fuerit esca. statim ebuliūt magna vicia: que saluator noster per euangelium p̄ dixit. Non coinquinat quod in os intrat animā hominis: sed de corde exeunt que in interitum demergunt hominem. Vide quid dixerit primum. Logitatões male. homicidia. adulteria. fornicatões. furta. falsa testimonia. 7 blasphemie. Quia nec dñi gustauit dulcedinem celestium. vt ex toto corde exquirat deum. ideo ad immunda reuertitur. Quis poterit recte dicere vt iumentuz factus sū apud te. 7 ego semper tecū. ¶ Qualr ꝑtutes obtinē oportet.

Quendaz senez requisiuit frater dicens. Doce me pat̄. Et dixit ei. vade ama tibipse vim facē. Euagina gladium tuū. 7 exi in bellū. Dixit ei frater. Nō me permittūt cogitatões. Respondit senex. Scriptum est. Inuoca me in die tribulationis tue: eripiā te 7 glorificabis me. Inuoca ergo deum 7 eripiet te. ¶ Perrexerunt duo fratres ad vnum senem sc̄m in scithi sedentē singularē. dixitq̄ vnus ex illis. Abba omne vetus 7 nouum testamentum memoriē didici. Dicit ei senex. Implesti aerem verbis. Et alter dixit. Ego vetus 7 nouum testamentum totum scripsi. 7 penes me habeo. Et huic respondit. Et tu implesti fenestras tuas cartis. An ig̃ratis q̄ dixit. Regnū dei nō est in sermone: sed in virtute. Et iterum. Nō auditores legis iusti sunt apud deum: ꝫ factores legis iustificabuntur. Inquirebāt ergo ab eo viam salutis. Ille autē dixit eis. Initiū sapiētie timor domini: 7 humilitas cum patientia. Omnib⁹ his inꝫtis vt̄ bis vtentib⁹ pauca sufficiunt.

¶ Quomodo in cenobijs viuēdū sit.

Quidam adolescēs frater abbatem agathonem req̄rebat: dicens. volo pmanē cū fratribus. Dic mihi quō habitē cū ipīs: Rñdit ei senex. Obserua pre omnib⁹ hoc. vt qualis primo die ingredieris: apud ipsos talr reliquū pagas tempus. 7 cum quiete adimpleb peregrinationem tuam. Custodi esū neq̄ fiduciam loquendi assumas. dicente apl̄o. Nemo militans xp̄o implicat se negotijs secularibus. ¶ Itē dixit agathō. Si hītas cum proximo. esto sicut colūna lapidea: q̄ si iniuriat̄ non irascit̄. si glorificatur: non extollitur. ¶ Abbas pimenius ad abbatem nestrionem sedentem in cenobio requisiuit: dicens. Unde adept⁹ es hanc virtutem frater. vt quotiens cūq̄ tribulatō ꝛtīgit in cenobio: neq̄ loquar̄ neq̄ mediator accedas. Et cum nollet dicere. Postea compulsus a sene dixit. Indulge mihi abba. quia in principio quādo ingressus sum. dixi cogitationi mee. Ecce tu 7 ꝫ asin⁹ estis. Sicut enim hic asinus vapulat. 7 non loquit. iniuriatur 7 nihil respondet: ita ergo esto 7 tu. Naz sic dicit 7 psalmista. Ut iumentum factus sum apd̄ te: 7 ego semper tecum. ¶ Cum aliquando gēs magicorum in scithi superueniens. multos ex patribus occidisset abbas pimenius vna cum alio patre seniore nomine anub. 7 cum alijs quinq̄ patribus fugiēs inde. venit ad locum qui dicitur theremithi. 7 inuenerunt ibi templum antiquum desertum. 7 mansēr in eo hi septem pariter. donec cognosceret vbi vnus quisq̄ in egipto mansurus esset. Decreuerunt autē inter se dicentes. Septimana hac vnusquisq̄ reqescat apud se 7 alter ad alterum non loquatur. Cum autem id facerent. erat in templo illo statua cuiusdā ydoli. Abbas ergo anub exurgens mane lapidabat eam in facie. 7 vespere veniens dicebat ad eam. peccaui: indulge mihi. 7 sic fecit per totam ebdomadā. Die autem sabbati cuz venissent pariter. dixit ei abbas Pimenius. Quid voluisti hoc tota ebdomada facere: vt homo fidel̄ diceres ydolo indulge mihi. Dixit ei senex anub. Hoc ego propter vos feci. Dicite mihi. Nunquid quando hoc ydolum lapidaba m. locutum est aut iratum. aut quando indulgentiam petebam. nunquid exaltauit se aut gloriatum est: Cui abbas Pimenius respondit. Non vtiq̄. Tunc dixit senex. fratres ecce septez sum⁹. si vultis ergo pariter manere. vt lucrum anime faciamus: sit ydolum nobis istud in exemplum. ne quando iniuriatus aliquis irascatur. nec quādo ab eo venia petitur: glorietur aut extollatur. Si autem ita non vultis: vnusquisq̄ vadat quo vult. At illi proijcientes se in terram. spoponderunt se ita facturos: 7 sic permanserunt per multos annos. cum magna humilitate. 7 abstinentia: vnum ex ipsis facientes dispensatorem. Et erat eis perfectio 7 vnum desiderium. 7 qdquid positum esset in mensa reficiebantur. nullo dicente. aufer nobis illud. aut istd̄ nolo comedē. Quatuor siquidem horas dormiebant in nocte. 7 quatuor psallebant. 7 quatuor operabātur. In die ꝫo p interualla horarum officijs diuinis insistebant. operantes 7 legentes: 7 fundentes folia palmaruz. vsq̄ ad horam nonam. Post hoc ꝫo victum sibi preparabant. colligentes quasdam herbas terre.

¶ Que sit obꝫuantia spūalis discipline.

Quidam frater requisiuit sanctum serapionem abbatē habentem sub regimine suo decez milia monachorum dicens. Alq̄ fratres de cenobio elegerūt me. vt ego illis p̄cipiam: ostende mihi quomodo iubes: Respondit serapion. Durum est meum fortas se imperium. Nam dominus noster ihesus christus per euangelium suū instruit dicens. Si diligitis me mandata mea seruate. Et cū discipuli de primatu īter se disceptarent. quis esset senior: ait ad eos. Si quis voluerit inter vos maior fieri. erit vester minister: 7 quicunq̄ voluerit in vobis prior esse: erit omnium seruus. Petrus apostolus in epistola sua monet pastores. Pascite qui in vobis est gregē dei. nec expulsione. sed voluntarie ꝫm deum. nec in turpe lucrum: sed forma estote gregis. vt cum apparuerit p̄nceps pastor. percipietis immarcessibilē glie coronā

Ita facito prius quod precipis. vt non tm illis precepta. sed formulam prebeas: vt tua imitentur exẽpla. Ne sis mercẽnarius sed pastor ouium. quia saluator noster beatum dixit. quem constituit super familiam suam vt det illis cibum in tempore. ¶ Interrogauit abbas Moyses abbatem Siluanum: dicens. Potest homo per singulos dies apprehendere conuersationis initium? Respondit. Oportet eũ apprehẽdere vnumquenq; aliud ex omnibus. Surgens mane. sumat initium sapientie: in omni virtute. 7 in omni mandato dei in magna patientia 7 longanimitate 7 caritate dei. cum humilitate anime et corporis: in multa sustentatione 7 commoratiõe celle. in oratione 7 deprecacione. cum gemitu. cum puritate cordis 7 oculorũ et custodia lingue ac sermonum: in abrenunciatiõe rerũ materialium. desideriorum carnis cruciationem habentes in certamine. ĩ continentia spiritali 7 agone pugne: in penitentia et luctu. in simplicitate anime 7 taciturnitate. ĩ ieiunijs 7 vigilijs nocturnis. in operatione manuum scõm q; dicit apostolus Paulus. operantes manibus vestris: in fame 7 siti. in frigore 7 nuditate. in laboribus 7 angustijs 7 persecutionibus in foueis 7 speluncis 7 cauernis: esto factor verbi 7 non auditor tm. operãs talentum in duplum. habens vestem nuptialem. firmatus supra firmam petram. Elemosyna 7 fides non te derelinquant. Cogitans esto omni die mortem vicinam esse. 7 quasi iam clausus in monumento nihil de hoc seculo cures: quia solicitudo seculi 7 cupiditas diuitiarum. Hec sunt spine quas dominus cauere dixit in euangelio que bonum semen suffocant. Inedia escarum. humilitas 7 luctus non recedant a te. quia dominus dissipat ossa hominum sibi placentium. Timor omni hora permaneat in te sicut scriptum est: propter timorem tuum domine in vtero concepimus 7 voluimus: 7 peperimus spiritũ salutis. Hec ergo 7 siqua alia virtus est in his prospice. 7 ne te mensures cũ magnis aut iustum te estimes: sed te crede inferiorem esse totius creature. id ẽ viliorem quouis homine peccatore. Qui se existimat aliquid esse cum nihil sit: ipse se seducit. Nõ diiudices proximum neq; despicias aliena delinquentia: sed tua plange peccata. 7 de nulli9 hominis actu solicitus sis. Esto mansuetus spiritu 7 non iracundus. nihil in corde tuo neq; odium neq; contra inimicum aliquid sine causa habeas. neq; despicias eũ in tribulatione eius. neq; reddas malum pro malo: sed esto pacificus cum omnibus. hoc est vinculum perfectionis. Non te credas maluz facienti neq; cõgaudeas ei qui fecit proximo suo malum. Non detrabas alio. quia deus iudex 7 testis est in omnibus. Ne oderis aliquem propter peccatum ei9 quia scriptum est. Nolite iudicare: vt non iudicemini. Dum alium arguis. vide ne peiora committas. Non despicias peccantem: sed ora pro illo vt deus illi det conuersionem ad penitentiam. 7 si audieris de aliquo q; agat iniqua: responde dicens. Nunquid ego horuz sum iudex. homo sum. peccator mortuus sub peccatis meis. Mortuus enim causam non habet curare pro aliquo. Qui hec omnia procurat 7 cogitat. operarius est omnis iusticie. Dum de christo redempto re nostro propheta denunciet dicens. ego autem sũ vermis 7 non homo. Et alius propheta habacuc dicit. Lapis de pariete clamauit 7 scarabeus de ligno loquitur: nos vo dum in multis extollimur. in multis supplãtamur. Qui vo hec custodit. viuit sub gr̃a tia: 7 virtute domini nostri iesu christi.

¶ De meditationibus duodecim anachoretarum

ANachorete aliquã do sapientes sancti 7 spiritales duodeciz numero cõgregati: inidipsum expetierũt a semetipsis dicere vnumquenq; que emendauerit in cella sua. 7 quam meditationem meditatus sit spiritaliter. Et dixit primus qui et senior eorum. Ego fratres. exquo cepi quiescere. totum crucifixi meipm bis que extrinsecus sunt actionibus: remiscens qõ scriptum est. Dirumpamus vincula eorum: 7 proiciamus a nobis iugum ipsorum. Et velut murũ faciens inter animam 7 corporales actus. dixi in mente mea. Quemadmodum is qui intra murum ẽ stãtem foris non videt. sic nec tu velis exteriores actus aspicere sed teipsum intuere sustinens quotidie spẽ dei. Sica utez habeto malignas cogitatões aut malas concupiscentias: sicut serpentis 7 scorpionum plem. Si quando autem eas in corde meo nasci sensero. attendens illas: cum comminatione 7 ira arefacio eas. nec vnq; cesso irascens corpori 7 mẽti mee ne quid paruum faciat. ¶ Secundus ait. Ego dixi Exquo renunciaui terre hodie renatus es. hodie cepisti seruire deo. hodie hic inhabitare cepisti. Sic esto quotidie peregrinus 7 crastino liberandus hoc mihi quotidie consulebam. ¶ Alter dixit. Ego diluculo ascendam ad deum meum. 7 adorans illum. iactans me in faciem meam: confitẽdo culpas meas Et sic descendens adoro angelos dei. rogans illos supplicare deo pro me. 7 omnem creaturam. Et cum ista adimpleuero. vado ad abyssum. 7 quid inde faciunt hierosolimis. euntes conscindentes se 7 lacrimantes ac lugentes casum patrum suorum. Hoc ergo circuiens 7 expectans propria membra tormentis subdita. 7 cum plorantibus ploro. ¶ Quartus ait. Ego sic sum: ac si in monte oliuarum sedens cum domino 7 discipulis ei9. Et dixit mihi. Exquo nullum agnoscas sm carnem. sed cum bis esto semper celestis conuersationis imitator: sicut bona Maria ad pedes iesu sedens 7 verba eius audiens. Efficimini sancti 7 perfecti. sicut 7 pater vester qui in celis est. Et discite a me quia mitis sum 7 humilis corde. ¶ Quintus ait. Ego angelos aspicio ascendentes 7 descendentes ad vocationem animarum. 7 semper finem meum operior dicens. Paratum cor meum deus. paratum cor meum. ¶ Dixit sextus. Ego per dies singulos statui verba mea audiri a domino putans mihi dici. laborate propter me: 7 ego quiescere faciam vos. Adhuc modicum decertate 7 videbitis salutare meum 7 gloriam meam. Si diligitis me. si filij mei estis: ad patrem rogantes reuertimini si fratres mei estis, erubescite pro me. quemadmodum' propter vos multa perpessus sum. Si ones mee estis. dominicam passionem sequimini.

¶ Septimus ait. Ego ista assidue meditor: 7 sine

intermissione colloquor mihi fidem.spem 7 caritatē vt spe quidem gaudeam.dilectione vo neminē aliquando contristem.7 fide corroborem. ¶ Octauus ait. Ego volentem dyabolum expecto. querentem quem devoret.7 vbicunq; ierit expecto illum interioribus oculis meis.7 dominum deum aduersus illum interpello: vt sine effectu maneat.7 in nullo prevaleat.maxime in timentibus deum. ¶ Nonus ait. Ego quotidie ecclesiam intellectualium virtutum expecto:7 dominum glorie in medio earum video.super omnes splendentem .Quando autem abscedam ab eo.ascendo in celum expectans admirandas pulcritudines angelorum.7 quos emittunt hymnos incessabiliter deo 7 dulces eorum cantilenas. differorq; sonis ac vocibus 7 suauitate: vt libeat reminisci qđ scriptum est.Celi enarrant gloriam dei: 7 opera manuum eius annunciāt firmamentum.7 omnia que super terram sunt.vt sicut cinerem 7 stercora opinor. ¶ Decimus ait. Ego angelum meum assistentē mihi iuxta me expecto.7 custodio memetipsum .quod scriptum est reminiscens:prouidebam dominum in conspectu meo semper:quoniam a dextris est mihi ne commouear. Timeo igitur eum vt custodientem vias meas.7 quotidie ascendentem ad deum 7 insinuantem actus meos 7 verba. ¶ Undecimus ait. Ego personam imponens virtutibus veluti si abstinentie.castitati.benignitati.dilectioni in meipsū steti.7 circundans mihi illas:7 vbicunq; iero dico mihipi vbi sunt sequaces tue. Ne pusillanimis sis.ne deficies.habens iuxta te ea semper .Quecūq; libēt loquere de virtute.vt post mortem testificentur de te coram deo.quia inuenerunt requiē in te. Duodecimus ait. Vos quidem patres celestem habentes conuersationem:celestem 7 sapientiam possidetis.Nihil mirum.Elevatos vos operibus video.et superiora sectantes.Quid dicam:Virtute eīm etiam transpositi estis terram.vosmetipsos ex toto alienantes ab ea.Quid dicam:Vos terrenos angelos 7 celestes homines dicens.non peccaueri.Ego vo me his indignum iudicans:peccata mea vbicūq; iero precedunt me semper.ad dexteram 7 sinistrā in infernum vo adiudicaui meipsum :dicens. Esto cum his quibus dignus es:istis post modicum annumeraberis.video igitur ibi pares gemitus 7 incessabiles lacrimas que a nullo referri queunt.Aspicio quosdam stridentes dentibus.7 salientes toto corpore:7 trementes a capite vsq; ad pedes.Et iactās me super terram.7 amplectens cinerem deprecor deum.nunc̄ casurum me illorum experimenta accipere.Video 7 mare ignis bulientis immensibile .7 circūflentes 7 mugientes(vt putent aliqui) vsq; ad celos attingere.Fluctus ignis 7 in tremendo illo mari innumerabiles homines dejectos ab agrestibus:et vna voce omnes illos clamantes 7 vlulantes simul. quales nemo super terram vlulatus 7 voces audierat:7 sicut arentia omnis virgulti cremare:misericordia autem dei auertente se ab illis propter iniustitias eorum.Et tunc lamento genus hominum(quomodo audeo loqui.vel cuilibet attendere) tantī mūdo repositis malis.Et in his teneo mentem meam. luctum meditans.quod ait dominus. indignum me celo 7 terra iudicans.reputansq; quod scriptum est facte sunt mihi lacrīe mee panes die ac nocte. Hec sapientium 7 spiritalium responsa patrum. Et veniat 7 in nos digna memoria vt narrationem conuersationis opere ostendere possimus vt facti inuitu perabiles 7 perfecti.7 irreprehensibiles:placeamus saluatori nostro.Cui est honor 7 gloria in secula seculorum Amen. ¶ Finit quarta principalis pars huius operis.Sequitur opusculū pro conclusione annexum de virtutum laude 7 effectu intitulatum.

¶ Incipiunt capitula subsequentis opusculi.

Ammonitio de laude caritatis.7 quomodo cunctis virtutibus preferatur. Capi.j.
De humilitatis 7 caritatis connexione. Ca.ij.
De obedientie bono eiusq; laudibus. Ca.iij.
De virtute continentie ammonitio.7 q̄ continentia nō in vna:sed in multis necessaria sit rebus. Ca.iiij.
Continentia etiam in vsu necessaria est. Ca.v
De ꝓtinētia locutiōis āmonitō salutaris. Ca.vj.
De vilium vestimentorum appetitu. Ca.vij.
De eo q̄ illa que supra dicta sunt.cum discretōnis virtute debeant perfici. Ca.viij.
De compunctionis bono que maxime ex mortificatione ngscitur. Capi.ix.
Qualis debeat esse ipsa compunctio. Capi.x.
De modo orandi. Et quid significet q̄ dñs oraturus in montem ascendit. Ca.xj.
De pugna viciorum aduersus virtutes. Et specificato consilio qualiter vicia insidieq; hostis antiqui vitentur. Ca.xij.
Exhortatio de studio legendi. Ca.xiij.
Ammonitio necessaria de aduersis tolerandis patienter:infirmitateq; amanda. Ca.xiiij.
De venia peccatorum speranda q̄uis sint innumerabilia. Penitētia quoq; theodosij imperatoris p cā exempli subinfertur. Ca.xv.
De lectione. Ca.xvj.
De pace. Ca.xvij.
Epla beati machariī ad monachos. Ca.xviij.

Ammonitio de laude caritatis. La.j.

QVe nō immemor petitionis. hanc ammonitionem pro anime tue profectu o frater carissime: tibi vt rogasti prebere studui. noui enim ardorē animi tui erga scripturas diuinas: noui tibi inesse studiū legēdi: 7 implendi qđ legis. Memor igitur sum lacrimarum tuarum. 7 omis studij tui quod ī te sepe perspexi. dū tecū de aīe tue sermocionarer profectu: 7 idcirco me non piguit. hoc quod mihi tua suggerē voluit caritas adimplere: quatenus 7 tu ex hac ipsa ammonitione in dominī gradatim amoē proficias. 7 ego tue mercedis effici merear particeps. Scio vere nō mediocriter esse beatum. qui se solummō (domino adiuuante) saluat. sed noui multo beatiorem fore: qui secum alios ad celeste regnum trahere festinat. Qua propter hortor tuam eximiam dilectionem. vt hanc ammonitionem subinde legas. 7 memorie ꝑmēdes atq; opere ꝑpleas: vt alijs bonū exemplū monstrādo. 7 te 7 alios salues: vt de tuo aliorūq; profectu felicem remuneratōem ab immortali sponso recipere merearis. Mente solerti tracta. ne hoc agas vnō celesti tuo sponso displiceas. quia ipse tibi (si bene) vt cepisti perseueraueris: inauditaꝫ leticiaꝫ inuisū gaudiū cū ceteris ꝑdonabit sanctis: paulo affirmante q̄ ait. Qđ oculus nō vidit nec auris audiuit. nec ī cor hoīs ascendit: que prepauit deus diligentibꝰ se. Festina igitur ad illud gaudium. ad illam leticiaꝫ: i qua multi sc̄oꝝ requiescūt: Cōsidera deo dilecte. quanta sit felicitas. dei vultū sine defectu cernē. sc̄oꝝ angelorꝝ choris interesse cum sc̄oꝝ hoīm mlt̄itudine line fine gaudere. 7 ad hec gressibꝰ ꝓtutū q̄tidie appropiq̄re stude: vt ad ea que ꝑmēorauī recto tramite ꝑgas. citiusq; queuire queas. hāc tue bēnitudini in ammonitionē scripsi: ꝑ quā nō de vna solūmō ꝓtute: sed de mlt̄is te cupio ꝑmonē ꝓtutibꝰ. Quē hmonem iō singl'ari nūero ammonitionē voco. quia q̄ꝫ uis mlt̄e sint ꝓtutes 7 innumerabilia bortamēta: ad vnam tamen pertinēt viam. ad vnuꝫ iter 7 ad vnam felicitatē ꝓducunt hoīem. Cū igit̄ de plurib virtutibꝰ te ammonere desiderē: ꝑmū cum paulo ap'lo hortor: vt caritatis virtutē aī oīa hīe studeas. q̄ sic̄ panis oīb cibis ē melior: ita caritas omnes aīcellit ꝓtutes. Et sicut sine pane mēsa efficit̄ inops: ita sine caritate nulla ꝑficit ꝓtus. Sine caritate em̄ nec lacrīe nec vigilie. nec nuditas. nec castitas. nec elemosyne. nec martyriū hoīez saluare pē. hāc dominus ac redēptor noster: ꝑcialiter nobis ꝑmendauit. Hec īq̄t mando vobis. vt vos inuicem diligatis. Et iterum. In hoc ꝓgnoscent omnes. quia mei estis discipuli: si dilectionem habueritis adinuicem. Hanc Jobās apostolus laudat: dicens. Qui manet ī caritate in deo manet 7 deus ī eo. Hanc predicator egregius cunctis virtutibus preferens dicit. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. 7 si ē didero corpus meum ita vt ardeam: caritatem autē non habuero. nihil mihi prodest. Deīnde subiūgit. Patiens est caritas. benigna est. Patiēs est ad toleranda aduersa: benigna est ad bona ꝑstāda. Stude ergo fidelissime frater omnia patient̄ tolerare aduersa ipsos quoq; quos toleras cura diligere.

De caritatis 7 humilitatis ꝓnexiōe. La.ij.

QVotissime tibi ꝓnit credere q̄ nunq̄ caritas sine humilitate 7 obedientia regnet in homine. Si veram habueris caritatem. mox eris humilis 7 obediens. Humilitas nanq; eximia virtus est. Hec de terrenis hominibus fecit celestes. Per hāc dyabolus superatur. per hanc eius laquei vitantur: sicut beat⁹ Antonius dicit abbati pastori. Vidi omnes inimici laqos tensos in via 7 ingemiscens dixi. Quis putas transiet istos laqueos: Et audiui vocem dicentem. humilitas. hoc ꝓ beatus Anton⁹ (vt puto) non pro se tm̄ vidit 7 audiuit: sed 7 pro nob. qui peccatores 7 insipientes sumus. 7 longe ab illius meritis distamus: vt nos hec legentes 7 opere complētes. dyaboli laqueos possimus vitare. qui semper inquirit quomodo nos decipiat. Igitur q̄m magna sit humilitatis virtus. martini etiam monachi vita insinuat: quem dicunt etiam in iuuentute valde fuisse mansuetum. humilem ac sapientem: 7 pro eius virtutibus tantum dicunt deo fuisse amabilem. vt dum ad dominicum corpus accederet. angelus ei sacramenta preberet. Penſare ꝓ debemus ex hoc miraculo q̄m magnum donum sit humilitas: per quod donum tamamabilis 7 tamacceptabilis deo adhuc homo mortalis efficitur. Abbas etiam Daniel miraculum narrat. per quod virtus humilitatis declaratur. Erat autem ait in babilone filia cuiusdam illic prioris demoniū habens. Pater autem eius diligebat quendam monachū qui dixit ei. Nemo potest curare filiam tuam. nisi quos scio solitarios. Et si perrexeris ad eos. non acquiescent hoc facere: propter humilitatem. Sed hoc faciemus: quando veniunt afferentes venalia que operantur: dicamus nos emere velle quod vendunt. Et cum venerint in domum precium accepturi: dicemus eis vt faciant orationē pro ea. et credo q̄ saluabitur filia tua. Et euntes ergo in plateam. inuenerunt vnuꝫ monachū sedentem vt venderet sportellas suas. Et tulerunt eum in domum. quasi precium acciperet sportarum Et cum intrasset in domum. venit puella que a demonio vexabatur: 7 dedit alapam monacho. Ille autem conuertit ei 7 aliam maxillam. ꝺm diuinuꝫ preceptum. Demon autem dū torqueretur clamare cepit. O violentia mandatorū christi expellit me hinc. Et statim mundata est puella. Cum autem venisset senex. indicauerunt ei quod factum erat: 7 glorificauerunt deum 7 dixerunt. Consuetudo est dyabolice superbie. ab humilitate christi corruere. Consideremus 7 nos o sanctissime frater. humilitatē huius felicissimi monachi: 7 quantū possumus imitari curemus. Si igitur humilitas alter⁹ ab alio demonium expulit: sine dubio firmiter credere debemus. q̄ nostra humilitas dyabolum in cordibus nostris regnare non sinat. Tunc vere iam humilitatem habemus. si omnibus nos putamus esse inferiores 7 oib venerationem deferimus. 7 omnia que nobis alij facūt aduersa: humilit̄ toleram⁹ xp̄i di amorē. De hac ꝓtute dñs in euāgelio dicit. Dis em̄ q̄ se humi-

liat:exaltabitur.7 qui se exaltat:humiliabit. Ex isto enim versiculo discere debemus.q superbia cōtraria sit humilitati. Ergo si vere humiles esse volum⁹. superbiam fugiamus.quia superbia deiecit.humilitas eleuat. ad hanc virtutem princeps apostolorum inuitat dicens. Humiliamini sub potenti manu dei.vt vos exaltet in die tribulationis.hec sentētia manifestissime nobis insinuat.q si hic dum viuimus.humiliare nos curauerimus:in tempore tribulationis vel retributionis.id est in die iudicij.domini nos pietas exaltabit in celesti scilicet in regno. Jam ꝟo superius dixi.q caritas 7 humilitas atq; obedientia abinuicem separi non possint.

¶ De obedientie bono eiusq; laudib⁹. ¶ Ca.iij.

ET quia hacten⁹ de caritate 7 humilitate dictus est.restat vt solerter attēdas.qualis sit obedientie ꝟtus. Propter inobedientiam prim⁹ homo abiectus est de paradiso. Quapropter si illuc vis ascendere: obediens esse stude. Vt autem q̄ magna sit hec virtus agnoscas:miraculum tibi ad memoriam reuocabo. Quidam secularis habens tres filios renunciauit seculo.7 venit ad monasterium:relinquens filios suos in ciuitate. Et cum fuisset tres annos in monasterio:ceperunt cogitationes sue ei filios ad memoriam frequenter adducere.7 contristabatur pro eis valde:neq; tamē dixerat abbati se filios habē. Videns autem abbas eum tristem:dixit ei. Quid habes q tristis es: Et narrauit ei. q tres filios habēt in ciuitate.7 quia vellet eos ad monasterium adducere.precepit autem abbas vt adduceret eos. Qui cuz perrexisset ad ciuitatē.inuenit duos ex his mortuos.vnum ꝟo solummodo remansisse. Quem sumens duxit ad mon asterium. Et requirens abbatē non inuenit illic. Interrogauit autem fratres vbi esset:7 dixerunt ei q ad pistrinum perrexisset. Ille ꝟo tollens filium quem adduxit:abijt ad pistrinum. Et videns eum abbas venientem:salutauit. Et tenens infantem quem adduxerat.amplexatus eum 7 osculabatur:7 dixit patri eius.amas eum. Et ille respondit. Etiam. Omnino inquit diligis eum: Et respondit. Etiaz. Postea ꝟo dixit ei.tolle ergo si amas eū 7 mitte in fornacem ignis modo dum ardet. Et tenens eum pater iactauit in fornacez ardentem. Statim autem fornax facta est velut ros. Ex qua obedientia acquisiuit gloriam:quemadmodum abrahaz patriarcha. Hoc ergo miraculum hortor vt memorie tradas .vt semper obedientie virtutem ante oculos habeas. Quia sicut illo tempore illius monachi obedientia extinxit ignem fornacis:sic 7 modo si fueris obediens .ipsa virtus in corde tuo ignem viciorum extinguet in te:nequaq; post mortem in igne descendens eternum .sed ad gloriam ascendens celestem: sine fine manentem. Ergo ama obedientiam. dilige obedientiam quia magna virtus est. ¶ Vt autem illius magnitudinē ad huc lucidius intelligas. seqns miraculum frequenter lege. Dicebant fratres. quia narrauit quidam patrum vidisse se quatuor ordines in celo.quorum primus erat hominum infirmorum gratias deo agentium:secundus hospitalitatem sectantium.instanter ministrantes eis:tercius ordo in solitudine cōmorantium.7 nō videntiū hoīes.quartus ordo erat qui ad obediendum patribus spiritu aliby se subijciunt propter dominum. Videbat autem ordo obedientium torquem aureaz habere.et multomaiorem q̄ alij gloriaz habebat. Ego autez dixi ei qui mihi hec omnia ostendebat. Quomodo iste ordo qui paruus est.maiorem q̄ alij gloriaz habet: Et ille respondit.q hi qui hospitalitatem sectātur.p̄m propriam voluntatem idipsum faciunt:similiter qui in heremo se religant arbitrio suo de seculo recesserunt.hic autem ordo qui se ad obediendū dedit:omnes voluntates suas abijciens. pendet ad deum 7 ad iussionez spiritualis patris.propterea 7 maiorem gloriaz alijs habet. Quapropter frater carissime bona est obedientia que propter deum fit. Intende ergo dilectissime ꝟtutis huius aliquod vestigium vel expte. Obedientia salus est omnium fidelium:genitrix est omnium virtutum. Obedientia regni celorum inuentrix est:celos aperiens. hominem de terra leuat. Obedientia cohabitatrix est angelorum:7 sanctorum omnium cibus est. Ex hac em abluti sunt 7 per hanc ad perfectionem venerunt.

¶ Ammonitio de virtute continentie. ¶ Ca.iiij.

NAm tempus est vt post trium virtutum doctrinam. vigilanter attendas.quanta sit continentie virtus:7 q continentia non soluz in cibo 7 potu sit. sed etiam in locutione 7 in somno ac vestitu.7 innumēa bilib⁹ causis. Ammoneo igitur dilectionem tuaz. vt non delicatos cibos queras:nec ante horam ꝓgruā ꝓmedere velis:nec dicas in corde tuo.ecce alij ita vl ita faciūt. Scito procerto. q vnusquisq; quo ī hac vita plus in dei seruitio laborauerit:eo maiorez mercedem post mortem a deo consequetur. Ne igitur tibi grauis videatur continentie virtus .miraculum hinc quod in tripartita historia legi profero. Dorotheus genere thebeus.talem ducere curauit vitam. vt quotidie lapides a mari colligeret.7 in annis singulis hospitium edificaret:7 ipsa hospitia dedit illi qui non habebant. Noctibus autem ꝑpter eorū cibum faciebat sportellas. Cuius cibus erat pāis vncie sex.7 oleruz minutorum vnus vasiculus.7 ad bibendum aqua.hic a iuuentute sic viuens nec in senectute defecit. Nunq; visus est in lectulo soporatus. vel pedes pro requie tetendisse.aut dormire p̄ voluntate:nisi quantū opando aut comedendo natura cōpressos oculos claudere potuisset.ita vt sepe dū comedendo dormiret.cibus ex ore eius laberetur. Aliquando ergo somno valde grauatus:cum in sterco re cecidisset:obdormiuit. Expgefactus autem 7 cōtristatus:sub silentio dixit. Si angelis dormire suaseris:7 mihi vlteri⁹ suadebis. Quod forte dicebat ad somnum vel ad dēmonē qui nitebatur bonas ei⁹ actiones impedire.huic laboranti quidā dixit. Cur ita pimis corpus tuuz:at ille.quia me inquit illuc occidit. Huius ꝟo sacratissimi monachi continentiaz tibi scripsi.ne ipsa tibi virtus grauis videretur.vt cognosceres quātū ab antiquis vel modernis quibusdā patribus distemus. Audiuit ergo bēitas tua q

ꝓtotheus omni anno edificauit cellam. 7 alijs dꝰ
nauit. Audisti etiã qꝫ in lecto non iacebat. 7 ꝺ pane
7 aqua 7 herbis viuebat. Non iõ hoc dico vt tãtũ
facias tu. sed te humilies. simulqꝫ scias quantã ab
stinentiã habuerunt patres nostri. 7 nequaqꝫ delí
catos cibos queras: ꝑsertim cum in ꝑfato libꝛo
moysi monachi scriptum sit. qꝫ ꝑ multos annos pa
nem tantũmodo comederet. 7 multum opus face
ret. Sex autem annis ꝑ totam noctem stãs oꝛauit.
neqꝫ genibꝰ iclinatis. nec oculis ĩ somno spõte clau
sis. insup etiam circuibat cellulas monachoꝝ et
lagenas eoꝝ aqua impleuit: cum longe aut decẽ
aut viginti miliũ aqua maneret. Qui licet ita dꝰ
maret coꝛpus. ꝓiozem tamen valitudinẽ nõ amisit.
Hec miracula assidue lege sanctissime frater: 7 ꝑ hꝫ
cum ꝺei adiutoꝛio in abstinentia ꝓficere stude.

¶ Non simus autem parati ad omĩa quidem con
cupiscenda. recolamus continentiam beati zenonis
abbatis. Abbas zenõ ambulans aliquando in pale
stina. 7 cum laboꝛasset: resedit vt manducaret iuxta
cucumerarium. Suadebat autem ei animus suus:
dicendo. Tolle tibi vnum cucumerem 7 manduca.
Qui increpans cogitationem suam dixit sibi. Fu
res ad toꝛmenta vadunt: ꝓba ergo teipm in hoc. si
potes ferre toꝛmenta. Et consurgens stetit in ardo
re solis diebus quinqꝫ. 7 dixit. Si ardoꝛem solis nõ
possum sufferre. quomodo sufferre potero igne eꝛ
num: Et dixit ad animum suum. Si nõ potes poꝛ
tare toꝛmenta non rapies cucumerẽ vt manduces.
Uerba igitur tanti viri ꝓsiderare nos ammonent:
quantum ab ipius ꝓuersatione distem⁹. Quaꝓꝛo
pter ꝓpendamus nos peccatoꝛes. 7 infirmos esse in
ꝓpatõe sc̃oꝝ viroꝝ vt nosipos ex illoꝝ meritis deꝛ
spicientes. ꝑ dñi piaꝫ misericoꝛdiam eoꝝ consoꝛtiũ
bñe possimus. ¶ De continentia visus. ¶ Ca. v.

QVod autem nõ in
cibo tm̃. sed 7 in visu sit continentia. se
quens miraculum insinuat. Pꝛoꝛ cum
de domo patris ad ꝓhiam conuersationis exiret. ꝓ
misit deuo nullum se ꝓpinquoꝝ foꝛe visurum.
Post aliquot ꝛo annos. dum eius soꝛoꝛ eum viuẽ
7 habitare in heremo cognouisset: non cessabat dꝰ
nec eum inspiceret. Quam cum episcopus loci illi⁹
iam grandeuam ꝓpterea videret affligi. scripsit ꝑ
sulibus heremi vt pꝛoꝛẽ dirigerent. At ille. qm̃ cõ
temnere nephas est iussionibus senioꝝ. obediens 7
assumens quendam venit ad patriam. Cunqꝫ ante
domus sue ianuam venisset. 7 suum nũciasset aduẽ
tum: veniente germana dixit. Ecce ego sum pꝛoꝛ:
quanto vis aspectu saciare. Tũc illa gratificata lau
dauit. At ille oꝛatione facta: remeauit ad heremum
vbi fodiens aquam inuenit amaram. eaqꝫ vsus est
vsqꝫ ad vltimum vite sue diem. Post huius obitũ
nullus ibi habitare ꝑualuit. Ego aũt reoꝝ qꝫ ꝓ oꝛõ
nem eam ad suos vsus fecerit ductem: dum etiam
alubi. non extante oꝛatione meruit emanare. Nam
cum moyses 7 eius monachi puteum aliquando fo
derent. 7 nec venam aliquam reperirent: nec am
plus iam fodere altitudo ꝑmitteret. medio die su
peruenit pꝛoꝛ. 7 oꝛõe facta ꝺescendit in foueaꝫ. Cũ
qꝫ tercio ꝑcussisset terrã. moꝛ emanauit aqua. Cũ
qꝫ oꝛõe facta discederet. illis cum petentibꝰ. vt vel
ex aqua gustaret: ad hoc inquid directus sum. 7 ꝓ
pter quod veni peractum est. Propterea ꝛo o san
ctissime frater. hec tibi ꝺ pꝛoꝛe scripsi vt ꝑ te scires.
qꝫ cõtinentia etiam in visu sit necessaria. Audisti ꝛo
nunqꝫ. iste monachus incautus fuit. qꝫ nec inobe
diens fuit ꝓceptis senioꝝ. qui illum ad soꝛoꝛeꝫ ire
usserunt. nec ipsam vidit. visus ab illa nec ꝓpꝛa suuꝫ
i votũ facere videret. Quaꝓꝛꝓt hoꝛtoꝝ tuã sancti
tatem. vt illum studeas imitari. Non sit tibi cura vi
dendi ꝓpinquos tuos vel amicos. quos in seculo
reliquisti. 7 ꝓ illoꝝ cura oꝛo tueqꝫ lacrime non mi
nuantur. ne cum vxoꝛe loth retro respiciendo in sta
tuam salis conuertaris. Recole ergo illum euange
lij versiculum. qꝫ nemo mittens manũ in aratrum et
aspiciens retro aptus est regno ꝺei. ¶ De continẽ
tia locutõnis ammonitio. ¶ Capitulum. vj.

DOꝛtoꝝ etiam vt in
locutione sis continens. vt assidue cum
psalmista ꝺecantes. Dixi custodiã vias
meas: vt non ꝺelinquam in lingua mea. Posui oꝛi
meo custodiam. Noli igr̃ alijs ꝺetrahere. Memen
to ꝛo qꝫ maria soꝛoꝛ moysi: fratri cũ
ꝺetraxisset: quid illi accidit. ¶ Narrat. n. hist oꝛia qa
ob hanc culpam lepꝛa fuerit maculata. septẽqꝫ die
bus mansit extra castra. que postmodum ꝓ oꝛõeꝫ
moysi fratris sui mundata est. absit autem vt ex lin
guam ꝑ quam patrem benedicimus. inde maledica
mus aut ꝺetrahamus ꝓximo. Recolamus igr̃ qꝺ
scriptum est. quia omnis ꝺetractoꝛ eradicabit̃. vn
ꝺe eradicabitur omnis ꝺetractoꝛ: Sine dubio de
cetu sanctoꝝ. Ergo ne 7 nos ꝺe sanctoꝝ consoꝛ
tio eradicemur. custodiamus a ꝺetractõne linguaꝫ
nostram. Non ꝺetrahamus ꝓximo quez iubẽ di
ligere sicut nosmetipos. Et non tm̃ a ꝺectõne nos
optꝫ cessare. sed etiam ab ociosis verbis: qꝫ euange
lium clamat. de omni verbo ocioso quod locuti fue
rint homines. reddent rationem ĩ ꝺie iudicij. Ocio
sus ꝛo sermo est. qui nec ad eius qui eum loquitur
nec ad ipius qui illum audit ꝓtinet ꝓfectum. No
li ergo ꝓferre verba que risum aut cachinnũ move
ant. sed magis que ad cõpunctionem 7 lacrimas. et
ad animarum ꝓfectum ꝓtinẽt. Tuus sermo sem ꝑ
sit sale cõditus. Narrat nãqꝫ hist oꝛia triptita. ãmo
nem benensioꝝ ꝓesulem atqꝫ theonem multoꝝ
monachoꝝ ꝑsides fuisse. Ambo nanqꝫ opato
res fuerunt inopinabilium rerum. 7 diuina. puiden
tia. ꝓphetiaqꝫ completi. Dicitur theonez fuisse eru
ditum egyptioꝝ grecoꝝ latinoꝝqꝫ studijs: 7 trigi
ta annos habuisse taciturnitatem. Porro ammo
nẽ a nullo homine visum irascentem. aut iurantem
aut mentientem aut vanum aliquẽ vel asperum vl̃
infirmum ꝓtulisse sermonẽ. Hoꝝ tpibꝰ fuit bel yas
monachus in heremo agens annũ centesimũ 7 de
cimũ. antea tm̃ septuaginta annis solus vixerat ĩ so
litudine. 7 vsqꝫ hanc etatem ieiunando. multũ silen
do 7 viriliter ꝓuersando ꝓuenit. Hec miracula hoꝛ
toꝝ vt frequenter legas vt scias qꝫ cautũ te i loquen
do esse oꝛteat. Audisti ergo nunc (7 vt puto me-

morie ꝓmendasti) q̄ doctissimus theon monachus p triginta annos tenuit taciturnitatē. Hortor igr vt qr nobis assidue tacere non licet. vel etiā qđ libz id placeat: vt sp a malo detractiōis fileas. ¶ At g̃ tibi virtus taciturnitatis placeat audi adhuc quid zacharias de ipa interrogatus rñdit. Dixit abbas pastor qr interrogauit abbas moyses fratrē zacharia dicēs. Quid tu vides: Et ille. Nihil melius q̄z tacere pr̃. Et dixit. vex ē fili tace. Hora aūt mortis eius sedens abbas Jsidorus: respexit in celū. 7 dixit. Letare letare fili zacharia. qr apte sunt tibi ianue regni celoꝝ. vides o sanctissime frat. q̄ zacharie p taciturnitatis maxime virtutē: apte sint ianue celi. vt ergo 7 tibi apiant ama tacere. dilecta silere. Legi ergo de quodam seruo dei q̄ vt taciturnitatē disceret. p plures annos lapidem in ore portaret. Ammoneo ergo atq̄ iterum ām̃oneo. vt linguam tuam custodias. nulli detrahas. nemini maledicas. nulla risum mouentia verba ꝓferas: cogita q̄z breuis sit ista vita. 7 q̄m misera in compatiōe eterne. hec cogitando 7 linguam refrenando. imitādo scz eorū actum. quoꝝ supius mentio facta ē: aduenies eorū consortio. Quo aūt animo tuo multam taciturnitatem inculcare volo: 7 qr multa bona opa ꝓpt vicium lingue peunt: iō adhuc vnam sententiolā subūngam. venit in itinere conuersionis abbas euagrius ad quendam senem. 7 dixit. Dic mihi abba sermonem quo saluus fiam: Et ille rñdit. Saluus si vis fieri quando venies ad aliquē nō prius loquar. q̄z ipe te inquirat. Euagrius ꝓpunctus in hoc sermone penitentiā egit in ꝓspectu senis: 7 satisfecit ei dicens. Crede mihi. multos codices legi: 7 talē eruditōez nunq̄z inueni. Et multū ꝓficiens exiuit. Ex his. n. verbis. o beatissime frater lucide demonstrat q̄ beata ē illa aīa. que taciturnitatis pfecte hz virtutem. Dilige hanc virtutem. posside hoc donum. ꝓserua hanc margaritam. Amandum est ergo silētium. qr p illud humilitas nutritur lacrime generāt ad extremum multa mala p illud declinantur.

¶ De vilium vestimentoꝝ appetitu.

¶ Capitulum .vij.

Scias deniq̄z o frater. q̄ 7 in vestimentis sit ꝓtinentia valđ necessaria. Sunt. n. multi qui putant. q̄ appetitus p̄ciosarum vestium non sit pcm̃. Quod si peccatum nō eēt: nequaq̄z dñs iohannē de asperitate vestimenti laudasset. Ait. n. turbis. Quid existis in desertum videre hom̃em molliby vestitum: Ecce qui molliby vestiuntur in domiby regum sunt Johannes ꝙo molliby vestitus cē negat. qr q̄ molliby vestiunt: magis terreno regi seruiunt q̄z celesti Johannes ꝙo primus noui testamenti monachus pilis camelorꝝ indutus fuisse phibetur. Si ille qui ī vtero matris sanctificatus fuit. 7 deo multum amabilis atq̄ dilectus extitit qui fuit verus prophet 7 plusq̄z ꝓpheta. pilis ꝙo camelorꝝ fuit indutus: nos qui ꝓpeccatores 7 infirmi sumus. quanto magis debemus vilib vestib esse contenti. Si hoc culpa nō eēt nequaq̄z petrus apls p epistolam firmans. a p̄tiosarum vestium appetitu ꝓpesceret dicens. Non in veste p̄ciosa. Nemo nāq̄z (vt ait papa gregoriꝰ) p̄ciosa vestimenta. nisi ad inanem gloriā querit. peccatores. n. sumus: 7 iō p̄ciosa vestimenta querere non debemus. Magis ꝙo ornatū mētis querē: q̄z corpis debemꝰ. Ornatus mētis ē caritas. fides. humilitas. bonitas. ac benignitas. De his nanq̄z virtutib mens ornat. sine fine cum deo victura. Caro enim q̄uis p̄ciosis vestib coopiatur. q̄uis auro argentoq̄z ornet: nihil est aliud q̄z caro 7 puluis. et lutum 7 stercus. Quapropter magnope ꝓcurare corpis labores debemus. non balneum subinde inquirere. non ornata vestimenta: qr si delicate corꝑ nostrum fouemus. hostem nostrum nutrimꝰ. Nullum. n. maiorem inimicum nutrit homo. q̄z corpus. Corpus autem trahit mentē ad peccandū. Semp debet illud seruus vel ancilla dei subiugatum hr̃e.

¶ Qz supradicta cum discretōnis virtute debeant ꝓfici. ¶ Capitulum .viij.

